

e. L. S.

Practical

4/2

1983

1983  
XXVII - S

134 (1-2)



Co. 1st

~~\_\_\_\_\_~~

~~\_\_\_\_\_~~

~~\_\_\_\_\_~~

~~\_\_\_\_\_~~

~~\_\_\_\_\_~~

# PRIVILEGIA

## PRAECIPVA CONGREGATIONI SANCTI BENEDICTI

Vallisoletani á Summis Pontificibus  
concessa & confirmata.

*Cum indice locupletissimo.*



VALLISOLETI:  
Excudebat Andræas de Merchant.

Anno Domini M. D. XCV.

*[Handwritten signatures and scribbles at the bottom of the page.]*

CHRISTIANIA

PRÆCIPVÅ CONGRÈG.

TONI SANCTI BENEICTI

Vallistolani, i summis Pontificibus

concessa & confirmata.

Com. in fine scripturae.



VALLISOLLETTI  
Exhibetur Andreas de Merchan.

Joan. D. M. D. LXX.

~~Handwritten scribbles and illegible text at the bottom of the page.~~

# INDEX, PRIVILEGIA

& res notatu digniores ordine Alphabetico exhibens,  
in quo indicat folium, p. paginam, n. nu-  
meros in margine positos.

## A.



BBAS generalis po-  
test dare licentiã ad  
vendendum & alie-  
nandum, f. 40. p. 2.

Abbas S. Bened. potest trãsserre  
Monachos de vno Monaste-  
rio ad aliud, f. 114.

Abbas S. Benedict. potest vnire  
duo vel tria Monasteria exi-  
gua, f. 118. n. 1.

Abbas S. Bened. potest transfer-  
re Monasteria ad loca com-  
modiora, f. 118. n. 2.

Abbas S. Benedict. est trienalís,  
f. 120. n. 1.

Abbas S. Bened. est caput totius  
Congregationis, f. 127. n. 1. &  
f. 143. n. 2.

Abbas S. Benedict. habet iurisdí-  
dictionem ordinariam in om-  
nibus Monasterijs Congrega-  
tionis, f. 135. n. 2. & f. 143. n. 2.

Abbas S. Bened. potest priuariã  
maiori parte capituli, f. 136. p.  
2. n. 9.

Abbas S. Bened. legitimè priua-

tus non potest appellare, ibidè.  
Abbas S. Bened. ingreditur Capi-  
tulum cum duobus Monachis  
vocem habentibus, f. 136. p. 2;  
n. 10. vide Generalis.

Abbas eligatur à maiori & sanio-  
ri fratrum parte iuxta regulam  
f. 238. p. 2. n. 12.

Abbas S. Facundi, potest vti om-  
nibus insignijs pontificalibus,  
f. 215. n. 1.

Abbas S. Facundi potest promo-  
uere Monachos & clericos si-  
bi subiectos ad minores ordi-  
nes, f. 216. p. 2.

Abbas S. Facundi vbi & quando  
potest benedictionem sollemp-  
nem clargiri, f. 217. p. 2.

Abbas Onniensis potest vti om-  
nibus insignijs pontificalibus,  
f. 226. p. 2. n. 1.

Abbas Onniensis potest dare be-  
nedictionem sollempnè, f. 226.  
p. 2. n. 2.

Abbas S. Emiliani de Cuculla  
potest benedicere corporalia,

# INDEX

- patenas, calices, cruces, vestes & ornamenta, &c f. 240. n. 1.
- Abbas S. *Emiliani* potest clericali tonsura insignire Monachos suos, & ad quatuor minores ordines promouere, ibidē n. 2.
- Abbas S. *Emiliani* vitur omnibus pontificalibus insignijs, ibidem, n. 3.
- Abbas *Irachensis* vitur pontificalibus insignijs, & benedictionem sollemnem elargitur, f. 240. p. 2.
- Abbas *Naierensis* creatur, & eius electio pertinet ad conuentum f. 235. p. 2. n. 2.
- Abbas *Naierensis* potest recipere ad habitum & professionem è seculo fugientes, f. 236. n. 3.
- Abbas *Naierensis*, & eius Monasterium gaudent omnibus priuilegijs *Cluniacensi* Monasterio concessi, & concedendis, f. 236. n. 4.
- Abbas *Naierensis* potest vocare quemcunque Antistitem, qui in eius Monasterio omnia pontificalia exercent, ibidem n. 5.
- Abbas *Naierensis* potest benedicere Ecclesias, & pia loca, & parochianos absoluere à quibus potest Ordinarius, ibidem n. 6.
- Abbas *Naierensis* vitur insignijs pontificalibus, & benedictionem sollemnem elargitur ibidem, n. 7. & 8.
- Abbas *Naierensis* potest benedicere vestes, & paramenta ecclesiastica, ibidem. n. 9.
- Abbas *Naierensis* potest religiofos & alios sibi subiectos clericali charactere insignire, eosq, ad minores ordines promouere, ibidem, n. 10.
- Abbatēs & Priores à Congregatione electi non indigent litteris apostolicis, f. 12. n. 2.
- Abbatēs præsent Monasterijs, iuxta Congregationis statuta, ibidem.
- Abbatēs non indigent benedictione, f. 33. p. 2. n. 12. & f. 136. p. 2. n. 11.
- Abbatēs possunt deferre insignia Abbatiaalia, f. 33. p. 2. n. 12.
- Abbatēs possunt benedicere paramenta ecclesiastica, ibidem, & f. 152.
- Abbatēs ante confirmationem præsent obedientiam, & iuramentum faciāt, f. 127. p. 2. n. 2.
- Abbatēs tenentur accedere ad Capitulū generale etiā nō vocati singulis tricennijs f. 135. n. 4.

Abba-



PRIVILEGIORVM.

- Abbates qualem iurisdictionē habeant in clericos, privilegio ultimo, n. 11.
- Abbates possunt facere quod faciēbant Abbates Benedicti, vide ultimum privilegium. n. 1.
- Abbates in eorum visitationibus privati non possunt appellare, f. 136. p. 2. n. 9.
- Abbates eligantur triennales, ibidem n. 12.
- Abbates electi tenentur infra decē dies petere confirmationē à Generali, f. 137. n. 13.
- Abbates electi, & ultra quinquaginta leucas distantes possunt administrare ante confirmationē, tenentur tamen, &c. ibidē.
- Abbates & Superiores possunt exire cū vno, vel duobus Monachis ad visitandum Ecclesias, & cetera, ibidem, n. 15.
- Abbates vel Monachi expositi possunt dispensare in impedimento ex fornicatione cum consanguineis mariti, vel uxoris, f. 151. n. 4.
- Abbates possunt benedicere ornamenta ecclesiastica, f. 33. p. 2. n. 12. & f. 136. p. 2. n. 11. & f. 152. & f. 216. p. 2.
- Abbates possunt dispensare in irregularitate propter manus violentas in Superiore, f. 198. p. 2.
- Abbates, & Superiores non sint morosi, aut difficiles in concedendis licentijs & relaxandis casibus reservatis, f. 174. p. 2. n. 2.
- Abbates sunt triennales, f. 181. n. 6. f. 188. pagina. 2. n. 5. & f. 196.
- Abbates ne queunt reeligī, f. 181. p. 2. n. 8. & f. 188. p. 2. n. 5.
- Abbates sunt sexenniales, f. 190. p. 2. n. 10.
- Abbates Collegiorum quo modo eligendi, ibidem.
- Abbates eligantur à Generali & Diffinitoribus, f. 203. p. 2. n. 4. vide Prælati.
- Abbatiz omnes vacant in Capitulo generali, f. 203. ibidem.
- Abbatissæ eliguntur quemadmodum Abbates, f. 186.
- Abbatum electio eadem requirit, quæ Generalis, & Diffinitorum, f. 212.
- Absolvere possunt Prælati eum qui vult ingredi aliam religionē, & ad nostrā admittere, f. 26. p. 2. n. 11. & f. 32. p. 2. n. 6.
- Absolvere etiam possunt ingredienti excommunicatione, f. 32. p. 2. n. 8.

- Absoluere à casibus referuatis, Episcopo possunt Monachi expositi à Superioribus. f. 32. p. 2. n. 9. & f. 47. p. 2. n. 18. & f. 117. & f. 124. p. 2. n. 1. & 2.
- Absoluere etiam possunt à sententijs suspensionis, & interdicti, & alijs censuris, ibidem.
- Absoluere possunt Prælati Monachos ab omnibus sententijs, f. 68. n. 1.
- Absoluere potest Prælatus profiteri volentem à quibuscunq; criminibus, f. 70. p. 2. & f. 93.
- Absolutio Prælati incurrentis ex communicationem vel irregularitatem, f. 68. n. 3.
- Absolutio plenaria in mortis articulo. f. 31. p. 2. n. 2. & f. 82. p. 2. n. 1. & f. 125. p. 2. n. 5.
- Absolutio plenaria semel in vita. f. 87. p. 2. n. 1. & f. 125. p. 2. n. 5.
- Absolutio generalis cum potestate eligendi confessorè toties quoties. f. 94. n. 4.
- Absolutio prima die luna Quadragesima. f. 175. & f. 177.
- Accepta potest Congregatio non illa donationes & legata quæcunq; & c. f. 7. n. 2.
- Acta super reformatione Monasteriorum, seruatis seruandis, eo ipsolunt Apostolica autori-
- tate confirmata, f. 10. p. 2. n. 12.
- Adhortatio fidelium, vt reuerentur Congregationem. f. 9. n. 1.
- Administratio locorum Congregationis prohibetur quibuslibet personis, f. 12. p. 2. n. 3.
- S. Æmiliani de Cuculla priuilegium, f. 237. p. 2.
- S. Æmiliani Monasterium suscipitur sub protectione Apostolica. f. 238. n. 1.
- S. Æmiliani possessiones cū suis iuribus, & Ecclesijs numerantur, ibidem n. 2.
- S. Æmiliani priuilegia pôtificia, & regalia cõfirmantur, f. 239. n. 14.
- S. Æmiliani Monasterium nullus perturbet, aut bona eius auferat, ibidem. n. 15.
- Alienare & vèdere bona immobiliapossunt Prælati, & conuenerunt, f. 40.
- Altare portatile in infirmarijs & alijs locis honestis conceditur, f. 125. p. 2. n. 2.
- Altare portatile etiam conceditur Monachis itinerantibus. f. 237.
- Ambitiosorum poena. f. 26. p. 2. n. 13. & f. 36. n. 6.
- Annulatio cõcessionis Martini quoniam, f. 10. p. 2. n. 13.
- Apostatice Monachus trãsiens ad aliam religionè etiam ygo-

PRIVILEGIORVM.

re literarum Apostolicarum, nisi expresse, &c. f. 36. n. 4.

Apostata est etiam nisi redierit infra sex dies, f. 108. n. 3.

Apostata est etiam nisi intra tempus prefixum in litteris Apostolicis transierit ad aliam religionem, f. 44. p. 2. n. 3.

Apostatarum bona acquisita pertinent ad Monasteria unde exierunt, f. 108. n. 4.

Appellare nullus potest ad sedem Apostolicam ab statutis Capituli generalis, &c. f. 35. p. 2. n. 2. & f. 44. p. 2. n. 1.

Approbatio vnius Congregationis, f. 9. n. 1.

Arctioris vite occasione non possunt Monachi Congregationis abstrahi, vel retineri, &c. f. 19. n. 16.

Assignatio Capituli generalis anni certo loco, f. 9. n. 2.

Assumptio Congregationis sub protectione Apostolica, f. 16. n. 3.

Assensus duarum partium conventus requiritur, ut quis admittatur ad professionem, f. 10. n. 8.

B

Baptismales fontes erigi possunt in Ecclesijs Onnię subiectis, f. 228.

Benedictione non indigent Ab

bates, f. 33. p. 2. n. 12. & f. 48. n. 20. & f. 136. p. 2. n. 11.

Benedicere possunt paramenta Ecclesiastica, ibidem, & f. 152.

Beneficia Ecclesiastica nequeunt Monachi impetrare extra Congregationem absque licentia Superioris, f. 26. p. 2. n. 13.

Beneficijs non deseruiant Monachi extra Monasteria, f. 183. p. 2. n. 14.

Beneficia intra Monasteria per clericos seculares amouibiles deseruiantur, f. 183. p. 2. n. 15.

Beneficiorum presentatio quomodo facienda tam curatorum, quam simplicium, privilegio ultimo, n. 9.

Beneficia iuris patronatus ecclesiastici non possunt vniuersitarijs, & vniones factae irritae sunt, privilegio ultimo, n. 10.

Beneficia Congregationis nullatenus impetrentur, f. 213.

Bona mobilia & immobilia quomodocumque sibi debita petere potest Congregatio, f. 18. n. 12. & f. 47. p. 2. n. 17 & f. 220.

Bona omnia spiritualia & temporalia presentia & futura firma & rata Congregationi seruantur, f. 18. n. 13.

Bona quaecumque per Monachos

fugitivos ad quos pertinet ad  
monasteria, ex quibus exierunt,  
f. 108. n. 4.

Bona clericorum transeuntiam  
ad nostram religionem minus  
canonice obtenta securè possu-  
mus accipere, & retinere. f. 111.

Bona, quæ Monachi & Conuer-  
si quocumq; iure in sæculo habe-  
re poterant, à Monasterio possunt  
peti, recipi, & retineri. f. 220.

Bulla conservatoria Alexandri  
Sexti, f. 138. p. 2.

## C.

**CANTARE** totum offi-  
cium graue est seruanti-  
bus regulam. f. 103. n. 9.

Capellania perpetuas possumus  
accipere, & retinere sine prædi-  
cto onere. f. 99. n. 12. & f. 111. &  
f. 125. p. 2. n. 4.

Capellam erigere nullus potest  
infra fines parochiæ absque li-  
centia. f. 238. p. 2. n. 8.

Capituli generalis annui assigna-  
tio. f. 9. n. 2. pro Cassinensi.

Capituli generalis statuta non o-  
bligant ad peccatum nisi ex cõ-  
tempu. f. 35. p. 2. n. 1.

Capitulum generale celebretur  
singulis trienijs in Monasterio  
Vallisoletano. f. 28. n. 4. f. 135. p.

2. n. 4. &

Capitulum generale potest reuocare  
& alterare licentias comedendi  
carnes, & exeundi ex Mona-  
sterio. f. 173. n. 3.

Capitulum generale nequit retrahere,  
quæ cõstitutæ sunt Madri-  
ti à duodecim. f. 182. nu. 11. & f.  
189. n. 6.

Caput totius Congregationis est  
Monasterium Vallisolet. f. 127.  
n. 1. & f. 135. n. 1. & f. 191. n. 12.

Canonicam portionem, & simili-  
lia non tenetur soluere Cõgre-  
gatio. f. 38.

Carnium comestio conceditur  
Cõgregationi quando, & quo-  
ties, & c. f. 172. p. 2. n. 1.

Carnium comestio conceditur  
etiam Monialibus. f. 186.

Carolus quintus Imperator vni<sup>9</sup>  
Congregationis autor, f. 18.  
nu. 1. & f. 199. p. 2.

Causæ ciuiles, vel criminales nõ  
possunt agitari in locis Cõgre-  
gationis absq; eius voluntate.  
f. 16. p. 2. n. 6.

Causæ Monachorum decidentur  
iuxta constitutiones. f. 36. n. 3. &  
f. 44. p. 2. nu. 2.

Causæ cognitio Prælati à sede  
Apostolica cõmissa potest ab  
illis remitti absque nota inobe-

diæ.

PRIVILEGIORVM.

- dientia. f. 75.  
 Casus in quibus, non obstante  
 clausura, Monachi possunt exi-  
 re. f. 95. p. 2. n. 1.  
 Casus in quibus Abbas S. Bened.  
 potest trāsferre Monachos de  
 vno Monasterio ad aliud, f. 114.  
 Cellas possumus habere in dor-  
 mitorio, f. 72. & f. 102. n. 1.  
 Celebrare possunt Monachi iti-  
 nerātes ante diem, & vsque ad  
 nonam, f. 27. n. 15. & f. 32. n. 4.  
 Celebrare possunt Monachi in  
 Monasterijs per vnam horam  
 ante lucem, f. 98. n. 5.  
 Celebrare possumus Translatio-  
 nē S. P. N. Bened. absque vllō  
 scrupulo, f. 168.  
 Cœniterij construendi facultas  
 datur nobis, f. 67.  
 Cœnæ temporibus potest mini-  
 strari vnum pulmentum, f. 102.  
 p. 2. n. 5.  
 Cœnare possumus die Natalis  
 Domini, quocūq; die occurrat,  
 & duobus diebus sequentibus,  
 ibidem n. 6.  
 Cœnare possumus omnibus fe-  
 stis solemnibus, si feria sexta nō  
 venerint, ibidem.  
 Ceremoniæ, que non continen-  
 tur in Regula, non sunt obliga-  
 toriæ, f. 103. p. 2. n. 15.  
 Cessationis à diuinis tēpore pos-  
 sumus admittere sex personas,  
 sacramenta ministrare, & sepe  
 lire, f. 113.  
 Cessationis Apostolica autorita-  
 te impositæ tempore, quæ pos-  
 sumus, f. 162. & f. 164.  
 Cessationis, quacumque autori-  
 tate impositæ, tempore, quæ  
 possumus, ibidem, & f. 230.  
 Chrisma & consecrationes alta-  
 rium & basilicarum, & ordi-  
 nationes fiant ab Episcopo  
 diocesano, f. 238. p. 2. n. 7.  
 Christiani noui non possunt ad-  
 mitti ad professionem, f. 177.  
 p. 2.  
 Clausuræ votum dispensatur, f.  
 74. & f. 95. p. 2. n. c. eius neces-  
 sitas, f. 128. p. 2. n. 5.  
 Clausuræ voti dispensatio com-  
 mittitur arbitrio Superioris, f.  
 173. n. 2.  
 Cisterciensium privilegia exten-  
 duntur ad nostram Congrega-  
 tionem, f. 2. 12. n. 2. n. 3.  
 Clementina non obstante non  
 tenemur ad habendum magi-  
 strum in primitiuis licentijs, f.  
 112.  
 Clerici Monasterio S. Facundi  
 sub-

- subiecti eximuntur à contributione cum clericis Legionensibus, f. 219.
- Clericum cuiuscunque Ecclesie Monasterij sancti Facundi nulus Episcopus potest excommunicare, &c. nisi de speciali mandato Sedis Apostolicæ, f. 222. n. 3. & p. 2. n. 6.
- Clericos possumus recipere ad conuersionem, f. 238. n. 4.
- Cluniacensis ordo extinguitur in Priorata sancti Vincentij Salmanticensis, f. 148. p. 2. n. 1. & in Monasterio Naierensi, f. 235. p. 2. n. 1.
- Collegium sancti Vincentij Salmanticensis erigitur, f. 149. n. 3.
- Collegæ sancti Vincentij eliguntur ab Abbate sancti Benedicti & Diffinitoribus in Capitulo, ibidem. p. 2. n. 6.
- Collegæ prædicti subiecti sunt Abbati sancti Bened. ibidem p. 2. n. 7.
- Collegium sancti Vincentij gaudet omnibus priuilegijs studiorum generalium, f. 149. p. 2. n. 8.
- Collegio sancti Vincentij concessit Iulius Secundus summam quingentorum ducatorum, f. 152. p. 2.
- Comedere extra refectorium possunt Superiores in quibusdam casibus, f. 102. p. 2. n. 8.
- Commenda locorum Congregatio nis prohibetur quibuslibet personis, f. 12. p. 2. n. 3. & f. 214.
- Committitur Sedis Apostolicæ Legatis, vt leca Congregatio nis eximât ab oneribus, & subsidijs, &c. f. 17. n. 8.
- Confirmatio priuilegiorum, & immunitatum Calsinen. per Eugenium Quartum, f. 27. p. 2. n. 20.
- Confirmatio amplissima eorundem per Alexandrum Sextum, f. 59. p. 2. n. 7.
- Confirmatio etiam amplissima per Leonem Decimum, f. 61.
- Confirmatio amplissima iterarum per Eugenium Quartum, f. 87.
- Confirmatio, & ampliatio priuilegij Martini Quinti circa conuersos, f. 109. p. 2. n. 1.
- Confirmatio indulgentiarum, & priuilegiorum per Nicolaum Francum, f. 122.
- Confirmatio priuilegiorum per Inno-

# P R I V I L E G I O R V M.

Innocentii Octauum, f. 129,  
 n. 7.  
 Confirmatio priuilegiorum per  
 Paulum Tertium, f. 171. n. 1.  
 Confirmatio constitutionum fa-  
 ctarum Madriti, f. 192. n. 14.  
 Confirmatio amplissima om-  
 nium priuilegiorum per Pium  
 Quintum, ibidem n. 15.  
 Confirmatio priuilegiorum Mo-  
 nasterij sancti Facundi, f. 222.  
 p. 2. n. 17.  
 Confirmatio priuilegiorum Pó-  
 tificialium, & Regalium, f. 239.  
 n. 14.  
 Confirmatio amplissima priui-  
 legiorum totius Congregatio-  
 nis per Clementem Octauum,  
 f. 242. n. 1. & f. 243. p. 2.  
 Confessiones secularium pos-  
 sunt audire Monachi exposi-  
 siti à Superioribus, f. 32. p. 2. n.  
 9. & f. 47. p. 2. n. 18. & f. 71. p.  
 2. & f. 117.  
 Confessionale pro Monachis  
 Congregationis. f. 125. p. 2.  
 n. 5.  
 Confessores eligere non pos-  
 sunt Monachi absque licen-  
 tia Superioris, f. 174. n. 1.  
 Confessiones secularium non  
 possunt audire Monachi abs-  
 que licentia Superioris, ibi-

dem.  
 Concordare possunt Prælati cū  
 quibuscunque super tributis,  
 & contributionibus, f. 115.  
 p. 2.  
 Concordia inita anno. 1559.  
 circa electionem Generalis, f.  
 180. n. 4.  
 Concordia inter Monasterium  
 sancti Benedicti, & Congrega-  
 tionem nequit rescindere Ca-  
 pitulum generale, f. 192. n. 16.  
 Concordia seruanda in electio-  
 ne Abbatis Montis Serrati, f.  
 203. p. 2. n. 4.  
 Congregatio Vallisoleтана gu-  
 bernetur iuxta morem Caisin.  
 f. 2. n. 1. & f. 165. p. 2.  
 Congregatio Vallisoleтана gau-  
 det priuilegijs Caisin. f. 2. n. 2.  
 & f. 167.  
 Congregatio nostra potest ac-  
 ceptare donationes, & legata  
 quæcunque, f. 7. n. 2.  
 Congregatio gubernetur iuxta  
 Regulam, & constitutiones, f.  
 10. p. 2. n. 13.  
 Congregatio eximitur à quibus-  
 uis censibus, redditibus, solu-  
 tionibus, & c. f. 17. p. 2. n. 10. &  
 f. 38. & f. 45. p. 2. n. 6.  
 Congregatio eximitur à solutio-  
 ne decimarum, primitiarum,

- &c. de bonis, quę colit, aut colli facit, f. 17. p. 2. n. 11. & f. 25. n. 8.
- Congregatio potest petere hereditates, & legata quomodo-cunq; sibi debita, f. 13. n. 12. & f. 47. p. 2. n. 17.
- Congregatio assumitur sub protectione Apostolica, f. 16. n. 3. & f. 24. p. 2. n. 3. & f. 45. p. 2. n. 6.
- Congregatio in causis suis civilibus & criminalibus potest vti testimonio Monachorum, & cōuerforum, f. 47. p. 2. n. 16.
- Congregatio maior dicitur, vbi fuerint plusquā duodecim Monachi, f. 102. n. 2.
- Cōgregationis caput est Abbas S. Bened. & eius Conuentus, f. 127. n. 1. & f. 135. n. 1.
- Congregatio non gaudet proprijs privilegijs, nisi seruat obedientia, & subiectione Monasterio Vallisoletano, & voto perpetuę inclusionis, f. 128. p. 2. n. 5.
- Cōgregationis institutio, f. 135. n. 1.
- Congregatione aliquid immutāre circa electionem Generalis dispositam à Clemente Octa-uo, electio redit ad Conuentum Vallisoletanum in solidū, f. 204. n. 7.
- Conseruatorias litteras non possunt cōpelli Monachi vel Prælati, vt admittāt, f. 19. p. 2. n. 17.
- Conseruatores nostri possunt esse quacūq; personę in dignitate Ecclesiastica constitutę, f. 54. p. 2. n. 1.
- Conseruatores nostri tenentur esse prædicti postquā fuerint requisiti per litteras Eugenij, f. 54. p. 2. n. 2. & f. 55. p. 2. n. 1.
- Conseruatoria Eugenij Quarti, f. 83.
- Conseruatoria Alexandri Sexti, f. 138. p. 2. n. 1.
- Constitutiones Madriti factas nequit retractare Capitulum generale, f. 182. n. 11. & f. 188. n. 6. & f. 191. n. 13.
- Conuentus possunt vèdere, alienare, &c. f. 40. & f. 50. & f. 53. & f. 88.
- Conuentu Vallisoletano aliquid immutante circa electionem Generalis à Clemente Octa-uo ordinatam, electio redit ad Congregationem in solidum, f. 204. n. 7.
- Cōuersi possunt admitti ad profectio-



PRIVILEGIORVM.

felsonem votorū obediētia,  
 paupertatis, & castitatis. f. 78.

Conuersus nullus potest transire  
 ad aliam religionē prater Car-

tusiam, f. 107. n. 1.

Coquina officium potest demā  
 dari seculari, f. 102. n. 2.

Creatio nouem Diffinitorum  
 Casin. f. 9. n. 2.

De

**D**ECIMAS vel primitias

non solum Congregatio  
 de bonis, quæ colit, aut coli, fa-

cit. f. 17. p. 2. n. 1. & f. 70. & f.  
 222. n. 4. & f. 238. n. 3.

Decimarū distributiones, & par-  
 titiones debent fieri vocatis, &

auditis Monachis, f. 169. p. 2. n. 1.

Decimas ad nos spectātes à qui-  
 buscunq; laicis detentas redi-

mere possumus, f. 238. p. 2. n. 11.

De donationibus & legatis ac-  
 ceptandis, f. 6. p. 2.

Delicti, vel excessus ratione à ne-  
 mine potest inferri interdictū,

seu excommunicatio in Mo-  
 nasteria, vel personas ibi degē-

tes, nisi de speciali commisso-  
 ne Sedis Apostolica, f. 26. n. 2.

Deputatio iudicum executorū  
 Palentinensis, Zamorensis &

Abulensis Episcoporum, f. 3. p.  
 2. & sequent.

Diffinitorum creatio, f. 9. n. 2.

Diffinitorum potestas, f. 9. n. 2.

Diffinitores possunt contere cō-  
 stituciones, & ordinationes in

spiritualibus, & temporalibus,  
 f. 9. n. 2.

Diffinitores possunt ordinare di-  
 uinum officium, salua Regula

substantiā, ibidem.

Diffinitoribus omnes parere te-  
 nentur, ibidem n. 3.

Diffinitores possunt disponere  
 de Monasterijs, & locis & bo-

nis Congregationis, ibidem n. 4.

Diffinitores possunt eligere Mo-  
 nachos in Abbates, & Priores,

f. 9. p. 2. n. 5.

Diffinitores possunt amouere e-  
 lectos absque causa cognitio-

ne, ibidem.

Diffinitores quatuor eligendi  
 quicum Abbate S. Bened. nego-

tia definiant, f. 135. p. 2. n. 5.

Diffinita per eos rata sint & fir-  
 ma si maior pars Capituli illis

remiserit ea diffinienda, ibidem.

Diffinitores nō possunt esse pro-  
 curator S. Bened. & socius ge-  
 neralis, f. 136. n. 10.

Diffinitores in Capitulo habent  
 amplam potestatem in spiritua-  
 libus.

- libus, & temporalibus, &c. f. 144. n. 8.
- Diffinitor vniuersus eligatur semper ex Monachis professis in Monasterio Valisoleitano, f. 203. p. 2. n. 3.
- Diffinitores in Capitulo carcerato passio secus est infratrimonium vacante per obitum officio Abbatis, f. 204. n. 5.
- Discedentem Monachum absque communibus litteris nullus audeat retinere, f. 238. n. 5.
- Discordia inter Congregationem, & Monasterium Valisoleitanum circa electionem Generalis, f. 188. n. 2. & f. 199. p. 2. n. 3.
- Dispensare possunt Prælati in quibusuis votis excepto religionis, f. 26. p. 2. n. 11. & f. 32. p. 2. n. 6.
- Dispensare etiam possunt in quibus potest ordinarius, f. 33. n. 11. f. 46. n. 10.
- Dispensare etiam possunt cum Monachis occupatis vel non doctis non tamen ad sacros ordines promotis in recitatione officij maioris, f. 36. p. 2. n. 7.
- Dispensare etiam possunt cum profiteri volenti super quacunque irregularitate, f. 70. p. 2. & f. 89. p. 2. n. 11.
- Dispensare etiam possunt cum illegitimis ad officia Congregationis non perpetua, f. 98. n. 6.
- Dispensare etiam possunt cum Monachis in irregularitatibus etiam Papæ reservatis, f. 114. p. 2. n. 11.
- Dispensare possunt Monachi expositi in omnibus casibus ordinario reservatis, f. 32. p. 2. n. 9. & f. 47. p. 2. n. 18. & f. 92. & f. 150. p. 2. n. 2.
- Dispensatio in voto clausuræ, f. 74.
- Dispensatio in irregularitatibus possunt promoueri ad dignitates, & officia, f. 93. p. 2. n. 3.
- Dispensatio impedimenti affinitatis ex fornicatione cum consanguineis matris vel uxoris, f. 151. n. 4.
- Donati emittunt votum solenne, f. 194. n. 1.
- Donati gaudent omnibus privilegijs, quibus Monachi, f. 194. p. 2. n. 3.
- Donati quomodo faciant professionem, f. 195. n. 4.
- Donationes, & legata potest acceptare nostra Congregatio, & ea dispensare, &c. f. 7. n. 2.
- Dormitionis tempora potest mutare Prælati, f. 72. & f. 103. p. 2. n.

## PRIVILEGIORVM.

- n. 14.  
 Dormire possunt Monachi cum  
 sola staminea & scapulari, f.  
 102. n. 3.  
 Dormire possumus post vigilias  
 æstiuo tempore, & cum licen-  
 tia, ibidem, p. 2. n. 7.  
 Dubia emergentia ex nostris pri-  
 uilegijs in fauorem nostrum  
 sunt interpretanda, f. 59. p. 2.  
 n. 2.  
 Duodecim Monachi nominan-  
 tur, qui cum Generali statuunt,  
 &c. f. 182. n. 10. & f. 189. n. 6.

### E.

- I**N Ecclesijs vnitis Monaste-  
 rijs Vicarij non assignantur  
 per concursum, sed nominan-  
 tur à Superioribus, & appro-  
 bantur ab Episcopis, privilegio  
 vltimo, n. 6.  
 Ecclesiam nullus potest ædifica-  
 re infra parrochias ad Monaste-  
 rium sancti Facundi pertinen-  
 tes, f. 222. n. 5.  
 Ecclesia in quibus eriguntur fon-  
 tes baptismales non propterea  
 subiunguntur Ordina. 10, f. 228.  
 p. 2.

- Electio[n]ib<sup>9</sup> de se f. Etis neque[n]t  
 Monachi consentire absque li-  
 centia Superioris, f. 26. p. 2. n.  
 58. & f. 36. n. 6.  
 Electio[n]es, & confirmationes  
 fiant iuxta constituta in Capitu-  
 lo generali, f. 143. p. 2. n. 7.  
 Electio[n]es Abbatissarum debet  
 fieri quemadmodum Abbatu[m],  
 f. 186.  
 Electio Generalis per obitum,  
 vel alijs vacantis quemodo  
 fiat, f. 190. n. 9.  
 Episcopus aduocatus à Mona-  
 chis potest conferre illis ordi-  
 nes absque licentia diocesani,  
 f. 37. n. 1. & f. 45. n. 5.  
 Episcopis Ouetensi & Segouien-  
 si committitur fundatio Mona-  
 sterij sancti Benedicti Vallitole-  
 ti, f. 66.  
 Episcopi Abulensis, & Zamo-  
 rensis, & Abbas sancti Facundi  
 sunt iudices deputati pro re-  
 nocatione Monachorum tran-  
 scutium ad aliam religionem,  
 f. 69.  
 Erectio vnus Congregationis  
 Calsin, f. 7. n. 1.  
 Eucharistiam possunt ministra-  
 re Monachi expositi à Super-  
 ioribus, f. 47. p. 2. n. 18. & f.  
 92. & f. 124. p. 2. n. 3.

Eugenij Quarti mens in privile-  
gijs nostris explicatur ab Ale-  
xandro Sexto, f. 60 n. 4. & 5.

Examinantes conscientiam sin-  
gulis noctibus, &c. quid conse-  
quantur, f. 198. n. 1.

Exactiones noue, & indebita no-  
fiant per quemcunque, f. 278.  
p. 2. n. 9.

Executio litterarum Apostolica-  
rum Pralati commissa potest  
ab illis remitti sine nota inobe-  
dientie, f. 75.

Excommunicationis poena in ac-  
cipientes loca Congregationis  
in titulum, vel commendam,  
vel pensionem, f. 12. p. 2. n. 4.

Excommunicantur attentantes  
reformationem, correctionem,  
vel uisitationem, locorum, &  
personarum Congregationis,  
f. 16. p. 2. n. 4. & f. 24. p. 2. n. 4.

Excommunicantur cogentes Con-  
gregationem ut in eius locis  
Missa, vel ordines celebren-  
tur, cause agantur, processio-  
nes conuocentur, synodi cogā-  
tur vel ad hospitium seu carce-  
re deputentur, f. 16. p. 2. n. 6.

Excommunicantur imponentes  
gabellos, tallias, danis collectas,  
impositas, & onera locis Con-  
gregationis, f. 17. n. 17.

Excommunicantur perturban-  
tes, aut detinentes bona Con-  
gregationis, f. 18. n. 13. & f. 25. p.  
2. n. 9.

Excommunicantur abstrahētes,  
vel retinentes personas Con-  
gregationis absque eius consen-  
su, f. 19. n. 16. & f. 46. n. 11.

Excommunicantur impediētes  
eos, qui uolunt ingredi religio-  
nem, f. 26. n. 10.

Excommunicantur Monachi im-  
petrantes, vel acceptantes be-  
neficia Ecclesiastica extra Con-  
gregationem absque licentia  
Superioris, f. 26. p. 2. n. 13.

Excommunicantur mulieres in-  
gredientes, & eas recipientes  
intra septa Monasterij, f. 33. n.  
10. & f. 46. n. 9. & f. 123.

Excommunicantur ipso facto  
transcuntes ad aliam religio-  
nem praeter Cattolicam, & eos  
recipientes nisi infra sex dies,  
&c. f. 107. p. 2. n. 2.

Excommunicantur, priuātur in-  
habilitantur Superiores no ob-  
seruantes formam professio-  
nis in Monachis profitentibus,  
f. 29. n. 6.

Excommunicare, &c. nullus po-  
test Monachum praeter Roma-  
num Pontificem, aut eius dele-  
ga-

# PRIVILEGIORVM.

rogatum Cardinalem. f. 222. n. 1.  
& n. 6.

Excommunicantur perturbantes iura, & immunitates Monasteriorum. f. 232. n. 5.

Excōmunicationem non incurunt Monachi propter participationē nisi, &c. f. 33. p. 2. n. 14.

Exemptio perpetua, & amplissima Cōgregationis Calsin. f. 15. p. 2. n. 11. & sequentibus.

Exemptio honorum spiritualium, & temporalium, ibidem, & f. 38.

Exemptio personarum Cōgregationis à reformatione, correctione, visitatione, &c. quorūcunque, ibidem.

Exemptio ab interdicto, & excōmunicatione nisi de speciali commissione Sedis Apottolicę faciente mentionem, &c. f. 16. n. 2.

Eximitur Cōgregatio à Regibus, Principibus, &c. imponētib; gabelas, &c. f. 17. n. 7. & f. 25. n. 6.

Eximitur Cōgregatio à predictis non obitantibus quibuscunque litteris Apottolicis notificentibus mentionem, &c. ibidem, n. 7. & f. 24. n. 1.

Eximitur Cōgregatio à subli-

dijs etiam charitatiuis, f. 17. n. 8. & f. 25. n. 6. & 7. n. 2. q. 2. 17.

Eximitur etiam à quibusvis censibus, redditibus & solutionibus, redditione visitationis, &c. f. 17. p. 2. n. 10.

Extensio privilegiorum Calsin. ad Cōgregationē Vallisolet. f. 2. n. 2.

Extensio privilegiorum ad Monasteria erecta, & erigenda, f. 87. n. 2. & f. 122. & f. 151. n. 3. & f. 160.

Explicatio significationis indumentorum Pontificalium pro Abbatibus nostris. f. 215. n. 2.

Extinctio commendarum & pensionum super redditibus Monasterium, f. 11.

F.

**S. FACVNDI** Monasterij privilegia, f. 214. & sequentibus.

Ferdinādus & Elisabeth Reges Catholici reformationis fautores, f. 33. & f. 188. n. 1. & f. 199. p. 2.

Festa alia non tenemur obseruare præter generalia, & localia, &c. f. 98. p. 2. n. 7.

Festis Iolenibus possumus cœ-

- mare nisi venerint in sexta feria, f. 102. p. 2. n. 6.
- Festa, in quibus non obstantibus interdicto & cessatione possimus solemniam celebrare, &c. f. 162. p. 2.
- Fidem catholicam concernens causa Prælati nostris commissa non potest ab illis remitti, f. 75. p. 2.
- Filiationes Monasterij S. Benedicti concurrunt in contributionibus Congregationis, f. 191. n. 12.
- Filiationum provisio reservatur Abbatibus, f. 203. p. 2. n. 4.
- Fratres ad solam obedientiam obligati possunt recipi pro ministerio externo, &c. f. 109. p. 2. n. 1.
- Fratres huiusmodi quem habitum deferre possint, ibidem. n. 2.
- Fratres huiusmodi quæ observare debeant, & ad quam poenam obligentur, f. 110. n. 3.
- Fratres huiusmodi non tenentur ad Horas Canonicas, sed ad toties Pater noster & Ave Maria, ibidem n. 4.
- Fratres huiusmodi non possunt contrahere matrimoniū, ibidē.
- Fratres huiusmodi gaudent omnibus privilegijs quibus Monachi, ibidem.
- Fratribus admisis ad participationem orationū, &c. quid concesserit Gregor. XIII. f. 198.
- Fugitivi dicuntur etiam transeuntes ad aliam Religionem præter Cartusiam, f. 108. n. 3.
- Fugitivi prædicti possunt reduci à Superioribus, f. 29. n. 2.
- Fugitivorum bona acquisita pertinet ad Monasteria, unde exierunt, f. 108. n. 4.
- Fundatio Monasterij S. Benedicti Vallisoleti, f. 66.
- G.
- G**ABELLAS nullus imponat super res Monasterij, f. 231. p. 2. n. 3.
- Galleciæ Monasteriorum reformatio committitur Abbati S. Benedicti, f. 133. & f. 154. & sequentibus.
- Galleciæ Monasteria subiciuntur Abbati S. Benedicti Vallisoleti, f. 133.
- Generalis electus statim habetur pro confirmato, f. 120. n. 2.
- Generalis cum senioribus Convētus Vallisoleti conuocat Capitulum generale, ibidem.
- Generalis cum senioribus potest dare licentiam exeundi à Monasterio pro rebus necessarijs, f. 129. n. 8.

## PRIVILEGIORVM.

**G**eneralis statuit quomodo vivere debeant donati, & quid recitent, f. 194. p. 2. n. 2.

**G**eneralis infra triennium quomodo eligendus, f. 181. n. 7. & f. 190. n. 5.

**G**eneralis quomodo eligendus in Capitulo statuitur anno 1550. f. 185. n. 3. & n. 4. aliter f. 189. p. 2. n. 8.

**G**eneralis quomodo eligatur singulis triennijs statuitur demum à Clemente Octavo, f. 203. n. 2.

**G**eneralis electio officio per obitum vel alias vacante quomodo fiat, f. 190. n. 9. & fol. 201.

**G**enerali referuat absolutio non obseruantium formam professionis, f. 129. n. 6.

**G**eneralib<sup>9</sup> in Capitulis quæ possunt decerni, & ordinari, f. 120. n. 3.

**G**radus Magisterij quando Monachis conferendus, f. 191. n. 11.

**G**radus omnes conferuntur in studio S. Facundie in insignijs, & honoribus, quibus Salmanticæ, f. 224. p. 2. n. 2.

**G**rangia referuat Monasterijs, quibus sunt propria, f. 135. n. 1.

**G**ragie possunt deserui per presbyteros ad nutum amouibiles, f. 160.

**G**rangias Congregationis nullus

potest impetrare, f. 213<sup>9</sup>  
H.

**H**abitantes laici intra septa Monasterij possunt audire Missas, &c. tempore interdicti, f. 27. n. 16. & f. 32. n. 5. & f. 45. n. 4.

**H**abitu nostræ Congregationis non possunt deferre Monachi ab ea discedentes, f. 49.

**H**abitus fratrum ad solam obedientiam obligatorum qualis, f. 109. p. 2. n. 2.

**H**ereditas, legata, & fideicommissa potest petere Congregatio, f. 18. n. 12.

**H**ebæorum ex genere nullus potest admitti ad professionem, f. 107. p. 2.

**H**oras Canonicas non tenentur dicere Monachi in sacris non constituti, f. 99. n. 11.

**H**ospitari nemo potest in locis Congregationis absque eius voluntate, f. 16. p. 2. n. 6.

**H**ortos Monasteriorum furtiue intrantes tam viri quam mulieres excommunicantur, & absolutio referuat Prælati, f. 123.

**I**eiunia regularia potest alleviare Prælati, f. 72. & f. 103. p. 2. n. 14.

# I N D E X

Ieiunare tenetur Monachus singulis ferijs vnius anni, vt gaudeat indulgentia plenaria in mortis articulo, f. 82. p. 2. n. 3. & f. 89. n. 2.

Ieiunium iniunctum pro votentibus obtinere in mortis articulo plenariam abolutionem potest commutari in aliud opus meritorium, f. 111. p. 2. & f. 82. p. 2. n. 3.

Ioanni Regi Castella, &c. conceditur licentia ad fundandum & dotandum Monasterium S. Bened. Valisoleti cum Ecclesia, claustro & coemeterio, f. 66.

Ioannes de Aceuedo Prior S. Bened. Valisoleti, f. 111.

Ioanes de S. Vincentio procurator S. Claudij Legionensis, f. 111.

Incarcerari nemo potest in locis Congregationis absque eius voluntate, f. 16. p. 2. n. 6.

Indulgentia pro Monachis visitantibus quinque altaria & recitantibus Psalmum Misere mei, f. 27. n. 14. & f. 32. n. 3.

Indulgentia in festo Corporis Christi, f. 80. & f. 100. p. 2. n. 1.

Indulgentia pro comitantibus Eucharistiam infirmis delata, ibidem.

Indulgentia pro ieiunantibus pro

festum Corporis Christi, ibidem.

Indulgentia plenaria in mortis articulo, f. 82. p. 2. n. 1. & f. 89. n. 2.

Indulgentia quadragesimales, f. 121.

Indulgentia pro visitantibus altaria, f. 125. n. 1.

Indulgentia pro visitantibus altaria deputata per totum annum, f. 130. p. 2.

Indulgentia S. Iacobi anno Iubilii, f. 128. p. 2.

Indulgentia concessa Congregationi per Gregorium Decimum tertium, f. 198.

Indulgentia plenaria singulis mensibus, f. 198. n. 2.

Indulgentia plenaria in mortis articulo, ibidem.

Illegitimi possunt ordinari, & assumi ad officia, f. 93. p. 2. nu. 13. & f. 47. p. 2. n. 19. & f. 81. p. 2. & f. 98. n. 6.

Impetrationes quaeunque nostrorum Monasteriorum sunt reuocatae, f. 60. n. 5. & f. 214.

Impedimenti affinitatis ex fornicatione cum consanguineis manu, vel vterus diluentione, f. 151. n. 4.

Infirmi Monachi loco diuini officij possunt dicere aliquas orationes ad arbitrium Superioris



# P R I V I L E G I O R V M.

- f. 98. n. 4 & f. 111. p. 2.
- Infirmi, & occupati obtinere etiam possunt indulgentias in festo Corporis Christi, f. 100. p. 2. n. 1.
- Infirmi, & impediti consequuntur etiam omnes alias indulgentias dicendo orationes, &c. f. 128.
- Ingredientes religionem possunt absolui à quocunque vinculo excommunicationis, f. 32. p. 2. n. 8.
- Inobedientes qui se subtraxerunt non recipiantur, f. 36. n. 5.
- Insignia Pontificalia concessa omnibus Abbatibus, vide in ultimo privilegio.
- Interdictio generali non obstantepossunt Monachi divina officia celebrare, f. 27. n. 16. & f. 32. n. 5. & f. 45. n. 4. & f. 238. p. 2. n. 6.
- Interdicti tempore pessimus admittere seruitores cœnivos Monasterij ad audienda divina officia, f. 73. & f. 98. p. 2. n. 10. & f. 229. p. 2. n. 2. & f. 222. n. 2.
- Interdicti tempore pessimus admittere sex personas inter viros & mulieres, &c. f. 113.
- Item pessimus admittere quindecim, f. 125. p. 2. n. 4.
- Interdicti Apostolica authoritate impositi tempore quæ possint Monachi, f. 162. & f. 164.
- Interdicti alia quacunque authoritate impositi tempore quæ possint, ibidem.
- Interdicuntur ciuitates per turbantes iura, & immunitates Monasteriorum, f. 232. n. 5.
- Interdictum nullus potest ponere in Ecclesiis nostras, nisi &c. f. 222. p. 2. n. 6.
- Irachens. Monasterij privilegia, f. 240. p. 2.
- Irregularitatis dispensatione propter manus violentas, vel ordines indebita susceptos, f. 68. n. 2.
- Irregularitas dispensatur cum profiteri volentibus, f. 70. p. 2. & cum professis, f. 93. p. 2. n. 2.
- Irregularitatis dispensatio cum Apellatis, f. 108. n. 5.
- Irregularitatis Papæ reseruata, scilicet, quæ incurritur propter homicidium, membrorum truncationem, vel enormem sanguinis effusionem dispensatio, f. 113. p. 2.
- Irregularitatis propter iniectio nem manuum violentarum in Superiorem dispensatio, f. 158. p. 2.

Irritum est quidquid agitur contra Congregationem, nisi de speciali commissione Sedis Apostolicae, f. 16 n. 2.

Irrita sunt sententiae latae à quibuscunque contra benefactores Congregationis, f. 46. p. 2, n. 12.

Iudices deputati à Julio Secundo pro executione priuileg. Cassi, f. 4. & sequen.

Iudices executores statuti Clement. VIII. circa electionem Generalis, f. 205. p. 2.

Iudices cōseruatores pro studio S. Facundi, f. 223.

Iudices executores Monasterio Naierensi concessi. fol. 232. n. 2.

Iudaeorum ex genere nullus potest admitti ad professionem, & c. f. 177. p. 2.

Iurare de calumnia non tenentur Monachi, f. 19. p. 2. n. 18. & f. 47. n. 15.

Iuramentum solemne praestari debitum à Congregatione, & Conuentu Vallisoletano initio cuiuscunque Cap. generalis, f. 204. n. 6.

Iurare nollens voto & suffragio perpetuo caret abidem.

Iuris ilre pitu nō indigent cause

Monachorum. f. 36. n. 3. & f. 44. p. 2. n. 2.

**L.**

**L**ABORES mandum potest alleuiare Praelatus, f. 72. & f. 103. p. 2. n. 14.

Laici habitantes intra septa Monasterij possunt audire Missas tempore interdicti, f. 27. n. 16. & f. 32. n. 5. & f. 45. n. 4.

Laicos liberos, & solutos possumus recipere ad conuersionem, f. 238. n. 4.

Lectioes potest alleuiare Praelatus f. 72, & f. 103. p. 2. n. 14.

Legata quaecunque potest acceptare nostra Congregatio, f. 70. n. 2.

Legata Monasterijs nostris libera sunt omnino, f. 38.

Legata pro perpetuis Capellanij sine praedicto onere possumus accipere & retinere, & c. f. 99. n. 12. & f. 111. & f. 125. p. 2, n. 4.

Lectores, et studentes in studio S. Facundi faciunt fructus cuiuscunque beneficij cum cura, & c. f. 224. n. 1.

## P R I V I L E G I O R V M.

Libertas Monasteriorum & locorum Congregationis à quacumque impositione etiam per lites Apostolicas non faciētes mentionem, &c. f. 17. n. 9.

Licētia Capituli generalis sufficit ad vendendum, & alienandum, &c. f. 40. & f. 50.

Licētia ex eundi à Monasterijs potest dare Generalis, f. 129. n. 8.

Ligna sciendens in mōibus Monasterij qua pœna afficiatur, f. 232. n. 4.

Litteræ Apostolicæ non derogant privilegijs nostris, nisi expressam de illis faciant mentionem, &c. f. 28. n. 22. & f. 48. n. 22.

Locus assignatus pro Capitulo generali non mutatur absque causa, & assensu, &c. f. 9. p. 2. n. 7.

**M**AGISTERII gradus quando Monachis conferendus, f. 191. num. 11.

Matura deliberatio, & assensus evarum partium conventus requiritur, ut aliquis admittatur ad professionem, f. 10. n. 8.

Maurorum ex genere nullus ad-

mitti potest ad professionem, &c. f. 177. p. 2.

Maledictio aterna aduersus imponentes gabellas, &c. locis Congregationis, f. 17. n. 7.

Missæ, aut alia diuina officia non possunt celebrari in locis Congregationis absque eius voluntate, f. 16. p. 2. n. 6.

Missam possunt dicere Monachi in itinere ante diem & usque ad Nonam, f. 27. n. 15. & f. 32. n. 4.

Missam aliam potest interim dicere qui celebrat tercenarium, S. Gregorij, f. 98. p. 2. n. 9.

Missæ tres educunt animam Monachi vel fratris nostri e purgatorio, f. 198. n. 3.

Missam dicere possumus post duas horas à media nocte, f. 229. p. 2. n. 1.

Missam celebrare licet non obstantibus interdicto, & cessatione à diuinis coram seruitoribus & familiaribus, ibidem n. 2.

Monachi non tenentur ad plura recitanda, quam quæ continentur in regula, f. 72. p. 2. & f. 163. p. 2. n. 15.

Monachi possunt recipere omnes sacros ordines vna die extra tempora, f. 79. n. 1.

Monachi possunt transferri de vno

Monasterio ad aliud cū causa legitima, f. 79. n. 2.

Monachi ieiunare tenentur singulis ferijs sextis vni<sup>9</sup> anni, vt gaudeant indulgentia plenaria in mortis articulo. f. 82. p. 2. n. 3. & f. 89. n. 2. iniungitur recitatio septem Psalm. Pœnit. cum Litanijs.

Monachi tres, vel quatuor expositi à Prælato possunt audire confessiones, & dispensare in casibus Episcopo reseruatis, &c. f. 92. & f. 150. p. 2. n. 1.

Monachi infirmi loco diuini officij possunt dicere aliquas orationes ad arbitrium Superioris, f. 98. n. 4.

Monachi in sacris non constituti non tenentur ad Horas Canonicas, sed loco earum, &c. f. 99. n. 11. & f. 111. p. 2.

Monachi debiles infirmi, aut occupati obtinere possunt indulgētias festi Corporis Christi si non inter sint, &c. f. 100. p. 2. n. 1.

Monachi attingentes vigesimū quartum annum possunt promoueri ad sacerdotium, ibidē n. 2.

Monachi itinerantes, & infirmi possunt dormire cum sola sta-

mine, & scapulari, f. 102. n. 3.

Monachi possunt dormire astricto tempore post vigiliis cum licentia, f. 102. p. 2. n. 7.

Monachi possunt ministrare extremam vñtionem infirmis intra septa Monasterij, f. 124. n. 4.

Monachi sancti Vincentij Salmanticens. subijciuntur Abbati sancti Benedicti, f. 149. p. 2. n. 7.

Monachi à Prælati suis expositi possunt dispesare in votis Episcopo reseruatis, & ea commutare. f. 150. p. 2. n. 2.

Monachi absque licetia Superioris non possunt retinere & expendere pecunias, f. 174. n. 1. nec eligere confessorum vel audire confessiones, &c. ibid.

Monachi duodecim nominantur, qui cum Generali statuāt, &c. f. 182. n. 10. & f. 189. n. 6.

Monachi non deseruiunt beneficijs extra Monasteria, f. 183. p. 2. n. 4. neque admittunt sacramenta, ibidē.

Monachi requisiti de quocunq; priuilegio non tenentur tradere ad transibendum, f. 216.

Monachi viatores & infirmi nō tenentur ad recitandum pluri-

PRIVILEGIORVM.

- plusquam in regula continetur. f. 217.
- Monachi non tenentur ad solutionem debitorum, nisi creditores probauerint ea fuisse conuersa in utilitatem Monasterij, f. 219 p. 2.
- Monachi omnes vbicūque morerentur liberi sunt à subiectione Episcoporum, f. 222. p. 2. n. 6.
- Monachus vnus non habitet in Ecclesia parochiali, priuilegio vltimo, n. 8.
- Monachi viuunt sub obedientia Visitatorum, &c. f. 9 p. 2. n. 7.
- Monachi translati de vno Monasterio ad aliud absoluti sunt ab obedientia Superioris alterius Monasterij, & sunt conuētuales illius, ad quod translati sunt, vbique habent vocem, &c. f. 10. n. 9.
- Monachi non possunt compelli, vt accedant ad quæcunque Concilia tam per litteras Apostolicas non facientes mentionem. &c. f. 16. p. 2. n. 5. & f. 24. p. 2. n. 2.
- Monachi vel Prælati non possunt abstrahi, vel retineri à quibusuis, f. 19. n. 16.
- Monachi nequeunt compelli ad ferendum testimonium, seu iurandum de calumnia, f. 19. p. 2. n. 18. & f. 47. n. 15.
- Monachi non possunt trahi extra ciuitates, & dioeceses etiam per sententiam latam per litteras Apostolicas non facientes mentionem, &c. ibidem.
- Monachi nequeunt consentire electionibus de se factis absque licetia Superioris, f. 26. p. 2. n. 13. & f. 36. n. 6.
- Monachi nequeunt impetrare, vel acceptare beneficia Ecclesiastica extra Congregationem absque licentia Superioris, ibid.
- Monachi in itinere possunt celebrare ante diem, & vsque ad Nonam, f. 27. n. 15. & in Monasterijs per vnā horam ante lucem, f. 98. n. 5.
- Monachi possunt celebrare diuina officia tempore interdicti, & quosdā personas admittere, f. 27. n. 16. & f. 32. n. 5. & f. 98. p. 2. n. 10.
- Monachi nullam excommunicationem incurrunt propter participationem cum excommunicatis exceptis, ibidem f. 27. n. 17. & f. 33. p. 1. n. 14.
- Monachi non tenentur ire ad processiones, vel funeralia, f. 29. n. 1.

- Monachi fugitivi ad alia Monasteria transeuntes** possunt reduci à Superioribus, f. 29. n. 2.
- Monachi ordinentur** nullo privato examine à quocūq; Episcopo, f. 31. n. 1. & f. 45. n. 5.
- Monachi ordinentur** ab Episcopis cum litteris testimonialibus suorum Superiorum, privilegio ultimo, n. 5.
- Monachi aduocare** possunt quocūq; Episcopū, vt in suis Monasterijs ordines faciat absq; diocesani licētia, f. 31. n. 1. & f. 45. p. 2. n. 5.
- Monachi omnes** semel in mortis articulo gaudent plenaremissione peccatorum, f. 31. p. 2. n. 2. & f. 82. p. 2. n. 1.
- Monachi à Superioribus** expositi possunt audire confessiones secularium administrare Ecclesias, &c. f. 32. p. 2. n. 9. & f. 47. p. 2. n. 18. & f. 92. & f. 117. & f. 124. p. 2. n. 1. & f. 150. p. 2. n. 1.
- Monachi sic expositi** possunt ministrare Eucharistiam, f. 47. p. 2. n. 18. & f. 92.
- Monachi transeuntes** ad aliud Monasterium etiam vigore litterarum Apostolicarum, vt Apostatae reducantur, f. 36. n. 4.
- Monachi impetrantes** litteras ad transeundum ad aliud Monasterium, nisi in tempore in eis prefixo id impleant, sunt Apostatae, f. 44. p. 2. n. 3.
- Monachi impetrantes** litteras Apostolicas nequeunt compellere Superiores ad sui receptionem nisi &c. f. 47. n. 13.
- Monachi seu Prælati** nequeunt compelli, vt admittant litteras conseruatorias, &c. f. 19. p. 2. n. 17. & f. 47. n. 14.
- Monachi discedentes à Congregatione** possunt compelli, vt habitum relinquunt, f. 49.
- Monachorum causæ** iuxta constitutiones tantum determinantur, f. 36. n. 3.
- Monachus transiens** ad aliam religionem, & ibi professione mittens, nihilominus reuocatur, f. 69.
- Monachus nullus** potest transire ad aliam religionem præter Cartusiam, f. 107. n. 1.
- Monasteria Calsini**, quibus privilegium gaudeant, f. 10, n. 10 & nullum est alteri subiectum, ibidem.
- Monasteria, loca, bona, & personæ** Congregationis libera sunt à quacūque impositione, collecta,

## P R I V I L E G I O R V M .

lecta, decima, subsidio etiam  
charitativo per Sedem Aposto-  
licam imposito non facientem  
in suis litteris mentionem, &c.  
f. 17. n. 9. & f. 25. p. 2. n. 8. non  
possunt impetrari, f. 213.

Monasteria Congregationistã-  
diu gaudent privilegij sancti  
Benedicti Vallisoleti, quãdiu  
permanerint in eius subiectio-  
ne, f. 104.

Monasteria Congregationis nul-  
latenus gaudent proprijs privi-  
legijs nisi manerint in obedi-  
tia, & subiectione Monasterij  
sancti Benedicti Vallisoletani,  
f. 128. p. 2. n. 5.

Monasteria Cõgregationis etiã  
si non habeant. 12. Monachos  
gaudent omnibus privilegij,  
ibidem.

Monasteria nostra possunt acci-  
pere reliquias à quibuscunque  
personis, f. 105 & 106

Monasteria exigua possunt vni-  
ri, f. 118. n. 1. & f. 182. p. 2. n. 12.

Monasteria possunt transferri ad  
loca commodiora, f. 118. n. 2.

Monasteria vniãta possunt deseri-  
uri per clericos seculares amo-  
uibles, f. 137. n. 13 & f. 189. n. 7.

Monasteriorum tenuium vniõ  
quomodo fiat, f. 182. p. 2. n. 12.

& f. 189. n. 7.

Monasterium Vallisolet. est ca-  
put rotius Congregationis, f.  
191. n. 12. non concurrat in con-  
tributionibus Cõgregationis,  
ibidem.

Montis Serrati privilegia, f. 229.

Mulieres intrantes intra septa  
Monasterij & earum ducto-  
res, & receptores excommuni-  
cantur, & absolutio referuatur  
Generali, f. 33. n. 10. & f. 46. n. 9.  
& f. 123.

## N.

**N**Aierens. Monasterij privi-  
legia, f. 231. eximitur à iu-  
risdictione Abbatis Cluniacea-  
lis, f. 235. p. 2. n. 1.

Natali Domini, & duobus die-  
bus sequentibus possumus cœ-  
nare semper, f. 102. p. 2. n. 6.

Novitij possunt dormire in eo-  
dem dormitorio cum profes-  
sis, f. 103. p. 2. n. 13. possunt etiã  
conedere in eodem refecto-  
rio, sed seorsum in mēsa eis de-  
putata, ibidem.

Novi Christiani non possunt ad-  
mitti ad professionem, nec ad-  
missi ascendere ad dignitates,  
&c. f. 177. p. 2.

O.

**OBSERVANTIA** ubi  
viget regularis magis  
vacatur studio cōscientiæ quā  
scientiæ, f. 98. in principio.

Octavæ Sanctorum in quibus  
interdictum & cellatione non  
tenemur obseruare, f. 162 p. 2.  
& f. 164.

Officium de Domina nostra nō  
est obligatoriū, f. 103. p. 2. n. 15.

Oniens. Monasterij privilegia,  
f. 226.

Ordines non possunt celebrari  
in locis Congregationis absq;  
eius voluntate, f. 16. p. 2. n. 6. &  
f. 46. n. 8.

Ordinari possunt Monachi præ-  
sentati à superioribus à quocū-  
que Antistite absque examine,  
f. 45. n. 5. & f. 79. n. 1.

Ordines omnes sacros possunt  
recipere Monachi vna die &  
extra tempora, f. 79. n. 1.

Ordines minores quibus possit  
conferre Abbas sancti Facun-  
di, f. 216. p. 2.

Ordines minores conferuntur  
ab Abbatib<sup>9</sup> suis subentis, vice  
vltimum privilegium n. 2.

Ordinati in minoribus ab Ab-  
batibus admittantur ad cate-

ros ordines ab Episcopis, ibidē  
n. 4.

Ornamēta Ecclesiastica possunt  
benedicere Abbates, f. 33. p. 2. n.  
12. & f. 136. p. 2. n. 11. & f. 152 &  
f. 216. p. 2.

P.

**PECCANTES** ex confi-  
dentia indulgentiarum nō  
gaudent illis, f. 82. p. 2. n. 2.

Pecunias non possunt retinere,  
vel expendere Monachi absq;  
licentia Superioris, f. 174. n. 1.

Peregrinationis vota conuerso-  
rum quęcunque possunt dispē-  
sari à Prælatis, f. 98. p. 2. n. 8.

Pensio super bona Congrega-  
tionis prohibetur sub excom-  
municatione, f. 12. p. 6. n. 4.

Petere potest Congregatio here-  
ditates, legata, &c. ubicunque  
& quomodocunque sibi acbi-  
ta, f. 18. n. 12.

Præiudicium nullum generatur  
cōtra nostra privilegia ex igno-  
rantia, vel negligentia, f. 48.  
n. 21.

Philippi II. Regis Catholici pe-  
titio, d. Sum. Penus pie Con-  
gregatione, f. 179. n. 1. & f. 187.

Pontificalia incrementa concessa



# P R I V I L E G I O R V M.

- sa Abbati sancti Facūdi, & eorū interpretatio, f. 215. n. 1. & 2. p. 2. & f. 202. p. 2.
- Pontificalia insignia vbi concessa omnibus Abbatibus, vide in vltimo privilegio. n. 3.
- Praelati, & Monachi Congregationis nō possunt compelli vt accedant ad quæcumque ecclesiasticam etiam per litteras Apostolicas, & c. f. 16. p. 2. n. 5.
- Praelati vel Monachi non possunt compelli vt accipiunt litteras conseruatorias, f. 19. p. 2. n. 17. & f. 47. n. 14.
- Praelati possunt dispensare cetero, qui vult ingredi aliam religionem, & ad nostram accipere. f. 26. p. 2. n. 11.
- Praelati possunt dispensare super omnibus votis suorum subditorum, excepto religionis, ibidem n. 12. & f. 32. p. 2. n. 6.
- Praelati possunt dispensare cum illegitimis ad officia Congregationis non perpetua, f. 98. n. 6.
- Praelati possunt dispensare cum subem in casibus in quibus sordet Ordinarius eorum, f. 33. n. 10. & f. 6. n. 10.
- Praelati non possunt compelli vt admittant in obedientiam etiam virtute litterarum Apostolicarum, & c. f. 36. n. 5.
- Praelati possunt dispensare cum Monachis occupatis, vel non decessis, non tamen ad ordines sacros promouendis in recitatione officij maioris, f. 36. p. 2. n. 7.
- Praelati, & Conuersos possunt vendere, alienare, & permutare bona immobilia, & c. f. 40. & 50. & 93. & 88.
- Praelati nequeunt compelli, vt recipiant Monachos redeūtes cū litteris Apostolicis, nisi & c. f. 47. n. 13.
- Praelati absque benedictione accepta possunt regere Monasteria, & c. f. 48. n. 20.
- Praelati possunt absoluerē Monachos ab omnibus tententis, f. 68. n. 1.
- Praelati possunt dispensare cum Monachis suis super irregularitate propter manus violentas, vel ordines indebitē susceptos ibidem n. 2.
- Praelati possunt admittere ad professionem conuersos pro administratione negotiorū, & c. f. 78.
- Praelati cum consilio seniorum possunt interpretari cuba regularia, f. 99. n. 13.

- P**relati possunt concedere Monachis vnum pulmentum ad coenam, f. 102. p. 2. n. 5.
- P**relati, & Superiores possunt comedere extra refectoriū, f. 102. p. 2. n. 8.
- P**relati possunt dispensare cum conuentu in cantu aliquibus diebus, f. 103. n. 9.
- P**relati possunt ordinare vt nescientes legere dicant ad certū numerum Pater noster, & c. ibidem n. 10.
- P**relati possunt dispensare circa minora Regulæ, cum consilio, & c. ibidem n. 11.
- P**relati possunt absoluere redeūtes ad Monasteria, & dispensare super irregularitate: & c. f. 108. n. 15.
- P**relati dispensare possunt cum quibusdam vt transeant ad aliam religionem, f. 102. n. 4.
- P**relati possunt commutare in aliud opus meritum ieiunium iniunctum pro absolutione plenaria in mortis articulo, f. 111. p. 2.
- P**relati non tenentur mittere Monachos ad studia generalia, f. 112. nec habere in Monasterijs magistros in primitiuis scientijs, ibidem.
- P**relati possunt conuenire cum quibuscunque super tributis, & contributionibus, f. 115.
- P**relati possunt dispensare cum infirmis in officio diuino, f. 98. n. 4.
- P**relatorum correctiones non obligant ad peccatum nisi ex contemptu, f. 35. p. 2. n. 5.
- P**relato absente à Monasterio committitur alteri regimen Monasterij f. 42.
- P**relatus sic absens non admittit titulum, & potest regere aliud Monasterium, ibidem.
- P**relatus nullus potest admittere monachum seu conuersum ad professionem, nisi quibusdam conditionibus, f. 10. n. 8.
- P**relatus debet reformare suum Monasterium iuxta Congregationis statuta, f. 10. p. 2. n. 14.
- P**relatus incurrens excommunicationem vel irregularitatem absolui potest à Monacho, quæ ipse elegerit, f. 68. n. 3.
- P**relatus absoluere potest profitemi volentes à quibuscunque criminibus, f. 70. p. 2.
- P**relatus potest construere cellas in dormitorio, alleuiare ieiunia, labores manuum, & lectiones, mutare tempora dormi-

# P R I V I L E G I O R V M.

- tionis, &c. f. 72. & 102. n. 1. & f. 103. p. 2. n. 14.
- Praelat<sup>9</sup> potest absoluere Monachos ab excommunicatione, & dispensare cum illis in irregularitate Papae reservatis, f. 111. p. 2.
- Praelatorum arbitrio relinquitur qualiter satisfaciunt infirmi, qui non possunt recitare Horas canonicas, ibidem.
- Prior sancti Benedicti vacante officio Generalis infra triennium convocet Visitatores & Diffinitores ad minus quinque, ut eligant Generalem, &c. f. 190. n. 9.
- Prior sancti Benedicti praesidet Congregationi a die vacationis praedictae usque ad noui Generalis electionem, ibid. p. 2.
- Prior qui est principalis rector sui Monasterij potest facere omnia, quae Abbas in suo, f. 103. n. 12.
- Prior sancti Vincentij Salmanticensis subiecitur Abbati sancti Benedicti, f. 149. n. 3. fit triennialis, &c. ibidem n. 4.
- Prior secundus, & tres seniores fidem faciunt de electione Procuratoris, f. 137. n. 14.
- Prioratus reservantur monasterijs, quibus sunt uniti, f. 135. n. 1.
- Prioratus possunt deserui per presbyteros seculares ad nutum amouibiles, f. 161.
- Prioratus Congregationis nullus potest impetrare, f. 213.
- Pretium ex bonis immobilibus venditis debet conuerti in aliorum mentionem, f. 53. p. 2. n. 4.
- Primitias non soluit Congregatio de bonis quae colit, aut colificat, f. 17. p. 2. n. 11.
- Prescriptio nulla currit contra Monasteria Congregationis, nisi sexaginta annorum, f. 18. p. 2. n. 14.
- Privatio iuris a quibuscumque que fit in bonis Congregationis, f. 60. p. 2. n. 1.
- Privatio Generalis reservatur maiori parti Cap. Generalis, f. 136. p. 2. n. 6.
- Privatio Abbatis reservatur Abbati S. Benedicti Vallisolei, f. 143. p. 2. n. 5.
- Privilegia nostra rata sunt semper & firma non obstante ignorantia vel non obseruatione, &c. f. 20. n. 20. & f. 27. p. 2. n. 19 & f. 33. p. 2. n. 16.
- Privilegia omnia derogantia obedientiae & subiectioni, quam debent Monasteria Congregationis Monasterio Vallisolei non retrocedantur penitus & infirmiter

# I N D E X

- Et redduntur f. 128. p. 2. n. 5.  
 Priuilegijs vni Monasterio concessis reliqua gaudent, f. 27. p. 2. n. 21. & f. 59. p. 2. n. 3. & f. 99. p. 2. n. 14.  
 Priuilegiorum confirmatio amplissima. f. 59. p. 2. n. 1. & f. 61.  
 Priuilegia viuę vocis oraculo cōcessa Priori S. Benedicti Vallisolet. f. 112.  
 Priuilegia Colegij S. Vincentij Salmanticens. f. 149. p. 2. n. 8.  
 Priuilegia nostra non tenemur tradere ad transcribendum, f. 216.  
 Priuilegia vni Monasterio concessa ad alia Monasteria sine differētia extenduntur. f. 242. p. 2. n. 2.  
 Priuilegia omnia Montis Serrati Communicantur toti Congregationi. ibidem. n. 3.  
 Priuilegia omnia Cisterciens. extenduntur ad nostram Cōgregationem. ibidem.  
 Priuilegiorum renuntiatio qua tenentur cōtraria statuti Cōgregationis. f. 137. n. 16.  
 Priuilegiorum extensio ad totā Congregationem. f. 87. n. 2. & f. 122. & f. 151. n. 3.  
 Priuilegijs omnibus priuantur Monasteria Congregationis nisi seruent votum perpetuę inclusionis & obedientię & subiectionem Monasterio S. Benedicti Vallisolet. f. 128. p. 2. n. 5.  
 Processiones nō possunt conuocari in locis Congregationis absq; eius voluntate. f. 16. p. 2. n. 6. & f. 46. n. 8.  
 Processus contra Monachos się sine strepitu iuxta Congregationis statuta. f. 36. n. 3. & f. 44. p. 2. n. 2.  
 Procurator S. Benedicti Vallisolet. non potest eligi in Difinitorem. f. 136. p. 2. n. 20.  
 Procuratores pro Capitulo Generali eligantur à maiore parte Conuentus. f. 137. n. 14.  
 Procuratores accedere tenentur ad Capitulū Generale etiam non vocati. f. 135. p. 2. n. 4.  
 Procuratoris in electione suffragijs existētib; paribus Abbas eligit quem maluerit. f. 137. n. 14.  
 Professus in alio ordine non recipiuntur absque licentia speciali Pontificis. f. 218. p. 2.  
 Professus non discedat absq; Abbatilicentia nisi ad auctiorem religionem. f. 238. n. 5.  
 Professionis Monachorum forma antiqua. f. 128. n. 3.

Profi-

PRIVILEGIORVM.

Profiteri volentem absolueri potest Prælatus à quibusvis criminibus, &c. f. 70. p. 2.

Prouisio & remotio Superiorum committitur Capitulo vel Præsidenti Congregationis, f. 12. n.

Prouisio prædicta debet fieri ex Monachis Congregationis, ibidem.

Prouisio prædicta rata est nõ obstante quacunq; reservatione Apostolica, ibidem, n. 2.

Prouisio prædicta non indiget litteris Apostolicis, ibidem.

Psalmodium paucorum decantatio cù iubilo acceptior est Deo quam multorum cum fastidio f. 103. p. 2. n. 15.

Pulmentum vnum potest concedi ad coenam, f. 102. p. 2. n. 5.

Punitus per Sanctam Inquisitionem nõ potest admitti ad professionem, &c. f. 177. p. 2.

**Q**UARTESIA nõ soluit Congregatio de bonis, quæ colit, aut colificat, f. 13 p. 2. n. 11.

Quadragesimali tempore visitationes quot a stariis consequuntur omnes indulgentias v-

tur omnes indulgentias v-

Quadragesima sexta secunda plenaria absolutio, f. 175. & 177.

R. mabidi, am

**R**Apinam facere, & similia infra clausuram nostrorum Monasteriorum, grangiarum, &c. prohibetur auctoritate Apostolica, f. 238. p. 2. n. 13.

Recitare non tenemur plura, quam quæ continentur in Regula, f. 72. p. 2. & f. 103. p. 2. n. 15. et f. 217.

Recitare qui non possunt Horas canonicas satisfaciunt ad arbitrium Superioris, f. 111. p. 2.

Reclamat Monasterium Vallislet. circa electionem Generalis, anno, 1559. f. 188. p. 2. n. 4.

Receptores mulierum intra septa Monasterij excommunicantur, f. 33. n. 10. et f. 46. n. 9.

Redeantes ad Monasteria possunt absolui à Superioribus ab excommunicatione, et dispensari in irregularitate, in habilitate, et infamia, &c. f. 108. n. 5.

Relectio Abbatum prohibetur, f. 181. p. 2. n. 8. et f. 188. p. 2. n. 5.

e Re-

Reformatio Monasteriorum debet fieri iuxta Cōgregationis statuta, f. 10. p. 2. n. 12.

Reformatio sic facta eo ipso est authoritate Apostolica cōfirmata, ibidem.

Reformatio plur. Monasteriorum cōmittitur Episcopo Abulensi, & Abbatibus sancti Benedicti & Montis Serrati, f. 145.

Reformatio Monasteriorum Gallicie cōmittitur Abbati sancti Benedicti, f. 133. & f. 154. & sequens.

Reformatio omnium Monasteriorum in omnibus Regnis Hispanie cōmittitur Abbati sancti Benedicti, f. 157. p. 2. n. 2.

Regulæ dubia possunt interpretari Prælati cū consilio seniorum, f. 99. n. 13.

Regulæ explicationes, & moderationes varias, vide f. 102. n. 1. & seq.

Regulæ minora dispensari possunt à Prælati, f. 113. n. 11.

Regulæ grauia ad obseruandum libere possunt declarare & moderari Prælati, vt omnia sine murmure fiant, ibidem.

Regulæ in interpretatione, moderatione, & dispensatione quid obseruandum, f. 103. n. 11.

Relaxare sententias ab Abbate impositas nullus potest, f. 222. p. 2. n. 6.

Reliquias accipere possumus à quibuscunque personis, f. 105. & 106.

Renuntiatio priuilegiorum tam sancti benedicti Vallisoletani, quam aliorum Monasteriorum quatenus sunt contraria statui Cōgregationis, f. 137. n. 16.

Restituere non tenemur bona minus canonice obtenta clericorum transeuntium ad nostram religionem, f. 111.

Reuocantur quæcunque impetrationes nostrorum Monasteriorum, f. 60. n. 5.

Reuocari non possunt etiã per litteras Apostolicas vniones iam facta, &c. f. 39.

Reuocatio statuti de nominandis duobus Monachis ex professis in Monasterio Vallisoletano ad electionem Generalis, f. 188 p. 2. n. 5.

ACERDOTES possunt fieri Monachi attingentes vicesimum ætatum annum, f. 100. p. 2. n. 2.

# P R I V I L E G I O R V M .

**Sacramenta ministrare possunt Monachi,** f. 71. p. 2. etiam tempore interdicti, & cessationis, f. 113.

**Sacramenta non administrent Monachi extra Monasteria,** f. 183. p. 2. n. 14.

**Salmanticæ erigitur Collegium** f. 149. n. 5.

**Sepelire possumus tempore interdicti & cessationis,** f. 113.

**Sepulturâ eligere potest quisq; in locis Congregationis salvo iure Ecclesiæ à qua corpus assumitur,** f. 27. p. 2. n. 18. f. 33. p. 2. n. 18. & f. 67.

**Sepulture in locis nostris liberę sunt cuiuscunq; salvo iure, & c.** f. 238. p. 2. n. 10.

**Sententię latę à quibuscunq; contra benefactores Congregationis sunt irritę,** f. 46. p. 2. n. 12.

**Sexenium Abbatum,** f. 190. p. 2. n. 10. reducitur ad Trienium per Gregorium xij. f. 196. p. 2.

**Socius Generalis non potest eligi in Diffinitorę,** f. 136. p. 2. n. 10.

**Subditi & vasalli alteri domino se subijciantes redeant ad obedientiam Monasterij,** f. 331. p. 2.

n. 1. **Subsidiorum partitiones, & c. debent fieri vocatis, & auditis Monachis,** f. 169. p. 2. n. 1.

**Suffragia & similia non sunt obligatoria,** f. 103. p. 2. n. 15.

**Supplementum amplissimum in quibusvis conventibus & parochiis,** f. 60. n. 4.

**Suppletiores duo visitant personas & Monasteria Visitatoris** f. 136. n. 6. & f. 143. p. 2. n. 4.

**Superiores non facientes observari formam professionis excommunicantur privantur, & inhabilitantur,** f. 129. n. 6.

**Superiores Monasteriorum Valisoletani, & Burgensis sunt Abbates.** f. 136. n. 11.

**Superiores non sicut difficiles in concedendis licentijs, & relaxandis casibus,** f. 174. p. 2. n. 2.

**Supplentur omnes defectus iuris, in facti in privilegijs nostris, quę à Sede Apostolica emanarunt.** f. 171. n. 1.

**Suspensionis sententiam nullus potest imponere in Monachos vel clericos nostros nisi, & c.** f. 222. p. 2. n. 6.

**Statuta Capituli generalis non obligant ad peccatum,** f. 35. p. 2. n. 1.

Statutum Cōuentus Vallisoletani, vt eius Superior sit triennalis, f. 120. n. 1.

Stationes quadragesimales, f. 121

Status differentiaē circa electionem Generalis ante annum

1561. f. 179. n. 2.

Statutū anni. 1550. circa electionem Generalis. f. 179. p. 2. n. 3.

confirmatio eiusdem, f. 181. n.

5. de eodem, f. 188. n. 3. et p. 2. n. 5.

Statuta Cap. generalis extendūtur ad Monasteria Monialiu, f. 186.

Statutum aliud circa electionē Generalis, f. 189. p. 2. n. 8.

Statuta circa electionem Generalis et Diffinitorum intelliguntur etiam de electione Abbatum, f. 212.

Statutum Greg. xiiij de recitanda post Missam conuent. Añā. Salue Regina genibus flexis, cum tribus orationibus, f. 198. n. 4.

Statutum Monasterij sancti Facundi de non recipiēdo in monachum eum, qui profusus fuerit in alio ordine, f. 218.

Studium generale non tenentur adire monachi, f. 112.

Studium Monasterij sancti Facu

di, et eius priuilegia. f. 224. n. 1. & eius litteraē cōseruatoriaē f. 224. p. 2. n. 3.

Studium conscientiaē praestat studio scientiaē, f. 98.

Studentibus, & legētib; in Monasterio sancti Facundi cōputatur tempus leaturē vt in studio generali, f. 220. p. 2.

Studentes & lectores in eodem studio faciunt fructus cuiuscūque beneficij, et iam cum cura, f. 224. n. 1.

Synodus, vel conuentus quaruēque personarum non possunt congregari in locis Congregationis absque eius voluntate, f. 16. p. 2. n. 6. & f. 46. n. 8.

T.

**T**ERCENARIVM S. Gregorij celebrans satisfacit etiā si interim celebret alia Missam f. 98. p. 2. n. 9.

Testimonium ferre non tenentur Monachi inuiti, f. 19. p. 2. n. 18. & f. 47. n. 15.

Testimonium cuiuscūque personae Congregationis etiam nouitij est legitimū in quibuscūque causis, &c. f. 19. p. 2. n. 19.

Tc.



# P R I V I L E G I O R V M.

Testimonio suorum potest uti  
 Congregatio in causis civilibus  
 & criminalibus, f. 47. p. 2. n. 16.  
 Transire non potest Monachus  
 vel cœuersus ad aliã religionẽ  
 præter Carthusiam, f. 107. n. 1.  
 Transeuntes prædicti nisi infra  
 sed dies redierint, excommu-  
 nicantur ipso facto, ibidem, p.  
 2. n. 2.  
 Transeuntes prædicti post sex  
 dies ut fugiui, & Apostata re-  
 cipiantur, f. 108. n. 3.  
 Transferri possunt Monachi de  
 vno Monasterio ad aliud, f. 79.  
 n. 2. & f. 114.  
 Translationem S. P. N. Benedi-  
 cti possumus celebrare absq;  
 scrupulo, f. 168.  
 Triennales fiunt Abbates, f. 181.  
 n. 6. & f. 188. p. 2. n. 5. & f. 196.  
 Titulus commenda, seu admini-  
 stratio locorum Congregatio-  
 nis prohibetur quibuslibet per-  
 sonis, f. 12 p. 2. n. 3. & f. 214.  
 Turcarum ex genere nullus po-  
 test admitti ad professionem,  
 & c. f. 177. p. 2.

## V.

**V**ALLISOLETAN. Cœ-  
 nobium est caput totius

Congregationis, f. 191. n. 12.  
 Vallisolerano conuentu aliquid  
 immutante circa electionem  
 Generalis, eius electio transfer-  
 tor ad Congregationẽ, f. 204.  
 n. 7.  
 Vasallorum causæ pertinet ad  
 Prælatos Monasteriorũ quorũ  
 sunt vasalli, f. 135. p. 2. n. 3. & f.  
 143. p. 2. n. 4.  
 Vasalli & subditi alteri domino  
 se subijcentes redeant ad obe-  
 dientiam Monasterij, f. 231. p.  
 2. n. 1.  
 Vasallos Monasterij nullus po-  
 test recipere in commendam  
 absque assensu superioris, f. 231.  
 p. 2. n. 2.  
 Vendere & alienare, & c. bona  
 immobilia possunt Prælati, &  
 Conuentus, f. 40. et f. 50. et f. 53.  
 et f. 88.  
 Vendentes & ementes res Mona-  
 sterij liberi sunt à gabelis, & c.  
 f. 231. p. 2. n. 3.  
 Vicarij seculares ecclesiæ vnitæ  
 quanta sit portio, Priuilegio vl-  
 timo, n. 7.

Visitatores quinq; apud Casti-  
 nens. f. 9 p. 2. n. 6. et vnus eorũ  
 præsidet Congregationi, ibidẽ.  
 Visitatores duo apud nos Con-  
 gregatione m visitant post Ge-

à Ierusalem, f. 136. n. 6. & f. 143. p. 2.

n. 4.

Visitatores à Conuentu Vallisoletano interpellati possunt illum iterum visitare, ibidem.

Visitatione extraordinaria alicuius opus fuerit ad Abbatem S. Benedicti recurrendum est, f. 136. n. 8. & prærequirit Evangelicam ad monitione, ibidè.

Visitatores possunt suspendere Abbates, f. 143. p. 2. n. 6.

Vota in quibus dispensare possunt Prælati nostri, f. 26. p. 2. n. 11. & 12.

Vota quæ possunt commutare Monachi expositi a Superioribus, f. 32. p. 2. n. 9.

Voti perpetuæ inclusionis dispensatio, f. 74.

Vota peregrinationis quæcunq; à conuersis emissa possunt dis-

pensari à Prælati, f. 98. p. 2. n. 8.

Votum perpetuæ inclusionis, & eius necessitas, f. 182. p. 2. n. 5.

Vota Episcopo reseruata possunt Monachi expositi commutare, & dispensare, f. 150. p. 2. n. 2.

Votum donatorum fit solemne, f. 194. n. 1.

Vnctionem extremam possunt ministrare Monachi infirmantibus intra septa Monasterij, f. 124. n. 4.

Vnionibus Monasteriorum, seu Ecclesiarum iam factis nullum præiudicium generatur ex quibus reuocationibus, f. 39.

Vniri possunt duo, vel etiam Monasteria exigua, f. 118. n. 1. & f. 189. n. 7.

Vnio Monasteriorum tenuium quomodo fiat, f. 182. p. 2. n. 12.

FINIS.

VALLISOLETANÆ



**N** De in nomine, Amen. Nouerint vni-  
uersi, & singuli hoc præsens publicum  
transumpti instrumentū visuri, lecturi,

pariter & audituri, quod nos D<sup>or</sup> Baptista de Aouero Vic<sup>o</sup>  
Grālis in Ciuitate repāu valli solet per l<sup>it</sup>er R<sup>o</sup> D<sup>o</sup> Ioan<sup>o</sup> Bap<sup>o</sup> Arzuido.

*ciuitatis Ant<sup>o</sup> St<sup>o</sup> Grālis Inquis<sup>o</sup> Præs<sup>o</sup> Regni<sup>o</sup> Nidimus, le<sup>o</sup>  
qua Consiliarium ett<sup>a</sup>*  
gimus, tenuimus, palpauimus, & diligēter insper-  
ximus, quasdam litteras Apostolicas Sanctissis-  
mi D. N. Clementis diuina prouidentia Papæ  
octauæ, & aliorum Summorum Pontificum suo-  
rum prædecessorum felicis recordationis, nec  
non aliquorum a Sācta Sede Apostolica Legato-  
rum, in forma breuis, sub annulo piscatoris de-  
cretas, & cōcessas Generalibus, Abbatibus, Prio-  
ribus, & Congregationi Ordinis Sancti Benedi-  
cti de obseruantia Regnorum Hispaniarum in  
pergameno, & lingua Latina scriptas, sanas si-  
quidem, & integras, non vitiatas, non chancel-  
latas, nec in aliqua earum parte suspectas, sed  
omni prorsus vitio & suspitione carentes, prout  
in eis prima facie apparebat, quarum omnium  
Apostolicarum litterarum & priuilegiorum, cē-  
tum viginti & quinque est numerus, quas qui-  
dem litteras Apostolicas ad instantiam & requi-  
sitionem Abbatis Generalis dicti Ordinis eius-  
dem sancti Benedicti transumpti transcribi, &  
exemplari, & in hanc publicam transumpti  
for-

formam redigi per Notarium publicum, nostrum  
Secretarium infra scriptum fecimus, & manda-  
uimus, auctoritatemque nostram iudicalem &  
ordinariam, pariter & decretum, eisdem duxi-  
mus interponendum, prout interponimus præ-  
sentium per tenorem, decernentes & volentes,  
vt huic publico transumpti instrumento talis &  
tanta fides adhiberi debeat, & adhibeatur in iu-  
dicio, & extra, qualis & quanta eisdem litteris ori-  
ginalibus adhiberetur, si foret exhibitæ, vel ostē-  
sæ, quarum quidem litterarum Apostolicarum  
tenor sequitur, & est talis.

**PRIMUM**

cretas, & ecclesiarum Generalibus, Abbatis, Pri-  
oribus, & Congregationi Ordinis Sancti Benedi-  
cti de oblatibus Regnum Hispaniarum in  
pergentino, & linguæ Castellæ, totas si-  
quidem & integras, non vitatas, non chancas  
latas, nec in alijs partibus suppositas, sed  
omni prout vult & iustitiam carentes prout  
in eis prima facie apparebat, quibus omnium  
Apostolicarum litterarum & privilegiorum, ce-  
tuum viginti & quinque est numerus, duas qui-  
dem litteras Apostolicas ad instantiam & requi-  
sitionem Abbatis Generalis dicti Ordinis eius-  
dem Sancti Benedicti transumptam transumpti  
exemplari, & in hac publica transumpti  
for-



PRIMUM PRIVILEGIUM

Julij Papa II expeditum ad petitionem Congregationis sancti Benedicti Vallisolerani,

anno Domini & incarnationis  
1505.

EXTENSIO AD PRIVILEGIA CON-  
gregationis Casinens. seu sanctæ Iustinae.

SUMMARIVM PRIVILEGII.

- 1 Gubernetur congregatio iuxta morem, & consuetudinem Casinens. Congregationis, quantum patriæ, & regionis diversitas patitur, & quantum Abbati Generali, & Dissinitoribus in Capitulo generali existentibus, vel eorum majori parti visum fuerit.
- 2 Extensio, & communicatio amplissima privilegiorum, exemptionum m. & c. Casinens. Congregationis Vallisolerane Congregationi.
- 3 Trásumptis predictorum privilegiorum legimis fides adhibeatur.

**N**VLIVS Episcopus servus servorum Dei ad perpetuam rei memoriam. Ad sacram Petri sedem dispositione divina, meritis quamquam imparibus, sublimati, ad ea nostra considerationis aciem libeter conuerimus, per que monasteria religiosa, & pia loca quecum-

A que

## I. PRIVILEGIUM.

que per nostre operationis studium, gratiâ quoq; cooperante di-  
uina salubriter dirigantur, & in eis regularis disciplina diligenter  
seruetur, cultus diuinus augeatur, humilitas perseueret, ac omnis  
huiusmodi institutio, cum aeternæ vitæ premio feliciter valeat  
adimpleri. Sane pro parte dilectorum filiorum vniuersorum  
Abbatum, Priorum, Praesidentium, Conuentuum, Monacho-  
rum, aliarumq; personarum religiosarum Monasteriorum Con-  
gregationis oppidi Vallisoleti ordinis sancti Benedicti Palen-  
tini, diocesis, nobis nuper exhibita petitio continebat: quod li-  
cet ipsi iuxta morem & consuetudinem ipsius Congregatio-  
nis in Hispania sub regulari obseruatione, & perpetua clausura vi-  
uentes, in regimine, gubernatione & administratione Monaste-  
riorum, Monachorum, aliarumq; religiosarum personarum di-  
ctæ Congregationis, laudabiles ritus, mores, ac regularia institu-  
ta obseruauerint, & obseruent, & secundum regimen, guber-  
nationem, & administrationem, & obseruantiam huiusmodi Mo-  
nasteria prædicta, & alia religiosa loca dictæ Congregationis, be-  
neplacite Domino in spiritualibus, & temporalibus continuz  
susceperint incrementa, verum quia emula virtus meliora sem-  
per per gratiam Spiritus sancti exempla nititur imitari, ipsiq; ze-  
lo religionis pie considerantes, quod dilecti filij Abbates, Prio-  
res, Praesidentes, Monachi, Conuentus, & aliæ religiosa persone  
Congregationis Calinenis nullius diocesis, olim sanctæ Iustinae  
de Paloua dicti Ordinis longiori consuetudine, ac experientia ple-  
nius informati, Monasteria, aliaq; religiosa loca eorum, in huius-  
modi spiritualibus, & temporalibus regant, dirigant, & guber-  
nent, & in eis diuinus cultus, disciplina regularis, vitæ sanctimo-  
nia, sincera caritas, puritas, & deuotio Monachorum, Seruito-  
rum, Ministrorumq; namores in spiritu humilitatis, pace, & tra-  
quilitate indices magis augetur, eorumq; Ecclesia, Monasteria,  
aliaque religiosa & pia loca, ac bona temporalia in melius diui-  
no auxilio reparantur, & conseruantur, si cum opere cupiunt se  
illis, quantum Patriæ, & regionis diuersitas patitur, perpetuo co-

formare: Quare pro parte Abbatum, Priorum, Præsidentium, Monachorum, aliarumq; religionarum personarum congregationis Vallisoleti prædictorum nobis fuit humiliter supplicatum, ut ipsi, ac omnes & singuli alij Abbates, Priores, Præsidentes, Monachi, ac alia religiosa personæ quorumvis aliorum Monasteriorum dicti Ordinis in Hispania, quæ pro tempore erigentur, construuntur, & in quibus eorum laudabiles ritus mores ac regularia instituta plantabuntur, reformabuntur, & Congregatio in Vallisoleti huiusmodi incorporabuntur, aggregabuntur, reformabuntur & subiciuntur, de cetero perpetuis futuris temporibus, iuxta morem, & consuetudinem Congregationis Casinensis alias sanctæ Iustinae prædictæ, & ad instar eorundem, prout Generali Abbati Cōgregationis Vallisoleti huiusmodi, ac Diffinitoribus in Capitulo generali pro tēpore eligendis, & existentibus, vel eorum maiori parti visum fuerit expedire, regantur, & gubernentur concedere, aliasq; in præmissis opportunè providere de benignitate Apostolicæ dignaremur. Nos igitur, qui regularem observantiam ordinis huiusmodi, propter exemplarem vitam, ac vberes fructus, quos venerabiles viri eidem religioni astricti in Ecclesia Dei producant, in visceribus gerimus caritatis, præfatos Abbates, Priores, Præsidentes, Monachos, & alias religiosas personas Monasteriorum Congregationis Vallisoleti huiusmodi, ac eorum singulares personas à quibusvis, excommunicationis, suspensionis, & interdicti alijsq; ecclesiasticis sententijs, cœsuris, & pœnis, à iure vel ab homine quavis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutos fore consentes, huiusmodi supplicationibus inclinati: Nec non consideratione carissimi in Christo filij nostri Ferdinandi Aragonum, ac Siciliae Regis illustris, & Administratoris, & Gubernatoris Castellæ, Legionis, & Granatæ Regnorum, qui ut asserit ad ipsam Congregationem Vallisoleti, cuius quamplurimæ Monasteria sui prædecessores, qui pro tēp-

## I. PRIVILEGIUM

pore fuerunt etiam Castellæ, & Legionis Reges fundarunt, & dotarunt, & quorum corpora in nonnullis ex ipsis Monasterijs tumulata existunt, singularem gerit deuotionis affectum, quiq; super hoc nobis humiliter supplicauit, vt præfata Congregatio in Vallisoleti, illiusq; Abbatibus, Prioribus, Præsidentibus, Conuentibus, Monachis, & personis religiosis prædictis, vt ipsi, ac omnes & singuli alij Abbates, Priores, Præsidentes, Monachi, Oblati, & alia religioſa personæ quorumuis aliorum Monasteriorum dicti Ordinis in Hispania, quæ pro tempore erigentur, cõstruentur, & in quibus eorum laudabiles ritus, mores, & regulatio inſeruta plura habentur, reformabuntur, & ad dictam Congregationem Vallisoleti incorporabuntur, aggregabuntur, reformabuntur, & subijcientur, vt præfertur de cætero perpetuis futuris temporibus, iuxta morem, & consuetudinem dictæ Congregationis Casinensis, alias sanctæ Iustinae, & ad instar eorundem, quantum Patriæ, & regionis huiusmodi diuersitas patitur, quantumq; Abbati Generali & Diffinitoribus pro tẽpore eligendis, & existentibus in Capitulo generali huiusmodi, vel eorum maiori parti, vt præmissum est, visum fuerit expedire perpetuo regantur, & gubernentur, eorumq; regularibus institutis perpetuo se conforment. Quodq; omnibus, & singulis priuilegijs, immunitatibus, indulgẽtijs, prærogatiuis, gratijs, exemptionibus, libertatibus & indulgijs eisdẽ Congregationi Casinensi, alijs sanctæ Iustinae, eorũq; Monasterijs, Abbatibus, Prioribus, Præsidentibus, Cõuentibus, Monachis, Oblatis, & alijs religiosis personis per Sedem Apostolicam in genere concessis, quorũ tenores, ac si de verbo ad verbum præsentibus infererentur, & exprimerentur, nõ sufficenter expressis, & insertis haberi volumus, vt tantur, potiuntur, & gaudeant, ac vti, potiri, & gaudere libere, & licite possint, & valeant in omnibus, & per omnia perinde, ac si omnia, & singula priuilegia, immunitates, indulgentia, prærogatiua, gratia, libertates, exemptiones, & indulta huiusmodi de Congregatione sancti Benedicti Vallisoleti, illiusque Monasterijs,

Abba-



Abbatibus, Prioribus, Præsidentibus, Monachis, & alijs personis religiosis præfatis loquerentur, & illa eis specialiter, & expresse per nos data & concessa fuissent, auctoritate Apostolicâ tenore præsentium de specialis dono gratiæ concedimus pariter & indulgemus. Ceterum quia difficile foret eisdem Abbatibus, Prioribus, Præsidentibus, Monachis & alijs personis religiosi Congregationis Vallisoleti huiusmodi omnia priuilegia, & indulta, in singulis eorum Monasterijs, ac religiosi locis prædictis, atque vbi expediens foret deferre, ostendere, & de illis originaliter docere, volumus, & auctoritate Apostolicâ præfatâ decernimus, quod illorû trãsumptis manu alicuius notarij publici subscriptis, & sigillo alicuius Prælati in ecclesiasticâ dignitate cõstituti munitis ea prorsus fides in iudicio & extra, ac alijs vbi libet adhibeatur, quæ originalib<sup>9</sup> litteris priuilegorû, & indultorû prædictorû adhiberetur si illæ originaliter forent exhibitæ vel ostensæ. Non obstantibus cõstitutionibus & ordinationibus Apostolicis, ac statutis, & Cõsuetudinib<sup>9</sup> Cõgregationû & Ordinis prædictorû iuramento, cõfirmatione Apostolicâ, vel quauis firmitate alia roboratis, ac præmissis, & alijs dictis Congregationibus & earum cuilibet per Sedem prædictâ concessis, priuilegijs quoque & indultis, ac litteris Apostolicis, quibus etiam si de eis eorumque totis tenoribus pro illorum sufficienti derogatione specialis, specifica, expressa & indiuidua, ac de verbo ad verbum, non autem per generales clausulas id importantes mentio seu quæuis alia expressio habèda, aut aliqua alia exquisita forma seruanda esset, tenores huiusmodi pro sufficienter expressis & insertis habentes, illis alijs in suo robore permanens, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisq; contrarijs quibuscumq;. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ absolutionis, concessio- nis, indulti, voluntatis, decreti, & derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire si quis autem hoc attétare præsumserit indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri &

## II. PRIVILEGIUM

Pauli Apostolorum eius se nouerit incursum . Datis Ro-  
mæ apud Sæctum Petrum, anno Incarnationis Dominicę Mil-  
lesimo Quingentesimo Quinto, Decimo octauo Kalendas  
Iulij, Pontificatus nostri anno secundo.

### SECVDVM PRIVILEGIUM.

DEPV TATIO IVDICVM EXE-  
cutorum præcedentis priuilegij Palentiñ. Zamo-  
renñ. & Abulenñ. Episcoporum, expedita  
eodem die & anno.

### SVMMARIVM PRIVILEGII.

1. Nominatio Palentiñ, Zamoreñ. & Abulenñ. Episco-  
porum.
2. Priuilegium integrum ut supra.
3. Creatio predictorum Episcoporum in iudices execu-  
tores priuilegij præ inserti, conuerti im vel diuisim, per  
se, vel per alios, statim ac fuerint ad id requisiti pro  
parte Abbatis Generalis seu Dissinitorum, aut ali-  
cuius eorum.



Ulius Episcopus seruus seruorum Dei, Venerabili-  
bus fratribus Palentiñ. & Zamoreñ. ac Abulenñ.  
Episcopis salutem & Apostolicam benedictionem.  
Hodie emanarunt à nobis litteræ tenoris subse-  
quentis. Iulius Episcopus seruus seruorum Dei  
ad perpetuam rei memoriam . Ad sacram Petri Sedem dis-  
positione diuinâ meritis quamquam imparibus sublimati,  
ad ea nostra considerationis aciem libenter conuertimus,

per

per quæ Monasteria, religiosa, & pia loca quæcumque per  
 nostre operationis studium, gratiâ quoque cooperante di-  
 cuihâ salubriter dirigantur, & in eis regularis disciplina dili-  
 genter feruetur, cultus diuinus augeatur, humilitas perfe-  
 ueretur, ac omnis bene viuendi institutio cum æterna vite  
 premio feliciter valeat adimpleri. Sanè pro parte dilecto-  
 rum filiorum vniuersorum Abbatum, Priorum, Præsiden-  
 tium, Conuentuum, Monachorum, aliarumque religiosarum  
 personarum, Monasteriorum Congregationis episcopi Vallise-  
 lecti ordinis sancti Benedicti Palentin. diocesis nobis nuper ex-  
 hibita petitio continebat, quòd licet ipsi iuxta morem & con-  
 suetudinem ipsius Cõgregationis in Hispania sub regulari ob-  
 seruantia, & perpetua clausura viuentes, in regimine guberna-  
 tione, & administratione Monasteriorum, Monachorum, alia-  
 rumque religiosarum personarum dictæ Congregationis lau-  
 dabiles ritus, mores ac regularia instituta obserauerint, & ob-  
 seruent, ac secundum regimen, gubernationem, & administra-  
 tionem, ac obseruantiam huiusmodi Monasteria prædicta, &  
 alia religiosa loca dictæ Congregationis, benedicente Domi-  
 no in spiritualibus, & temporalibus continua susceperint in-  
 crementa: verum quia æmula virtus meliora semper per gra-  
 tiam Spiritus Sancti exempla nititur imitari ipsi zelo religio-  
 nis piè considerantes, quod dilecti filij Abbates, Priores, Præsi-  
 dentes, Monachi, Conuentus, & alia religiosa persona Con-  
 gregationis Casinensis nullius Diocesis olim Sanctæ Iustine  
 de Padua dicti Ordinis longiori consuetudine, ac experientiâ  
 plenius informati Monasteria, aliæque religiosa loca eorum in  
 huiusmodi spiritualibus, & temporalibus regant, dirigant, &  
 gubernent, ac in eis diuinus cultus, disciplina regularis, vita fan-  
 ctimonia, sincera caritas, puritas, & deuotio Monachorum  
 seruatorum, ministrorumque numeros in spiritu humilitatis,  
 pace, & tràquillitate in dies magis augetur, eorumque Ecclesie,  
 Monasteria, aliæque religiosa & pia loca, ac bona temporalia in

## M. PRIVILEGIUM

melius diuino auxilio reparantur, & conseruantur summo pe-  
rè cupiunt, se illis quantum Patriæ, ac Regionis diuersitas pa-  
titur, perpetuò conformare: Quare pro parte Abbatum, Prio-  
rum, Præfidentium, Monachorum, aliarumque religiosarum  
personarum Congregationis Vallisoleti prædictorum nobis  
fuit humiliter supplicatum, vt ipsi, ac omnes, & singuli alij Ab-  
bates, Priores, Præfidentes, Monachi, & alie religioſæ perſonæ  
quorumuis, aliorum Monasteriorum dicti Ordinis in Hispa-  
nia, quæ pro tempore erigentur, conſtruentur, & in quibuseo-  
rum laudabiles ritus, mores, ac regularia inſtituta plantabun-  
tur, reformabuntur, & Congregationi Vallisoleti huiusmodi  
incorporabuntur, aggregabuntur, reformabuntur, & ſubiici-  
entur de cetero perpetuis futuris temporibus, iuxta morem, &  
conſuetudinem Congregationis Caſinenſis, alias Sanctæ Iuſti-  
næ prædictæ, & ad inſtar eorundem, prout Generali Abbati  
Congregationis Vallisoleti huiusmodi, ac Diſſinitoribus in  
Capituli generali pro tempore eligendis, & exiſtentibus, vel  
eorum maiori parti viſum fuerit expedire, regantur. & guber-  
nentur concedere, aliaſque in præmiſſis opportunè providere  
de benignitate Apoſtolicâ dignemur: Noſ igitur, qui regula-  
rem obſeruantiam Ordinis huiusmodi, propter exemplarem  
vitam, ac vberes fructus, quos venerabiles viri eidem religio-  
ni aſtricti in Eccleſia Dei producant in viſceribus gerimus cari-  
tatis, præfatos Abbates, Priores, Præfidentes, Monachos & alias  
religioſas perſonas Monasteriorum Congregationis Valliso-  
leti huiusmodi, ac eorum ſingulares perſonas à quibusuis ex-  
communicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliſque Eccleſia-  
ſticis ſententijs, cenſuris, & pœnis à iure vel ab homine quauis  
occuſione vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet in nodati exi-  
ſtant, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, ha-  
rum ferie abſoluentes, & abſolutos fore cenſentes, huiusmodi  
ſupplicationibus inclinati, nec non conſideratione cariffimi  
In Chriſto filij noſtri Ferdinandi Aragonum, ac Sicilia Regis  
Illu

Illustris, & Administratoris & Gubernatoris Castellæ, Legionis, & Granatæ Regnorum, qui vt asserit ad ipsam Congregationem Vallisoleti, cuius quam plura Monasteria sui prædecessores, qui pro tempore fuerunt etiam Castellæ, & Legionis Reges fundarunt & dotarunt, quorum corpora in nonnullis ex ipsis Monasterijs tumulata existunt singularem gentis deuotionis affectum, quiq; super hoc nobis humiliter supplicauit, vt præfata Congregationi Vallisoleti, illiusq; Abbatibus, Prioribus, Præsidentibus, Conuentibus, Monachis, & personis religiosis prædictis, vt ipsi, ac omnes & singuli alij Abbates, Priores, Præsidentes, Monachi, Oblati, & aliæ religiose personæ quorumuis aliorum Monasteriorum dicti Ordinis in Hispania, quæ pro tempore erigentur, construuntur, & in quibus eorum laudabiles ritus, mores, & regularia instituta plantabuntur, reformabuntur, & ad dictam Congregationem Vallisoleti incorporabuntur, aggregabuntur, reformabuntur, & subijciuntur, vt præfertur de cetero perpetuis futuris temporibus, iuxta morem, & consuetudinem dictæ Congregationis Casinensis, aliàs Sanctæ Iustinæ, & ad instar eorundem quantum Patriæ & Regionis huiusmodi diuersitas patitur, quantumq; Abbatii Generali, & Diffinitoribus pro tempore eligendis, & existentibus in Capitulo generali huiusmodi, vel eorum maiori parti, vt præmissum est visum fuerit expedire, perpetuò regantur, & gubernentur eorumq; regularibus institutis perpetuò se conforment. Quodq; omnibus, & singulis priuilegijs immunitatibus, indulgentijs, prærogatiuis, gratijs, exemptionibus, libertatibus & indultis eisdem Congregationi Casinensis, aliàs Sanctæ Iustinæ, eorumq; Monasterijs, Abbatibus, Prioribus, Præsidentibus, Conuentibus, Monachis, Oblatis, & alij religiosis personis per Sedem Apostolicam in genere concessis, quorum tenores, ac si de verbo ad verbum præsentibus infererentur, & exprimerentur pro sufficienter expressis, ac insertis haberi volumus, vtantur, portantur, & gaudeant, ac vti

## II. PRIVILEGIUM

potiri & gaudere liberè & licitè possint & valeant, in omnibus, & per omnia, perinde ac si omnia, & singula privilegia, immunitates, indulgentiæ, prærogatiuæ, gratiæ libertates, exemptiones & indulta huiusmodi de Congregatione Sancti Benedicti Vallisoleti, illiusque Monasterijs, Abbatibus, Prioribus, Præsidentibus, Monachis, & alijs personis religiosis præfatis loquerentur & illa eis specialiter & expressè per nos data, & concessa fuissent, auctoritate Apostolicâ, tenore præsentium de specialis dono gratiæ concedimus, pariter & indulgemus. Ceterû quia difficile foret eisdem Abbatibus, Prioribus, Præsidentibus, Monachis, & alijs personis religiosis Congregationis Vallisoleti huiusmodi, omnia privilegia, & indulta in singulis eorum Monasterijs, ac religiosis locis prædictis, atque vbi expediens foret deferre, ostendere, & de illis originaliter docere: volumus, & auctoritate Apostolicâ præfatâ decernimus, quod illorum transumptis manu alicuius notarij publici subscriptis, & sigillo alicuius Prælati in Ecclesiastica dignitate constituti munitis, ea prorsus fides in iudicio, & extrâ, ac aliàs vbi libet adhibeatur, quæ originalibus litteris priuilegiorum, & indultorum prædictorum adhiberetur, si illæ originaliter forent exhibitæ, vel ostensæ: Non obstantibus constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, statutis & consuetudinibus Congregationum, & Ordinis prædictorum iuramento, confirmatione Apostolicâ, vel quavis firmitate aliâ roboratis, ac præmissis, & alijs dictis Congregationibus, & earum cuilibet per Sedem Apostolicam prædictam concessis priuilegijs quoque & indultis, ac litteris Apostolicis, quibus, etiam si de eis, eorumque totis tenoribus pro illorum sufficienti derogatione specialis, specifica, expressa, & indiuidua, ac de verbo ad verbum, non autem per generales clausulas id importantes mentio, seu quæuis alia expressio habenda aut aliqua alia exquisita forma seruanda esset, tenores huiusmodi pro sufficienter expressis & inser-

tis habentes, illis aliâs in suo robore permanfuris, hac vice  
 dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque con-  
 trarijs quibuscumque. Nulli ergo omnino hominum liceat  
 hanc paginam nostræ absolutionis, concessionis, indulti, vo-  
 luntatis, decreti, & derogationis infringere, vel ei ausu teme-  
 rario contraire, Si quis autem hoc attentare præsumperit in-  
 dignationem Omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, & Pauli  
 Apostolorum eius, se noverit incurfurum. Dat. Romæ apud  
 Sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicæ Millesimo  
 Quingentesimo Quinto, Decimo octauo Kalendas Iulij, Pon-  
 tificatus nostri anno secundo. Quo circa fraternitati vestræ  
 per Apostolica scripta committimus, & mandamus, quatenus  
 vos, vel duo, aut vnus vestrum per vos, vel alium, seu alios eif-  
 dem generali Abbati, & Diffinitoribus Congregationis San-  
 cti Benedicti Vallisoleti in præmissis omnibus efficacis defen-  
 sionis præsidio assistentes, easdem litteras, & in eis contenta  
 quæcumque, vbi, & quando, & quoties opus fuerit, & pro  
 parte Abbatis Generalis, & Diffinitorum Congregationis Val-  
 lisoleti huiusmodi, aut alicuius eorum fueritis requisiti solem-  
 niter publicantes, faciatis auctoritate nostrâ omnibus, & singu-  
 lis priuilegijs, immunitatibus, indulgentijs, gratijs, prærogati-  
 uis, exemptionibus, libertatibus, fauoribus, præminentijs, & in-  
 dultis ac alijs præmissis pacificè frui, & gaudere: non permitten-  
 tes eisdem Generali Abbati, ac Diffinitoribus Congregationis  
 Vallisoleti huiusmodi super illis per quoscumque, contra litem  
 rarum prædictarum continentiam, & tenorem quomodolibet  
 molestari, seu inquietari: contradictores quoslibet, & rebelles  
 per censuram ecclesiasticam appellatione postpositâ compes-  
 cendo. Non obstantibus omnibus supradictis, seu si aliquibus  
 communiter, vel diuisim ab eadem sit Sede indultam, quod  
 interdicti, suspendi, vel excommunicari non possint per litem  
 ras Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de ver-  
 bo ad verbû, ac de indulto huiusmodi mentionem. Dat. Romæ  
 apud

### III PRIVILEGIUM

apud sanctum Petrum anno Incarnationis Dominicæ Milleſimo Quingentefimo Quinto, Decimo octavo Kalendas Julij, Pontificatus noſtri anno ſecundo.

### TERTIVM PRIVILEGIUM

Eugenij Papæ IIII. conſeſſum Congregationi  
Sanctæ Juſtinæ anno Dominicæ In-  
carnationis 1431.

De donationibus & legatis acceptandis:

### SUMMARIVM PRIVILEGII.

1. Petit Congregatio declararet Summus Põrifex, an quia ſingulares perſonæ proprietatis incapaces ſunt non liceat Monaſterijs donationes & legata acceptare.
2. Licet Congregationi, & eius Monaſterijs donationes & legata quacumq; acceptare & vèdicare, & ad id procuratores conſtituere, eaq; in uſus bonos diſpẽſare.



**E**UGENIVS Episcopus ſeruus ſeruorum Dei ad perpetuam rei memoriam. Diſpoſitione diuina, gregi Dominico, quamuis immeriti præſidẽtes, dum præclara dilectorum filiorum Congregationis Monachorum de obſeruantia Sanctę Iuſtinæ Paduan. Ordinis Sancti Benedicte merita recenſemus intra noſtræ mentis arcana, & ad commendabiles, quibus eorum miniſterijs erga Deum, & hominẽs indefinenter exuberãt fruſus, digne noſtros diſfundim⁹ cogitat⁹, votis illis gratũ libẽter

offe-



offerimus auditum, per quæ ipsorum statui, ac indemnitatibus consuli possit, eorumq; religio salubria iugiter suscipiat incrementa. Cum itaq; sicut exhibita nobis nuper pro parte Cōgregationis huiusmodi petitio continebat, eis diuersa donationes, & legata facta fuerint ipsorum Mōnasterijs, siue locis non expressis, & propterea ab aliquibus hæsitetur, an Cōgregatio prædicta, cum illius singulares persone proprietatis incapaces sint, præmissi, super quorum aliquibus lis indecissa pendet, & quæ deinceps eis annuente Domino fient donationes, & legata valeant acceptare. Nos omnem super ijs ambiguitatis materiam remouere, nec non conscientiarum scrupulis obuiare cupientes, ipsius Cōgregationis in hac parte supplicationibus inclinati, quod Cōgregatio prædicta donationes, & legata huiusmodi acceptare, nec non ipsa, vel eius visitatores pro præmissis, & etiã, quæ dictis Mōnasterijs, ac locis hæcenus acta fuerunt, & in antea fieri contigerit donationibus, legatisque vendicandis, ac recipiendis syndicos siue procuratores constituere, & deputare, nec non donationes & legata prædicta, etiã quæcumque, & qualiacumque fuerint, prout generali præfata Cōgregationis Capitulo, siue dictis visitatoribus pro tempore videbitur, inter huiusmodi Mōnasteria, & loca illorumque personas, & alias in dicta Cōgregationis vsus, ac pro felici eius statu, & directione dispensari, conuerti, & distribui licitè possint, & valeãt, auctoritate Apostolicã decernimus, ac indulgemus per præsentibus non obstantibus litis pendentia huiusmodi, ac constitutionibus & ordinationibus Apostolicis nec non statutis, & consuetudinibus Mōnasteriorum, locorum, & Ordinis prædictorum iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis alia firmitate roboratis, ceterisque contrariis quibuscũq; Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ constitutionis, & concessiõnis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumperit indignatione omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius

ANN PRIVILEGIUM  
eius se nouerit incarsuram, Dat. Romæ apud sanctam Petrus,  
anno Incarnationis Dominicæ Millesimo Quadringentesimo  
Tricesimo primo, Tertio Idus Nouembrijs, Pontificatus nostri  
anno primo.

QUARTVM PRIVILEGIUM  
Eugenij Papæ IIII. concessum Congregationi  
sanctæ Iustini anno Dominicæ In-  
carnationis 1432.

SYMMARIVM PRIVILEGII.  
Erectio Congregationis sub Regula D. Benedicti,  
& eius Regimen.

1 Erectio vnius cōgregationis sub Regula D. Benedicti  
ex pluribus Monasterijs, & eorū Monachus, & eius ap-  
probatio, & ad fideles ut eā reuerentur exhortatio.

2 Assignatio Capituli generalis annui certo loco.

3 Creatio noue Diffinitorū totum Capitulum represen-  
tantium cum potestate liberâ, & plenâ condendi con-  
stitutiones, & ordinationes in spiritualibus & tempo-  
ralibus, etiam circa diuini Officij directionem, regu-  
lenon variata substantia, & ea rursus pro temporū  
& rerum exigentia interpretandi, commutandi, &c,  
cum omnimodâ subiectione Monachorū cuiuscumq;  
status Diffinitorum statutis, &c.

4 Facultas integra & libera Diffinitorum disponendi  
de Monasterijs, & locis Congregationis, & eorum bo-  
nu, prout utilitatibus Congregationis expediat.

s Dif-

6. Diffinitores possunt Monachos in Abbates, & Priores iuxta constitutiones eligere, & eos à regimine absoluerè, & amouere ab s<sup>q</sup> causa cognitione.
6. Quinq; visitatores in Capitulo deputentur, quorū unus Presidentis nomine, & vice Cōgregationis negotia, & Capitali decreta exequatur, ipseq; & visitatores, que Capitulum constituerit, per annum illum efficiat & disponant.
7. Locus assignatus celebrādo Capitulo ab s<sup>q</sup> causa & assensu Presidentis, & maioris partis visitatorum nominetur. Monachi omnes sub visitatorum, & superiorum Monasterijs assistentiū obedientijs uiuāt.
8. Nullus Prelatus ab s<sup>q</sup> maturā deliberatione, & assensu duarū partium sui Cōuentus Monachū seu Conuersum ad professionē admittat, aliter recepto, nisi predicto assensu accedēte, ibi stare aut morari interdicitur.
9. Monachi trāslati de uno Monasterio ad aliud absoluti sunt ab obedientia superioris alterius Monasterij, & sunt conuentuales illius, quo sunt trāslati, ibiq; habent vocem, &c.
10. Monasteria, & persone eorum iuribus, & præeminentijs à Sede Apostolica cōcessis gaudeant, que predictis contraria non sunt, nec unum Monasterium alteri subiectum reputentur.
11. Prelatus uoles reformare suū monasterium, id faciat iuxta Cōgregationis statuta, cū eius s<sup>e</sup> cōsensu, & acta super i<sup>s</sup> de eo ipso Apostolica sūt auctoritate cōfirmata.

### III. PRIVILEGIUM.

12 *Annulatur concessio Martini V. circa modum electionis Prælatorum, & distributionis reddituum, & Congregationis, & Monasteriorum regimen, iuxta modum præfatum, & regulam D. Benedicti præfigitur.*



**E**UGENIUS Episcopus servus servorum Dei ad perpetuam rei memoriam. Et si ex sollicitudinis debito Pastoralis, sub regulari observantia singulis altissimo militantibus in ijs, per quæ suis statui, & indemnitatibus consulitur nos favorabiles esse deceat pariter, & benignos præclaram tamen dilectorum filiorum Monachorum de observantia sanctæ Iustinæ Congregationem Ordinis sancti Benedicti, ad quos, etiam antequam diuina fauente clementia ad apicem summi Apostolatus assumeremur specialem gessimus in Domino caritatis affectum spiritualis donolentitæ, vitam & conversationem contemplantes, quibus eis, alijsque proficiunt, & salutaria pijs fidelium mentibus exempla transmittunt, tanto solertiùs ea prosequi, nec non instaurare studijs gestimus assiduis, per quæ Congregationis huiusmodi status feliciter adaugeri, solidarique poterit, quanto per assumptionem huiusmodi, maior nobis de super attributa facultas est, & ampliorem christicolis speramus inde iugiter provenire salutem. Attento itaque, quod felicitis recordationis Martinus Papa quintus prædecessor noster, non nulla eisdem Monachis contulit privilegia, quæ non usque adeo ad pleniorum eiusdem Congregationis soliditatem, augmentumve sunt sufficientia: idcirco nos propter dictorum Monachorum laudabilem vitam, & exemplares mores nobis cognitos, præfatum prædecessorem nostrum sequentes, atque ubi opportunum fuerit nonnulla innovantes, & adijcientes proprio motu, auctoritate Apostolicâ, & ex certa sciëntia, nec non irrefragabili perpetuâque constitutione sancimus, & præsentium serie statuimus, volumus

mus

1 mus, pariter & ordinamus, quòd omnes & singuli dictæ Congregationis Ordinem ipsum professi præsentés, & futuri, quamvis in diuersis pro tempore Monasterijs, siue locis morentur, vnum tamen Corpus, & vna Congregatio existant, quam quidem Congregationem auctoritate, & scientiâ similibus approbamus, & vt a Christi fidelibus in reuerentia, & deuotione habeatur, hortamur, eamque sub Ordine, & regula beati Benedicti esse declaramus, atque constituimus, quodque pro eorum salubriori statu in loco ad id congruo generale, iuxta laudabilem, quæ desuper dudum viguit consuetudinem Capitulum per eos singulis annis celebretur: nec illud postquam inchoatum fuerit, donec pro alio futuro celebrando Capitulo similis locus electus, & acceptatus extiterit, quomodolibet dissoluatur. In quo quidem Capitulo nouem ex ijs, qui in illo habere vocem possint eligantur Diffinitores, qui sic electi totum Capitulum præfatum representantes, pro salubri dictæ Cõgregationis successu statuta, constitutiones, & ordinationes, ac omnia, & singula, quæ in spiritualibus, & temporalibus ipsius Congregationis, ac præfatæ regulæ statu, obseruantiam, & in demnitatem nec non circa diuini Officij directionem, & ordinationem, absque tamen ipsius regulæ variatione substantiæ, vel effectus interpretatione, seu declaratione, quomodolibet concernere poterunt, auctoritate prædictâ instituendi, ordinandi, interpretandi, declarandi, nec non ea, quæ sic instituta, ordinata interpretata, vel declarata fuerint in totum, vel in partem, prout rerum, & temporum qualitates exegerint amouendi, alterandi, & in melius commutandi, plenam, & liberam in omnibus habeant facultatem. Quorum Diffinitorum statutis, constitutionibus, ordinationibus, diffinitionibus, & correptionibus, singuli de Congregatione huiusmodi, cuiuscumque dignitatis, status, gradus, siue conditionis existant, in omnibus efficaciter parere teneantur. Volentes, ac statuentes, quod huiusmodi Diffinitores de præfatis Monasterijs, & locis, ac eorum bonis, prout vtilitatibus præfa-

### III. PRIVILEGIUM

- 5 Congregationis videbitur expedire, liberè disponere, nec non eos ex ipsis Monachis præsentibus, & futuris, quos ad idoneos iudicauerint in Abbates & Priores vacantium pro tempore Monasteriorum, ac Prioratum huiusmodi, aliàs iuxta dictæ Congregationis constitutiones, & ordinationes, ac statuta eligere siue nominare, nec non ad beneplacitum eorum taliter electos, siue nominatos absque aliqua causæ cognitione, a regimine & administratione dictorum Monasteriorum, & Prioratum, quibus tunc præfuerint, & quæ tunc propterea vacare censeantur absoluerè, & amouere, ac etiam omnia, & singula, quæ in præmissis omnibus, & circa ea quomodolibet necessaria, vel opportuna fuerint facere, & exequi, liberè & licitè possint, & valeant. Planè ne post dissolutionem huiusmodi Capituli præfata Congregatio regiminis solatio destituta remaneat, quinque vel plures, prout Discretoribus huiusmodi visum fuerit visitatores deputentur, quorum vnus, iuxta eorum Discretorum dispositionem Præsidentis vicem, nomenque suscipiat, ad eum secundum huiusmodi decreta Capituli singula præfate Congregationis negotia deferantur. Ipseque Præsidentis, & Visitatores, omnia, & singula faciant, disponant, & exequantur super quibus ab huiusmodi Capitulo muniti potestate fuerint, vel quæ ab eo receperint in commissis, aut aliàs, iuxta eorum constitutiones, & statuta, quorum officia vsque ad sequens anno proximè futuro tunc celebrandum huiusmodi
- 7 Congregationis Capitulum duntaxat durent. Locus autem Capituli præfati postquam electus & acceptatus fuerit, absque rationabili causâ de Præsidentis quoque, nec non maioris partis Visitorum eorumdem assensu nullatenus immutetur. Propterea omnes, & singuli præsentis, & futuri dictæ Congregationis Prælati, nec non Monachi, Conuersi, & Communi sub præfatorum Visitorum, & consequen

ter illorum Prælatorum in quorum Monasterijs, siue locis ipsi Monachi, Conuersi, & Commissi morantur obedientijs existant, eas hinc inde prout decens fuerit humiliter impensuri. Et insuper ne facilitate præcipiti Religionis iugum quis acceptet: nullus ex Monasteriorum, siue locorum huiusmodi prælatis, absque deliberatione matura, nec non duarum partium sui Conuentus assensu, quempiam in Monachum, siue conuersum Monasterij, siue loci, cui præsit quomodolibet ad professionem recipiat, aliter vero in birecepto, nisi postea prædictus accedat assensus, standi, vel morandi ibidem sit penitus interdictum. Sanè ut cuiuslibet materiâ turbationis ademptâ, personæ Congregationis huiusmodi quietius valeant Altissimo famulari, omnes, & singuli, quos de prioribus in quibus professi fuere Monasterijs, & locis ad alia præsentia, & futura dictæ Congregationis Monasteria, siue loca iuxta ordinationem Capituli huiusmodi transferri contigerit, aut aliàs pro conuentualibus quomodolibet deputari, ex tunc ab ipsis Prioribus Monasterijs, ac locis realiter absoluti sint, & aliorum Monasteriorum, locorum prædictorum, quandiu steterint ibidem, Monachi, ac suppositi reputentur, & pro conuentualibus inibi habeantur, in actibus, & negotijs capitularibus, ac si ibidem professi forent. Porò ne præmissorum occasione Monasterijs, & locis Congregationis huiusmodi, vel eorum alicui detractum fore quomodolibet existimetur, omnia Monasteria, & loca prædicta, nec non illorum Prælati, ac personæ, quibuslibet eis à Sede Apostolicâ, vel aliàs qualitercumque concessis de iure, seu consuetudine quomodolibet debitis iuribus, præminentijs, ac dignitatibus in concessis gaudeant, & utantur, dummodo illa præmissis, & alijs huiusmodi Congregationis ordinationibus, & institutis non obstant. Nec propterea ex Monasterijs ipsis, vnum reputetur alteri subiectum, sed eis in sua

III. PRIVILEGIUM

- libertate remanentibus, illa vicissitudinis adminiculo coniuncta sub felici dictæ Congregationis regimine, vniiformi regularis obseruantia gressu sibi inuicem suffragentur.
- 12 Adjicientes, quòd quotiescumque Prælatus aliquis Monasterium, cui præfuerit ad eiusdem Congregationis obseruantiam reducere, & sub illa reformare delegerit, iuxta statuta, & decreta, nec non ordinationes Congregationis huiusmodi, prout congruentius poterit ipsam reformationem faciat, eiusque desuper acta, conuentiones, & modi de consensu Congregationis eiusdem, vel illorum, quos ad id deputauerit in formam publicam redacta fuerint, eo ipso confirmationis Apostolicæ sint robore suffulta.
- 23 Sanè cum prædictus prædecessor præfatæ Congregationi concesserit, quod vacantibus Monasterijs, quæ tunc erant dictæ Congregationis electiones ritè & cononicè celebratæ a duabus partibus eligentium auctoritate Apostolicâ confirmatæ ipso facto censerentur: Quòdque de omnibus redditibus Monasteriorum præfatorum quinta pars pro decenti sustentatione Prælatorum deputaretur, aliæ vero quatuor partes per Cellerarios, absquè contradictione Prælatorum in Monachorum, & Conuentuum vtilitatibus dispensarentur: Nos attendentes quod huiusmodi ordinationes, & decreta non ad conseruationem, & augmentum dictæ Congregationis, sed ad eius dispendium maximum cederent, & detrimentum, omnia, & singula statuta, ordinationes, & decreta electionum, ac reddituum diuisiones huiusmodi reuocamus, pariter & annullamus; Volentes, ac statuètes, quod electiones Abbatum, & Priorum ad dictæ Congregationis Capitulum generale, aut Præsidentem, & Visitatores, iuxta concessam eis, vt præmittitur facultatem, ac eorum constitutiones, statuta, pertineant: quibus taliter electis, iuxta regulam beati Benedicti, & eorù constitutiones, Monasteria ipsa, siue loca, & eorù bonatàm in spiritalibus, quàm in téporalibus regèdi, & gubernãdi libera,



& licita sit facultas. Non obstantibus præmissis, ac alijs constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, etiam si de illis specialis, & expressa, ac de verbo ad verbum præsentibus mentio habenda esset, quibus quò ad præmissa, specialiter derogamus. Nec non Monasteriorum, Prioratum, & Ordinis prædictorum iuramento, confirmatione Apostolica, vel quacumq; firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, ceterisq; contrarijs quibuscumque. Nulli ergo utinam hominũ liceat hæc paginam nostræ sanctionis, ordinationis, approbationis, hortationis, declarationis, constitutionis, adiectionis, reuocationis, annullationis, voluntatis statuti, & derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire: si quis autem hoc attentare præsumpserit indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se noverit incursum. Dat. Romæ apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Dominicæ Millesimo Quadringentesimo Tricesimo Secundo, Nonæ Kalendas Decembris, Pontificatus nostri anno secundo.

## QVINTVM PRIVILEGIVM

concessum Congregationi Sanctæ Iustinæ ab Eugenio Papa. IIII. anno Dominicæ Incarnationis. 1434.

Extinctio commendarum, & pensionum super redditibus Monasteriorum.

## SVMMARIVM PRIVILEGII.

*Motu proprio cõmittitur provisio Superiorum in Monasterijs, & eorum amotio Capitulo, vel Præsiden-*

## V. PRIVILEGIUM.

- ti, qui eligant ex Monachis Congregationis, quacumque reservatione Apostolicâ de illorum officiorum provisionibus non obstante.
- 2 Electi sic in Abbates, & Priores absque litteris Apostolicis, seu benedictione, Monasterijs presunt iuxta Congregationis statuta.
  - 3 Nulla persona cuiuscumque status, loca Congregationis in titulum, commendam, seu administrationem accipiat, aut pensionem super illa, vigore quarumcumque litterarum Apostolicarum non facientium specialem mentionem huius concessionis.
  - 4 Interdicitur sub excommunicationis pœna cuiuscumque status personis, ne contra hanc concessionem predicta loca in titulum, vel commendam accipiant, vel aliquam pensionem super ea.



VGENIVS Episcopus servus servorum Dei ad perpetuam rei memoriam. Et si Monasteria, piaq; loca singula, necnon in illis seculi desiderijs abdicatis, omnium conditori Domino sub regulari castimonia famulantibus, Apostolicis favoribus, & Præsidijs, ex iniuncto nobis de super Apostolicæ servitutis officio confouere teneamur, Monasteria tamen, & loca comendabilis, Deoq;, & hominibus acceptæ Congregationis Monachorum de observantia Sanctæ Iustine, Ordinis Sancti Benedicti, necnon eorum personas, ob multiplices, quos exemplarivitâ conferunt in Dominico grege fructus, specialibus affectionibus, & gratijs prosequi satagimus, & vt eorum per amplius ad ædificationem plurimorum solideretur status, ac succedant, & propagentur religionis existentia salutaris potiores cu

ras, & sollicitudines assiduis studijs adhibemus: Cupientes igitur, vt nostræ prouisionis ope Monasteria, Prioratus, & loca Congregationis huiusmodi votiua iugiter in spiritualibus, & temporalibus incrementa suscipiant, & illis, quæ dispendiorum, nec non inconuenientium possent eis occasionem congerere via, prout opportunum fuerit penitus adimatur, motu proprio, non ad Congregationis prædictæ, vel alterius pro ea nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, præsentis perpetuè valituræ cõstitutionis edicto Apostolicâ auctoritate statui-  
 mus, & ordinamus, quod in antea perpetuis futuris temporibus Monasteria, & Prioratus Congregationis huiusmodi, quæ nunc sunt, & successu temporis auctore Domino præfatæ Cõgregationi quomodolibet vniuentur, incorporabuntur, aut subiiciantur, per Prælatos dütaxat de Cõgregatione prædicta regantur, atq; gubernentur, & quotiens illa vbiicumq; etiã apud Sedem Apostolicã, & qualitercumq; vacare contigerit, etiam si quæuis speciales, vel generales de illorũ prouisionibus, siue dispositionibus, per ipsam Sedem reservationes factæ fuerint, Capitulũ, si tunc celebretur, alioquin Præsidentis cum ad hoc iuxta eorum consuetudines, & statuta deputatis, illos ex ipsis Monachis præsentibus, & futuris, quos ad id idoneos fore crediderint, in Abbates, & Priores tunc vacantium Monasteriorum, ac Prioratum huiusmodi, aliàs iuxta dictæ Congregationis ordinationes, & instituta eligere, siue nominare: nec non ad nutum, ac beneplacitum eorum taliter electos, siue nominatos à regimine, & administratione dictorum Monasteriorũ, ac Prioratum, quibus tunc præfuerint, & quæ tunc propterea vacare censeantur, absoluerè, & amouere, præfatique sic electi, siue nominati absq;ue alicuius Sedis prædictæ, vel alterius prouisionis, siue dispositionis adminiculo, & præter hoc, quod eis propterea munus benedictionis impendatur, ipsis Monasterijs, & Prioratibus, ad quæ sic electi, siue nominati fuerint præesse, ac illa in huiusmodi spūalibus, & tēporalib' regere, & gubernare,

V. PRIVILEGIUM.

nec non omnia, & singula, quæ per Abbates, & Priores aliorum Monasteriorum, & locorum dictæ Congregationis, iuxta illius statuta, & ordinationes huiusmodi fieri poterunt, facere, & exercere liberè & licitè possint, & valeant. Et vt personæ Congregationis huiusmodi eo liberius, quo quietius Altissimo sua dirigere vota possint, & super prædictis illius Monasterijs, Prioratibus, & locis aliorum potius facultates, & redditus quàm proficere in dicta Congregatione querentium motibus & intantissimè probis non turbentur per quascumque litteras Apostolicas, etiam motu simili, & cum reservationibus præmissis, ac quibuscumque derogatorijs propter quas effectus præsentium quomodolibet impediri, vel differri possent clausulis, concessas hactenus, & in posterum concedendas aduersus nostra statuta, & ordinationes huiusmodi, nullus de prædicta Congregatione, vel alter cuiuscumque status, gradus, ordinis, seu conditionis sit, etiam si Cardinalatus, Pontificali, vel alia quavis dignitate præfulgeat, aliquod ex ipsis Monasterijs, Prioratibus, & locis eiusdem Congregationis in titulum, aut commendam, siue administrationem, vel aliàs, seu super quibusuis illorum fructibus, & redditibus, & prouentibus quamecùmque pensionem sibi vendicare, vel ius de super acquirere possit, nisi in dictis litteris de præsentibus, ac ipsa Congregatione specialis, expressa, ac de verbo ad verbum mentio fiat, & aliàs ex ipsarum tenore litterarum euidenter apparuerit singulos Romanos Pontifices, qui eas concesserint, ex certa sua scientia, cum rationabilis subiunctione causse, prædictis nostris statutis, & ordinationibus derogare voluisse, ac velle, decernentes ipsas litteras ad aliquod ex eisdem Monasterijs, Prioratibus, locis ipsius Congregationis, aliàs contra huiusmodi nostrorum statutorum, & ordinationum continentiam, atque formam nullatenus extèdi debere: nec non irritum, & inane quidquid in contrarium à quo quâ, quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Rursus interdiciamus omnibus, & singulis, etiâ præmissa dig-

nita-

nitare præditi, ne sub excommunicationis pœna, quam aliàs ipso facto incurrant, contra nostra statuta, & ordinationes huiusmodi, postquam eis illa innotuerint, vel facta de ipsis fides extiterit, quocumque quæsito colore, quempiam de dicta Cōgregatione super quouis ex illius Monasterijs, Prioratibus, & locis prædictis, ratione tituli, siue commendæ, vel administrationis, aut pensionis huiusmodi, vel aliàs impetere siue molestare quoquomodo præsumant. Non obstantibus reservationibus præmissis, ac constitutionibus, & ordinationibus, necnō priuilegijs, & indultis Apostolicis, quæ ad impediendum, vel differendum effectum huiusmodi aut quominus ipsa nostra statuta, & ordinationes vim, vigoremque perpetuos habeant alicui nullatenus suffragentur, ac Monasteriorum, Prioratuum, & locorum Congregationis, necnon Ordinis prædictorum iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis alia firmitate roboratis, statutis, & consuetudinibus, ceterisque contrarijs quibuscumque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrorum statuti, ordinationis, constitutionis, & interdicti infringere, velei ausu temerario cōtraire: si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursum. Datis Florentiæ anno Incarnationis Dominicæ Millesimo Quadringentesimo Tricesimo Quarto, Tertio Idus Ianuarij, Pontificatus nostri anno quarto.

SEXTVM PRIVILEGIVM

Eugenij Papæ. IIII. concessum motu proprio Congregationi Sanctæ Iustine anno Dominicæ Incarnationis. 1434.

SVMMARIVM PRIVILEGII.

B 5 ¶ Per-

## VI. PRIVILEGIUM

¶ Perpetua, & amplissima Congregationis  
exemptio.

- 1 Congregationis Monasteria, loca, persona, bona spiri-  
tualia, & temporalia à cuiuscumq; status persona re-  
formatione, correctione, visitatione, &c. sint exem-  
pta.
- 2 Nulla occasione, etiam delicti commissi, excessus, seu  
contractus, possunt Monasteria, loca, personaq; eorum  
interdici, aut excommunicari, nisi de speciali com-  
missione Sedis Apostolica, faciente mentionem huius  
exemptionis, & est irritum quidquid in contrarium  
agatur.
- 3 Eximitur totaliter Congregatio à quacumque persona,  
& assumitur sub Apostolicâ protectione, cum annuo  
censu unciæ auri in festo Apostolorum Petri, &  
Pauli singulis annis Camera Apostolicæ persoluen-  
do.
- 4 Persona contrarium attentantes, si requisitæ per Mona-  
chos, vel harum notificationem litterarû infra tres dies  
non desistant ab incepto, excommunicantur ipso facto,  
& irritum sit quidquid facere presumpserint.
- 5 Prelati, seu Monachi Congregationis non compellantur  
ire ad quacumq; Concilia, seu Congregationes Ecclesiasti-  
cas, seu seculares, etiam per litteras Apostolicas, non fa-  
cientes mentionem de ijs expressam, excepto ad suum Ca-  
pitulum

pitulum generale.

- 6 Non possunt compelli persona Congregationis, ut in eorum locis Missa celebretur, ordines conferantur, caussa agerentur, processiones, Congregationes Ecclesiasticae, vel seculares congregentur, aliqui ad hospitium recipiantur, seu in carcere detineantur, & aliud attentare presumentes, nisi post factam eis de huiusmodi indulto notitiam destiterint, ipso facto excommunicentur.
- 7 Eximuntur Congregatio, & eius loca, & persona à dantijs, gabellis, collectis, oneribus, quocumq; pretextu, à quacumq; persona seu communitate impositis, sub excommunicationis pœna, nisi post notitiam presentis indulti destiterint, non obstantibus quibuscumq; litteris Apostolicis ipsis concessis, non facientibus expressam mentionem huius indulti.
- 8 Committitur Legatis, Delegatis, Nuntijs, Patriarchis, Archiepiscopis, ut loca Congregationis, & personas ab ijs oneribus, & subsidijs, etiam caritativis eximant, contrarium facientes per censuras ecclesiasticas compescendo.
- 9 Monasteria Congregationis, loca, bona, persone libera sint ab impositione, collecta, decima, exactione subsidij, etiam caritativi, & quocumq; gravamine per Sedem Apostolicam, vel Episcopos, aliasq; personas ecclesiasticas impositis, quavis occasione, nisi fiat mentio expressa huius indulti & Congregationis.

## VI. PRIVILEGIUM

- 10 Eximuntur etiam à quibusvis censibus, redditibus, solutionibus, ratione visitationis, aut subiectionis quocumq; iure debitis, vel debendis, quibuscumq; personis seu locis, non obstantibus, &c.
- 11 Non solvant loca, bona, persona Cōgregationis, decimas, primitias, quartas, de bonis quae colunt, aut coli faciunt.
- 12 Monasteria, & loca Cōgregationis possunt petere, & exigere hereditates, legata, & fideicommissa, bona mobilia, & immobilia ubicumq;, & quomodocumq; sibi debita.
- 13 Omnia bona spiritalia, & temporalia, presentia, & futura Congregationis, firma illi, rata, & illibata seruentur, eaq; nullus auferat, perturbet, aut detineat, &c. & quicumq; contrarium faciens, si facta ei notitia de hoc indulto, infra tres dies se non correxerit, aut idoneam cautionem de satisfaciendo praestiterit, excommunicationis sententiam incurrat ipso facto, à qua, nisi cum dicta satisfactione, praeterquam in mortis articulo, & cum cautione de satisfaciendo, non absoluaur.
- 14 Prescriptio nulla currit contra Monasteria, loca, bona, personas Congregationis nisi post lapsum sexaginta annorum.
- 15 Confugientes ad hanc Religionem nullus impediatur, alienet, molestet, & contrasacientes excommunicationem incurrunt, nisi post factam eis notitiam de hoc indulto destiterint, à qua nisi per Sedem Apostolicam, praeterquam in mortis articulo, non absoluantur.



- 16 Nulla persona cuiuscūq; status potest apud se, quouis praxtextu dicere Prælatum, vel Monachum Congregationis, neq; illum ad Religionem aliquam admittere, etiam occasione arctioris vite, etiam vigore litterarū Apostolicarum, non facientium expressam mentionem huius indulti, nisi de licentia Capituli generalis, seu Præsidentis, & maioris partis Diffinitorum sub pœna excommunicationis, &c. pro recipientibus, & receptis, quibus cumq; aliarū Religionum priuilegijs non obstantibus.
- 17 Nequeunt compelli Prælati, vel Monachi admittere litteras conseruatorias seu commissorias, sibi quomodocumq; directas, vel eas in cuiuscumq; fauorem exequi.
- 18 Nequeunt compelli ad ferendum testimonium, seu iurandum de calumnia, neq; trahi extra ciuitates, et diœceses per sententiam, etiam latam per litteras Apostolicas, nō facientes expressam mentionem huius indulti, & irritum est quidquid in contrarium presumatur à quoquam.
- 19 Testimonium cuiuscumq; personæ Congregationis, etiam Nouitiorum in quibuscumque causis Cōgregationis in iudicio, & extra sit legitimum.
- 20 Neque per contrarios actus à quocumque attentatos, neque per ignorantiam, aut per non obseruantiam, & nō usum ijs, quæ in hoc priuilegio continentur præiuditiū generatur, sed semper in suo robore perseverant quibuscumque non obstantibus.

## VI. PRIVILEGIUM



V GENIVS Episcopus uerueruorum Dei ad perpetuam rei memoriam. Et si ex debito ministerij Pastoralis, quibuslibet personis regularem vitam professis nos deceat esse in suis opportunitatibus, & commodis, favorabiles, & benignos Congregationem tamen Monachorum de obseruantia sancta lufina Padua. Ordinis Sancti Benedicti oblaudabilis uitae merita, & virtutum incrementa, tanquam nouellam plantatione à nonnullis annis citra in praefato Ordine renascentem, ad cuius incrementum & bonum regimen, etiam dum in minoribus constituti eramus impendimus opem, & operam efficacem, eo nunc ad apicem summi Apostolatus assumpti propensiori caritate complectimur, quo preciosiores, ac ueriores fructus per eorum labores, & operam diligenter conspiciamus in populum Domini prouenire. Cupientes igitur, ut Monachi ipsi, eo quietiori animo valeant reddere Altissimo uota sua, ac pro salute fidelium exorare, quo fuerint amplioribus per Sedem Apostolicam priuilegijs, indulgentijs, & gratijs communiti. Motu proprio, non ad ipsorum Monachorum, aut alicuius alterius suum per hoc nobis oblata petitionis instantiam, sed de nostra mera liberalitate, dilectos filios Congregationem praefatam, eiusque Praesidentem, Visitatores, Albates, Priores, Rectores, Monachos, Conuersos, Comissos, Nouitios, & personas, ac eorum Capellanos, qui pro tempore fuerint, etiam curas habentes animarum: nec non familiares, & seruitores ipsorum, qui nunc sunt in praefata Congregatione, & in futurum pro tempore erunt, ac etiam Monasteria, Prioratus, & loca, quae nunc sunt, vel in posterum Congregationi praedictae quandoeumque, uniri, vel incorporari, seu subijci, vel aggregari contigerit, nec non omnia, & singula dictorum Monasteriorum, Prioratuum, & locorum, ut praemititur praesentium & futurorum, Ecclesias, Capellas, etiam si ipsis cura animarum immineat: Oratoria manualia, membra, castra, sortalicia, aedificia, Villas, grangias,

*vide post  
finē pri-  
uilegij.*

*vide post  
finē pri-  
uilegij.*

vineas, oliueta, hortos, syluas, nemora, prata, pascua, piscationes, molenas, aquas, aquarum decursus, iura, iurisdictiones, praedia possessiones quaelibet, & bona quaecumque, quae in praesenti sunt, & in futurum erant dictae Congregationis, & quae omnia, & singularia per eorum vocabula fructus, valores, quantitates, qualitates, hic haberi volumus pro sufficienter expressis, a quoruncumque Delegatorum, Delegatorum, & Subdelegatorum, nec non Nuntiorum Apostolicae Sedis, atque Vicariorum, Rectorum, & quorumuis officialium Romanae Ecclesiae, ac etiam Patriarcharum, Archiepiscoporum, Episcoporum, Electorum, Administratorum, & aliorum quoruncumque, Iudicum ordinariorum, quouis nomine, & potestate fungantur, locorum Ordinariorum ditione, auctoritate, potestate, dominio, visitatione, reformatione, & correctione. Ita quod in dicta Congregatione, vel eius singulae personas, seu benefactores occasione beneficiorum eiusdem collatorum ab eis, aut quia subditi eorum cum huiusmodi Monachis conuersentur, seu ab eis recipiant absolutionis beneficium, & Euchariae Sacramentum, nec non in Monasteria, Prioratus, loca, & personas in eisdem degentes, ratione delicti, excessus, seu contractus, aut rei de qua agitur ubicumque iniatur contractus, seu delictum committatur, aut res ipsa contra excommunicationis, Suspensionis, & Interdicti aut alias quasvis sententias, nisi de speciali commissione Sedis Apostolicae, ac de indulto huiusmodi, ac Congregatione praefata mentionem expressam faciente quomodolibet directe, vel indirecte ferre, seu promulgare non possint. Decernentes ex nunc quidquid in contrarium actum fuerit irritum, & inane, nulliusque fore roboris, vel momenti de specialis dono gratiae, & plenitudine potestatis tenore praesentium prorsus eximamus, ac totaliter liberamus: illaque omnia, & ipsorum quodlibet in ius, & proprietatem Beati Petri, & Sedis eiusdem, ac sub eorum protectione specialiter suscipimus, & nostram retento nobis, & Ecclesiae Romanae annuo censu in festo Beatorum Petri & Pauli, annis singulis nobis &

*vide post sine privilegij.*

*Camp.*

VI. PRIVILEGIUM

- Camera Apostolica persoluendo auri vncie vnus, in signum  
 4 perpetuæ libertatis, & exemptionis. Quod si huiusmodi Lega-  
 ti, aut Ordinarij seu Personæ supradictæ cōtra prædicta, vel ali-  
 quod prædictorum non solum facere, sed attentare quomodo  
 libet præsumperint, & requisiti per ipsius Cōgregationis Præ-  
 latorum, vel Monachos, seu per notificationem præsentis privile-  
 gij, vt desistant, & id facere neglexerint infra tres menses à die  
 requisitionis, siue notitiæ, vt præfertur, eo casu, ipso facto senten-  
 tiam excommunicationis incurrant, & nihilominus quod ali-  
 ter actum, eo ipso sit irritum, & inane, & nullius efficaciæ, robo-  
 ris, aut momenti. Insuper cū contigerit fieri Concilia genera-  
 lia, Prouincialia, seu Sinodalia, etiam Apostolicâ, aut quauis au-  
 ctoritate firmata, seu qualuis Congregationes quouis nomine  
 censeantur ecclesiasticarum vel laicarum personarum cuiuscū-  
 que dignitatis, aut status existant, præfati Prælati, seu Monachi  
 ad ea ire siue mittere, nisi ad ipsius Congregationis Capitulum  
 generale celebrandum, aut aliàs iuxta eorum ordinationes, nul-  
 latenus compelli possint, etiam per litteras Apostolicas non fa-  
 cientes specialem mentionem de huiusmodi indulto præfate  
 6 Congregationi concessio. Nec congregationis personæ huius-  
 modi, quòd in eorum locis Missa, aut alia diuina officia celebré-  
 tur, ordines conferantur, vel agitentur causæ ciuiles, seu crimi-  
 nales, processiones conuocentur, aut Sinodus, Conuentus, seu  
 quouis Congregationes tam Ecclesiasticarum, quàm Laicarum  
 personarum congregentur, siue quod huiusmodi Cōgregatio-  
 nis loca ad vsum, hospitium, habitationem, detentionem, & in-  
 carcerationem Ecclesiasticarum, aut Laicarum personarum de-  
 putentur astringi, seu cogi aequaliter valeant, contraque om-  
 nia, aut aliquod prædictorum quouis persona cuiuscumque con-  
 ditionis, vt præfertur, aut status existat attentare præsumés, nisi  
 facta ei de huiusmodi indulto notitia desiterit, ipso facto sen-  
 tentiam excommunicationis incurrat. Et quandoque in poste-  
 rum Reges, Principes, Barones, Milites, Nobiles, Laicales perso-

*5*  
*de nobis*  
*lan alog*  
*emudo*

*6*  
*process*

uz, Communitates, Vniuersitates, Magistratus, Rectores, & Officiales ciuitatum, terrarum, castrorum, & dioecesum diuersarum, Monasterijs, Prioratibus, Locis, Capellis, Ecclesijs, manubus, Grangijs, Castris, Possessionibus, ac Bonis, nec non Prelatis, & Monachis ipsius Congregationis, gabellas, talias, datia, collectas, impositas, onera, etiam ad pontium refectionem, aut viarum reparationem, & alia varia & diuersa grauamina inferre, in dicere, & imponere, & aut indicta, & imposita exigere, præsumant districtius prohibemus, ac sub poena excommunicationis, & maledictionis æternæ, quam à notitia præsentis indulti, nisi desiterint incurrant mandamus. Non obstantibus si dictis secularibus, vel quibuslibet alijs personis communiter, vel diuifim ab eadem sit, Sede indulum, quod illa imponere, seu exigere valeant, etiam ab exemptis per se, vel alios quoquomodo, aut quod interdici suspendi, vel excommunicari, seu ultra, vel extra certa loca ad iudiciũ euocari non possint, per litteras Apostolicas, non faciẽtes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi, ex certa scientiã, ac ipsa Congregatione specialem mentionẽ. Committentes insuper ac per Apostolica scripta præsentium tenore mandantes omnibus, & singulis Delegatis, Subdelegatis, & Nuntijs Apostolicis, Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, ac Rectoribus vniuersis præsentibus, & futuris, in quorum dioecesibus sunt, & erunt in futurũ loca, & personæ huiusmodi quatenus præfata loca, ac etiã personas in eis degentes & eorum bona tallijs, collectis, impositionibus gabellarum, subsidijs, etiã caritatiuis, aut quibusuis alijs oneribus realibus, & personalibus, seu mixtis, etiam per eadem Sedem indictis, concessis, seu datis, aut permissis, seu indicendis, aut concedendis de cetero grauari quoquomodo minime permittant, contradictores per censuram ecclesiasticam, & alia iuris remedia, appellatione posposita compescẽdo. Insuper vt liberius, ac commodius in necessitatibus suis prouidere, ac hospitalitati, & pauperum subuentioni vacare possint volumus,

nota

deside aqua

## VI. PRIVILEGIUM

& decernimus Monasteria, Prioratus, & loca manualia, Gran-  
 gias, possessiones, & bona, quæ in præfenti sunt ipsius Con-  
 gregationis, & erunt in futurum, ac Prælatos, Monachos,  
 & personas præfatas, ab omni impositione, & exactione,  
 collectâ, decima, subsidio, aut alio quocumque grauamine,  
 quouis nomine censeantur per nos, aut successores nostros  
 faciendo, seu imponendo, nec non à quorumcumque oc-  
 casione Legatorum, etiam de Latere, Subdelegatorum, Nun-  
 tiorum Apostolicorum, Ordinariorum, Dioecesanorum, seu  
 alterius cuiuscumque etiam Apostolicâ, seu quavis aucto-  
 ritate, tam impositorum, quàm imponendorum per litteras  
 Apostolicas, non facientes plenam, & expressam, ac de verbo  
 ad verbum, de huiusmodi indulto, ac Congregatione ipsa mē-  
 tionem specialem, necnon a caritatiui, & alterius cuiuscumq;  
 subsidij, & impositionis, collectæ, vel alterius cuiuscumque ex-  
 actionis, & oneris realis, personalis, vel mixti solutione de cete-  
 ro prorsus exemptos, liberos, & immunes fore: ita vt cogi, vel  
 inquietari per dictas personas, aut alias quascumque, pro huius-  
 modi oneribus, & impositionibus, grauaminibus, exactioni-  
 bus, & solutionibus minimè possint, & debeant: Necnon ab  
 omni-  
 bus censibus, redditibus, & solutionibus ratione visita-  
 tionis, aut subiectionis quocumque iure hæctenus debitis, aut  
 in futurum debendis, quibuscumque Ordinarijs, Capitulis,  
 Collegijs, Congregationibus, Vniuersitatibus, aut alijs quibus-  
 uis personis per eiusdem plenitudinem potestatis omnino libe-  
 ramus, & penitus absoluiamus: Non obstantibus præscriptioni-  
 bus, constitutionibus, consuetudinibus, statutis, decretis, & pri-  
 uilegijs, Apostolicis quibuscumque in contrarium faciētibz,  
 de quibus specialis, & expressa, ac de verbo ad verbum esset men-  
 tio faciēda. Ceterū de quibuscumq; possessionibus, vbi libet cō-  
 stitutus, quæ in præfenti sunt, vel in futurū erūt Monasteriorū,  
 Prioratuum, & Bonorū prædictorū, quæ præfati Prælati, Mona-  
 chi, vel personæ colunt, seu colent, aut coli facient, aut in futu-  
rum

*no pro-  
 grez mot  
 nobis of  
 mrouit*

10

\*

11

rum colēt, aut coli facient, siue de hortis virgulis, piscationibus, eorūdem, vel de nutrimentis animalium ipsorum, nullus ab ipsis, vel ab alijs pro eis primitias, decimas, quartas, aut alio quocūq; nomine censēatur exigere, vel extorquere præsumat, nec illas aliquibus soluere teneantur, seu ad id à quo quā directè, vel indirectè, cōpelli possint inuiti, generalis Cōcilij, & quibuscumq; alijs Apostolicis, vel Prouincialibus, aut Synodalibus cōstitutioibus nequaquam obstātibus, Decernētibus ex tunc irriros, & inanes quoscūq; processus, & sententias, etiā interdicti, quos, vel quas cōtra inhibitiones nostras huiusmodi, p̄ quēuis, aut quauis auctoritate fieri contigerit, aut quomodolibet promulgari: Quodq; *alta*

12 præsata Cōgregationis Monasteria, & loca, hereditates, legata, & fidei cōmissa per mediā personā Monachorū, aut aliā qualitercūq; delatas, Bona mobilia & immobilia in quibuscūq; ciuitatibus, & locis, quouis titulo acquirere: ipsiq; Monachi & personæ petere, & exigere possint præsata Bona, vnde cūq; vel qualitercūq; eis debita, & quæ, si in seculo remāssissent ius petēdi, & exigendi haberēt ipsis eorum Monasterijs acquirēda: quibuscūq; statutis, ordinacionibus, & decretis cuiusuis ecclesiasticæ, siue secularis personæ Communitatatis, Collegij, siue Vniuersitatis, aut alterius cuiuscumque gradus, status, dignitatis, officij, & auctoritatis existat nullatenus obstātibus, præsentiū litterarū

13 serie statuimus. Præterea qualcūq; possessiones, bona, iura, & iurisdictiones ad ipsa Monasteria, loca, Ecclesias, Capellas Oratoria, & Hospitalia, tam præsentia, quàm futura ipsi Cōgregationis, in quibuscūq; mūdi partibus cōstituta, expectata, & pertinentia, quorū nomina, & cognomina hic haberi volumus pro sufficienter expressis, quæ in præsentiarum Monachi Congregationis huiusmodi iustè, & canonicè possidēt, seu in futurum concessione Pontificum, largitione Regum, vel Principum, oblatione fidelium, vel alijs iustis modis præstante Domino poterunt adipisci, ipsis Monasterijs, Capellis, Oratorijs, seu Hospitalibus præsentibus, & futuris firma, rata, & illibata seruari volumus: Decernentes vt nulli omnino

## VI. PRIVILEGIUM

hominum liceat præfata Monasteria, siue loca ut præfertur, res,  
 & bona mobilia, siue immobilia, possessiones, domos, molen-  
 dina, a quas piscarias, iura, seu iurisdictiones temerè perturbare,  
 aut illa, vel eorum aliquod auferri, vel ablata retinere, occupa-  
 re, seu quibuslibet vexationibus fatigari, quod si aliqua Eccle-  
 siastica, secularisue persona, cuiuscumque gradus, vel conditio-  
 nis exiit, etiam si Pontificali dignitate præfulgeat, cõtra hoc  
 nostræ exemptionis, liberationis, decreti, concessionis, defen-  
 sionis, conseruationis, libertatis, indulti venire, dicta bona, iura,  
 iurisdictiones, exemptiones, & indulta, vel aliquod eorum vio-  
 lando, occupando, turbando, vel diminuendo, seu indebitè faci-  
 gari præsumperit, nec facta ei notitia de huiusmodi nostro in-  
 dulto infra tres dies se correxerit, aut idoneam cautionem de sa-  
 tisfaciendo præstiterit, excommunicationis sententiam ipso  
 facto incurrat, à qua nisi dicta satisfactio præstita, præterquã  
 in articulo mortis, & tunc de satisfaciendo per se, si superuixe-  
 rit, aut per suos heredes vel successores, idonea præstita cautio-  
 ne nequeat absolutionis beneficium obtinere. Insuper cù ple-  
 rumque contingat incuriã, ac neglecta Prælatorum, qui hæcte-  
 nus bona Monasteriorum dictæ Congregationis, antequã præ-  
 fata Congregationi vnirentur gubernarunt, aut postmodũ ex  
 ignorantia, seu alia quauis causã a plerisque ipsorum Monaste-  
 riorum bona in præiudicium animarum suarum indebitè deti-  
 neri, & occupari, præsertim sub colore præscriptionis, aut aliã  
 quocumque modo, ex quo non modica iactura consueuit præ-  
 fatis Monasterijs euenire: Nos volentes de remedio opportu-  
 no prouidere, in fauorem obseruantie regularis, ex certa scien-  
 tiã, Motu proprio, ac de plenitudine potestatis Apostolicæ vo-  
 lumus, statuimus, & decernimus, quod contra præfatæ Congre-  
 gationis Monasteria, loca, personas, & bona, aliqua non currat  
 præscriptio, nisi post lapsum sexaginta annorum, quod quidẽ  
 indultum tam in casibus, rebus, & bonis præteritis, quàm futu-  
 ris potestate, & scientiã similibus extẽdi, & locum habere om-  
 nino

nino

C



nino volumus. Non obstantibus quibuscumque in contrariū  
 15 facientibus. Prohibemus insuper, ne aliqui cuiuspiam status,  
 gradus, vel conditionis existant personas, quæ de iure commu-  
 ni Religionem ingredi non prohibentur, ex seculo fugientes,  
 & ad conuersationem huiusmodi Congregationis venire cu-  
 pientes verberibus, aut violētis quibuscumque impedire, vel  
 prohibere, aut à Monasterijs, & locis ipsius Cōgregationis præ-  
 sentibus, & futuris iniuriam aliquam ingredi volentibus, aut  
 recipientibus irrogando, seu eos molestando, huiusmodi per-  
 sonas euellere, aut extrahere audeant, vel præsumant: contra-  
 facientes verò, ipso facto sententiam excommunicationis in-  
 currant, dum tamen cum hoc præsens statutū fuerit eis ad noti-  
 tiam deductum, non desliterint à prædictis, à qua non possint,  
 præterquā in mortis articulo, nisi per Sedē Apostolica, benefi-  
 ciiu absoluitiois obtinere. Præterea ad obstruendas vias, quibus  
 16 præfati Monachi extra Congregationē huiusmodi in eorū præ-  
 iuditiū animarum vagare possent, prohibemus, omnes, & sin-  
 gulas personas Ecclesiasticas, & seculares cuiuscūq; status, gra-  
 dus, vel conditionis existant, & quacūq; fulgeant dignitate, vel  
 auctoritate ne quēquā ex Prælati, vel Monachi Cōgregatio-  
 nis prædictę, penes se obsequiorum, vel seruitiorū aliquorum  
 sui, seu Monasteriorum suorum obtentu, aut si absque licentia  
 suorum Superiorum ad se diuerterent, seu aliā quavis causā,  
 etiam occasione arctioris vitæ, Ordinis, vel Religionis à dictā  
 Congregatione abstrahere, seu etiam ad se sponte venientes re-  
 tinere præsumant, etiam auctoritate litterarum Apostolicarū,  
 in quibus de huiusmodi personā, ac Congregatione nomina-  
 tim, & expressē mentio facta non fuerit, absque consensu Capi-  
 tuli generalis, seu Præsidentis, & maioris partis Visitatorū Con-  
 gregationis eiusdem, sub pœna excommunicationis, quā ipso  
 facto incurrant, si facta eis notitia de huiusmodi priuilegio, in-  
 fra tres dies personam Congregationis huiusmodi nō restitue-  
 rint cum effectu, vel à se realiter abiecerint, à qua sententia, nisi

## VI. PRIVILEGIUM

in mortis articulo, aut à Sede Apostolicâ recipientes, & recepti  
 absoluti non possint. Non obstantibus quarumcumque Reli-  
 gionum, vel Ordinum, aut alterius cuiusvis personæ Privile-  
 gijs, & indultis quibuscumque, de quibus esset specialis, & de  
 verbo ad verbum mentio facienda, quibus omnibus volumus  
 nominatim, & specialiter per huiusmodi indultum, quoad præ-  
 missa derogari. Insuper tranquillitati eorum intendentes, ne ij  
 17 qui Mattheæ circa plorima fatigentis officium dimiserunt, eli-  
 gentes potius cum Maria circa pedes Domini residere, ad au-  
 diendum verbum illius, caussarum turbinibus perturbentur,  
 si contingat aliquem litteras Apostolicas commissorias de ad-  
 ministrandâ iustitiâ, executione faciendâ, visitatione exercen-  
 dâ, aut alia quavis causâ ad aliquem Prælatum, vel Monachum  
 dictæ Congregationis directas impetrasse, nisi huic indulto ex-  
 presso, specialiter, & nominatim derogetur, ad huiusmodi caus-  
 as alium obtentu litterarum, præter liberam eorum volunta-  
 tem procedere, vel eas exequi minimè teneri, indulti huiusmo-  
 18 di tenore decernimus. Planè ne Prælatos, & Monachos huius-  
 modi etiam caussarum strepitus inquietet, & ab otio sancto de-  
 ducat, ne quis Prælatos, Monachos, & personas de huiusmodi  
 Congregatione subire de calumnia, & veritate dicenda iu-  
 ramentum, aut deferendum testimonium quacumque ex  
 causa compellat inuitos, siue extra ciuitates, & dioeceses suas  
 trahat, seu in eos, vel eorum aliquem propterea excommunica-  
 tionis, vel alterius censuræ seu poenę sententiâ proferat per litte-  
 ras Apostolicæ Sedis, vel Legatorû eius, nisi in eisdè litteris de  
 huiusmodi indulgentia plena, & expressa, ac de verbo ad ver-  
 bam facta fuerit mentio specialis, eadem auctoritate indulge-  
 mus. Excommunicationis, Suspensionis, & Interdicti, & alias  
 sententias si quas in eos, vel aliquem eorum, contra indultum  
 19 huiusmodi promulgare contigerit decernentes presentium  
 tenore irritas & inanes. Prælatorum vero, Monachorum, Con-  
 uerforum, Commissorum, & Nouitiorum ipsius Congregatio-

nis testimonia in causis ipsorum ciuilibus, & criminalibus in  
 iudicio, & extra legitima sint, & iuridica, & vt eis liberè, & licitè  
 20 vt possint concedimus per præsentis. Adijcetes etiam,  
 quod si quandoq; contigerit per aliquem, aut plures actus, cõ-  
 tra huiusmodi, aut quacumq; alia decreta, priuilegia, indul-  
 ta, gratias, & immunitates præfata Cõgregationi concessa, aut  
 ipsorum aliquod à quocumq; cuiuscumq; conditionis, dig-  
 nitatis, gradus, seu status existat ex negligentia, vel ignorantia  
 præsentium, & futurorum, quibus ea cõceduntur, aut alia qua  
 uis causa aliter attentari, vel obseruari ignoranter, vel scienter  
 nullum tamen per hoc præiudicium decretis, priuilegijs, indul-  
 tis, gratijs & immunitatibus præfatis volumus generari, sed illa  
 in suo robore, & vigore permanere. Non obstantibus in Con-  
 stantiens. & alijs Concilijs, ac se. re. Innocentio Quarto, & Mar-  
 tino Quinto, nec non alijs Sũmis Põtificibus prædecessoribus  
 nostris editis constitutionibus, & ordinationibus, etiã si de illis  
 specialis expressa, ac de verbo ad verbum præsentibus mentio  
 habenda esset, quibus quo ad præmissa specialiter, & expressè de-  
 rogamus, nec non Monasteriorum, Prioratum, & Ordinũ præ-  
 dictorum iuramento, confirmatione Apostolicã, vel quacum-  
 que firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, ceteris-  
 que contrarijs quibuscumque. Nulli ergo omninò homi-  
 num liceat hanc paginam nostræ exemptionis, liberationis, sus-  
 ceptionis, commissionis, mādati, inhibitionis, absolutionis, vo-  
 luntatis, constitutionis, prohibitionis, concessionis, adiectionis,  
 confirmationis, statuti, & derogationis infringere, vel ei ausu te-  
 merario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit  
 indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pau-  
 li Apostolorum eius se nouerit incursum. Dat. Florentiæ an-  
 no Incarnationis Dñicæ Millesimo Quadringentesimo Tri-  
 cesimo Quarto, Septimo Kalendas Martij, Pontificatus nostri  
 anno Quarto.

## VI. PRIVILEGIUM

*CIRCA EA, QUÆ IN HOC, ET SIMILIBUS Privilegijs conceduntur, advertendum semel est, in quibus casibus Sacrosanctum Tridentinum Concilium Regulares personas, Privilegijs earum non obstantibus, Episcopis subiecerit.*

**S**ess. 5. cap. 2. de Reform. Regulares cuiuscumque Ordinis, etiam examinati, & approbati à suis Superioribus, ac de eorum licentia, etiam in Ecclesijs suorum Ordinum prædicare non possint, nisi prius se coràm Episcopis personalitet præsentauerint, & ab eis benedictionem petierint. In Ecclesijs verò, quæ suorum Ordinum non sunt vltra licentiam suorum Superiorum, etiam licentiam Episcopi habere teneantur.

¶ Sess. 6. cap. 3. de Reform. Nullus Clericus secularis, vel Regularis extra Monasterium degens, etiam sui Ordinis Privilegij prætextu tutus censeatur, quo minus, si deliquerit, ab Ordinario loci, tanquam super hoc à Sede Apostolicâ Delegato, secundum Canonicas Sanctiones, visitari, puniri, & corrigi valeat.

¶ Sess. 7. cap. 7. de Reform. Beneficia curata Monasterijs, &c. perpetuò vnita, & annexa, ab Ordinarijs locorum annis singulis visitentur, qui providere procurent, vt ibi animarum cura laudabiliter exerceatur.

¶ Ibidem cap. 14. In civilibus causis mercedum, & miserabilium personarum, Regulares extrà Monasterium degentes, quomodolibet exempti, etiam si certum Iudicem à Sede Apostolicâ deputatum, in partibus habeant: in alijs verò, si ipsum Iudicem non habuerint, coram locorum Ordinarijs conveniri, & iure medio ad soluendum debitum cogi, & compelli possint. Privilegijs &c. nequaquam valituris.

¶ Sess. 23. cap. 16. de Reform. Nullus Clericus peregrinus si-

ne Commendatitijs sui Ordinarij litteris ab vlllo Episcopo ad diuina celebranda, & sacramenta ministranda admittatur.

¶ Sess. 24. cap. 1. de Reform. Matrimonij. Siquis Parochus Regularis, etiam si id sibi ex Priuilegio, vel in memorabili cōsuetudine licere contendat, alterius Parochiæ Sponsos sine illorum Parochi licentia matrimonio coniungere, aut benedicere ausus fuerit, ipso iure tandiū suspensus maneat, quamdiū ab Ordinario eius Parochi, qui matrimonio inreresse debebat, seu a quo benedictio suscipienda erat, absoluitur.

¶ Sess. eadem, capit. 2. de Reform. Dum præcipit Synodos dioecelanas quotannis celebrari, addit. Ad quas exempti omnes, qui aliàs, cessante exemptione interesse deberent, nec Capitulis generalibus subduntur accedere teneantur.

¶ Et capit. 4. sequenti. Nullus Regularis, etiam in Ecclesijs suorum Ordinum, contradicente Episcopo, prædicare præsumat.

¶ Sessio. 25. capit. 4. de Reform. Regul. Nec liceat Regularibus à suis Conuentibus recedere, etiam prætextu ad Superiores suos accedendi, nisi ab eisdem missi, aut vocati fuerint. Qui verò sine prædicto mandato, in scriptis obtento repertus fuerit, ab Ordinarijs locorum tanquam desertor sui instituti puniatur. Illi autem, qui studiorum caussa ad Vniuersitates mittuntur in Conuentibus tantum habitent, alioquin ab Ordinarijs contra eos procedatur. Et cap. 5. sequenti. Præcipit Episcopis, vt in Monasterijs Sanctimonialium sibi non subiectis, auctoritate Sedis Apostolicæ clausuram, vbi violata fuerit diligenter restitui, & vbi inuiolata est conseruari procurent.

¶ Et cap. 11. sequenti. Regulares curam animarum exercentes, sub sint immediatè in ijs, quæ ad dictam curam, & sacramentorum administrationem pertinent iurisdictioni, visitationi, & correctioni Episcopi. &c. exceptis ijs Monasterijs seu locis, in quibus Abbates, Generales, aut Capita Ordinum fedem Ordinariam principalem habent, atque alijs Monasterijs

## VII. PRIVILEGIUM

seu domibus, in quibus Abbates, aut alij Regularium Superiorum iurisdictionem Episcopalem, & temporalem, in Parochos & Parochianos exercent.

¶ Et capit. 12. sequenti. Censuræ, & Interdicta ab Ordinarijs promulgata, mandante Episcopo à Regularibus in eorum Ecclesijs publicentur, atque seruentur.

¶ Et cap. 14. sequenti. Regularis, qui intra claustra Monasterij degit, & extra ea ita notorie deliquerit, vt populo scandalo sit, Episcopo instante à suo Superiore, intra tempus ab Episcopo præfigendum, seuerè puniatur: ac de punitione Episcopus certio rem faciat, sin minus à suo Superiore officio priuetur, & delinquens ab Episcopo puniri possit.

¶ Cetera suis locis annotabuntur.

## SEPTIMUM PRIVILEGIUM

Eugenij Papæ. IIII. concessum Motu proprio Congregationi Sanctæ Iustinae anno Domini Incarnationis. 1434.

## SUMMARIVM PRIVILEGII.

Amplissima, & perpetua Congregationis exemptio,  
Bona, Nouitij, Vota, Stationes, Hora celebrandi,  
Interdictum, Sepulturæ, Non  
vsus priuilegij.

i Eximuntur motu proprio personæ omnes Congregationis Sanctæ Iustinae, & Monasteria nominatim, loca, bonaq;

naq̄ omnia à iurisdictione cuiuscumq̄ personæ, quocumq̄ prætectu, etiam litterarum Apostolicarum, non facientium de hoc indulto specialem mentionem.

2 Non evocentur Monachi ad quacumq̄ Concilia, seu Congregationes nisi ad suum Capitulum generale.

3 Suscipitur Congregatio sub protectione Apostolicâ, cum annuo censu unciæ auri Camera Apostolicæ persolvendo singulis annis in die Apostolorum. Et c.

4 Contrarium attentantes excommunicantur ipso facto, nisi intra tres dies desistant, Et c.

5 Eximitur congregatio, quo ad personas, et bona à solutione cuiuscumq̄ gabellæ, seu gravaminis, per quamcumq̄ laicam personam seu communitatem impositi.

6 Eximitur Cōgregatio, quo ad personas, et bona à quocumq̄ onere subsidij caritativi, vel gravamine à persona quacumq̄ Ecclesiastica, Et à Sede Apostolicâ imposito.

7 Istis non obstant quævis privilegia secularibus personis, seu alijs ecclesiasticis concessa, sed omnino sit libera Congregatio à solutione similium onerum, nisi in litteris Apostolicis fieret expressa mentio huius indulti, Et congregationis.

8 Eximuntur Monachi à solutione primitiarum, decimarumq̄ de possessionibus, bonis, non alibus, quæ colunt proprijs manibus, vel sumptibus, quibuscumq̄ non obstantibus.

## VII. PRIVILEGIUM

- 9 Bona quaecumq; Congregationis ipsi illibata seruentur, eaq; nullus auferat, detineat, occupet sub excommunicationis sententia ipso facto incurrenda, si facta ei notitia de hoc indulto, infra tres dies non desistit. &c.
- 10 Volentes ingredi Religionem nullus impediatur, molestetur, prohibeat, aut extrahat sub excommunicationis sententia, nisi admoniti desisterint. &c.
- 11 Superiores quicumq; possunt absolueret auctoritate Apostolica eum, qui vult ingredi aliam Religionem (dum tamen illam non fuerit professus) à tali voto. & illum ad Congregationem, & professionem admittere, si tamen postea discedat, absolutio nulla erit.
- 12 Superiores possunt dispensare super omnibus votis eorum, qui sub sua viuunt obedientia, excepto voto Religionis.
- 13 Sicut Religiosi nequeunt electionibus de se factis consentire, absq; licentiâ Superioris, sic nec beneficia ecclesiastica, extra Congregationem impetrare, vel acceptare, absque licentiâ Superioris, sub pœna perpetuae inhabilitatis ad officia, & excommunicationis.
- 14 Visitantes quinq; altaria, aut pauciora, si tot non fuerint in tali loco, & semel Psalm. Miserere mei, ad unumquodq; recitando pro felicitate Ecclesiae, vel si fuerint conuersi ter orationem Dominicam, & Salutationem Angelicam consequuntur indulgentias, quae eo die Romae, Ecclesias stationum visitantibus, conceduntur.
- 15 Sacerdotes in itinere constituti possunt celebrare ante diem

&



- ¶ vsq̄ ad nonam inclusiue.
- 16 Tempore interdicti licet diuina officia submissa voce celebrare, exclusis interdictis, &c.
- 17 Non incurrunt excommunicationem persona Congregationis ex participatione cum excommunicatis, si non sint denunciati, aut vniuersaliter infamati.
- 18 Quisq̄ potest eligere sepulturam in locus Congregationis, si non sit excommunicatus, aut interdictus, siue usurarius publicus, saluo iure Ecclesiarum à quibus corpora assumuntur.
- 19 Neq̄ per actus contrarios, neq̄ per negligentiam, ignorantiam, aut quomodocumq̄ per non usum, praiudicatur huic indulto, sed in suo robore permaneat.
- 20 Libertates, & immunitates aliàs concessæ Congregationi huic indulto non obstantes, confirmantur.
- 21 Præuilegijs, gratijs, & indultis uni Monasterio concessis reliqua Monasteria inuicem uti, & gaudere possunt, prout eis expedit.
- 22 Litteræ Apostolica, etiam motu proprio, his non deroget, nisi in eis fiat specialis mentio huius indulti, & Congregationis & causa redderetur, &c.



EUGENIUS Episcopus seruus seruorum Dei  
 id perpetuam rei memoriam. Et si ex debito ministerij Pastoralis quibuslibet personis regularem vitam professis nos deceat esse in suis opportunitatibus, & commodis fauorabiles, & benignos, Congregationem tamen Monachorum vnitatis, alias de obseruantia Sanctæ Iulianæ nuncupatam Ordinis Sancti Benedicti ob  
 lauda

## VII. PRIVILEGIUM.

Laudabilis vitæ merita, & virtutum incrementa, tamquam novellam plantationem à nonnullis annis citra in præfato ordine renascentem: ad cuius incrementum, & bonum regimen, etiam dum in minoribus constituti eramus, impendimus operam, & operam efficacem, nunc ad apicem summi Apostolatus assumpti propensiori caritate complectimur, quo pretiosiores, atque vberiores fructus, per eorum labores, & operam diligentem conspiciamus in populum Domini provenire. Cupientes igitur ut ipsi quoque quietiori animo valeant reddere Altissimo vota sua, ac pro salute fidelium exorare, quo fuerint amplioribus per Sedem Apostolicam Privilegijs, Indulgentijs, & gratijs communiti, Motu proprio, non ad ipsorum Monachorum, aut alicuius alterius super hoc nobis oblata petitionis instantiam, sed de nostrâ merâ liberalitate, dilectos filios Congregationem præfata, eiusque Præsidentem, Visitatores, Abbates, Priores, Rectores, Monachos, Conuersos, Commissos, Nuntios, ac eorum Capellanos, qui pro tempore fuerint etiam curam habentes animarum, & personas quolibet, quæ nunc sunt in præfata Congregatione, & in futurum pro tempore erunt, ac etiam Monasteria, Prioratus, & Loca ipsius Congregationis, quæ proprijs vocabulis duximus exprimenda: Videlicet Monasterium Sanctæ Iustine Paduan. unde ipsa Congregatio sumpsit exordium, Monasterium Sancti Pauli extra muros Urbis, cum Capellâ Sancti Clementis Tiburtineñ. sibi annexâ, Monasterium Sancti Georgij maioris de Venetijs Castellaneñ. diocesis, Monasterium Sancti Benedicti de Padolirone Mantuaneñ. diocesis, Monasterium Sancti Sixti Placentineñ. Monasterium Sancti Petri de Rosatio Aquilegineñ. diocesis, Monasterium sanctorum Naboris & Felicis Bononieñ. cum Capellâ Sanctæ Mariæ in mote prope Bononiam sibi annexâ, Monasterium Sanctorum Viti & Modesti de Caluena Veroneñ. diocesis, Monasterium Sancti Iuliani de Alepia eiusdem diocesis, Monasterium Sancti

*vide an  
notata  
pr iuile-  
gio supe-  
riori.*

Petri Mutinensis, Monasterium Sanctæ Mariæ in monte prope muros Cessenzæ, Monasterium Sancti Seuerini Neapolitanum. Monasterium Sancti Angeli Caietanum. cum Capella Sancti Theodori etiam Caietanum. sibi annexa Prioratum sancti Nicolai in Eoboschete Iamien. diocesis, Prioratum Sancti Fortunati prope Bassanum Vicenensium. diocesis, ac omnia, & singula alia Monasteria, Prioratus, & loca, quæ, & quos Congregationi prædictæ in futurum quancumque vniri, vel incorporari, seu subijci, vel aggregari contigerit, nec non omnia, & singula dictorum Monasteriorum, Prioratum, & locorum, vt præmittitur præsentium, & futurorum Ecclesias, Capellas, etiam si ipsius cura animarum immincat, Oratoria manualia, Membra, Castra, Fortalicia, ædificia, Villas, Grangias, vineas, oliueta, hortos, syluas, nemora, prata, pascua, piscationes, molendina, aquas, aquarum decursus, iura, iurisdictiones, prædia, possessiones, quasi bet, & bona quæcumque, quæ omnia supradicta in præsentibus sunt, & in futurum erunt dictæ Congregationis, & quæ omnia, & singula per eorum vocabula, & fines, valores, quantitates, qualitates, hic haberi volumus pro sufficenter expressis, à quorumcumque Legatorum, Delegatorum, & Subdelegatorum, nec non Nuntiorum Apostolicæ Sedis, ac Vicariorum, Rectorum, & quorumuis officialium Romanæ Ecclesiæ, ac etiam Patriarcharum, Archiepiscoporum, Episcoporum, Electorum, Administratorum, & aliorum quorumcumque iudicum ordinariorum, quouis nomine, & potestate fungantur, locorum Ordinariorum, eorumque ditione, auctoritate, potestate, dominio, visitatione, reformatione, & correctione: ita quod in Congregationem, vel eius singulares personas, in Monasteria, Prioratus, loca, & personas in eis degentes ratione delicti excessus, seu contractus vbiicumque iniatur contractus, seu delictum committatur, aut sit res ipsa de qua agitur, excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aut alias quasuis sententias nisi de speciali commissione Sedis Apostolicæ,

*vide an  
notata -  
priuile-  
gio su-  
periori.*

*vide a.  
notata  
supra.*

VII. PRIVILEGIUM.

& de indulto huiusmodi, ac Congregatione præfata mentione expressam faciētē quomodolibet ferre seu promulgare possint. Decernentes ex nunc, quidquid in contrarium actum fuerit irritum, & inane, nulliusque fore roboris, vel momenti, & à

2 Prouincialibus, Synodalibus, vel alterius cuiuscumque Congregationis, nisi ad ipsius Congregationis Capitulum generale celebrandum, iuxta eorum statuta, & ordinationes euocatione, de specialis dono gratiæ auctoritate Apostolicâ tenore præsentium, prorsus eximimus, ac totaliter liberamus, illaque omnia,

3 & ipsorum quodlibet in ius, & proprietatem Beati Petri, & Sedis eiusdem, ac sub eorum protectione specialiter suscipimus, & nostra, retento nobis, & Ecclesiæ Romanæ annuo censu, in festo Beatorum Petri, & Pauli annis singulis, nobis & Camere Apostolicæ persoluendo auri vnciæ vnus, in signum perpetuæ libertatis. Quodque si huiusmodi Legati, aut Ordinarij, seu

4 personæ supradictæ contra prædicta, vel aliquorum prædictorum aliquid non solum facere, sed attentare quomodolibet præsumperint, & requisiti per ipsius Congregationis Prælatos, aut Monachos, seu per notificationem præsentis priuilegij, vt desistant, & id facere neglexerint infra tres dies à die requisitionis, siue notiæ, vt præfertur, eo casu, eo ipso facto sententiam excommunicationis incurrunt, & nihilominus, quod aliàs actum est, eo ipso sit irritum & inane nulliusque efficaciam, roboris,

5 vel momenti. Et ne quâdoque in posterum Reges, Principes, Barones, Milites, Nobiles, Laicales personæ, aut communitates, Vniuersitates, Magistratus, & Officiales ciuitatum, terrarum, castrorum, & diocesum diuersarum, Monasterijs, Prioratibus, Locis, Capellis, Ecclesijs manualibus, Grâgij, Castris Possessionibus ac Bonis, nec non Prælati, & Monachi ipsius Congregationis, gabellas, tallias, datia, collectas, impositas onera, & alia varia & diuersa grauamina inferre, indicere, & imponere præsumant Nos volentes Monasterijs, ac Locis, Bonis, & personis huiusmodi de remedio opportuno providere, omnibus, & singulis

gulis Delegatis, Subdelegatis, & Nuntijs Apostolicis, Patriar-  
 chis, Archiepiscopis, Episcopis, ac Rectoribus Vniuersis præ-  
 sentibus, & futuris, in quorum diocesi sunt, & erunt in futu-  
 rum Loca, & Personæ huiusmodi per Apostolica scripta teno-  
 re præsentium committimus, & mandamus quatenus præfata  
 6 Loca, ac etiam personas in eis degentium, & eorum Bona, tallijs,  
 collectis, impositionibus gabellarum, subsidijs, etiã caritatiuis,  
 aut quibusuis alijs oneribus realibus, vel personalibus, seu mix-  
 tis, etiam per eandem Sedem indictis, concessis, seu datis, aut  
 permissis seu indicendis, aut cõcedendis de cetero grauare quo-  
 quomodo minime permittant, contradictores per censuram  
 ecclesiasticam, & alia iuris remedia appellatione postpositã cõ-  
 pescendo. Non obstantibus, si dictis secularibus, vel quibuslibet  
 alijs personis communiter, vel diuisim, ab eadem sit Sede  
 indultum, quod illa imponere possint, seu exigere valeãt, etiã  
 ab exemptis per se, vel alios quoquomodo, aut quod interdici,  
 suspẽdi, vel excõmunicari, seu vltra, vel extra certa loca ad iudi-  
 cium vocari non possint, per litteras Apostolicas, non faciẽtes  
 plenã, & expressam de verbo ad verbũ, ac de indulto huiusmo-  
 di, ex certã sciẽtiã, ac ipsa Cõgregatione specialẽ mentionẽ. De-  
 cernentes nihilominus, ac per præsentis ex nunc inhibentes  
 onera, gabellas, & alia grauamina supra dicta nullo modo fieri,  
 imponi, indici, aut impositas, seu indictas exigi posse dictis, vel  
 à dictis Personis, Monasterijs, Locis, Bonis, & rebus Congrega-  
 tionis huiusmodi præsentibus, & futuris. Insuper vt liberius &  
 commodius necessitatibus suis prouidere, ac hospitalitati, &  
 pauperum subuentioni vacare possint volumus, & decerni-  
 mus, Monasteria, Prioratus, & Loca manualia, Grangias, Posses-  
 siones, & Bona, quæ in præsentis sunt ipsius Congregationis, &  
 erunt in futurum, ac Prælatos, Monachos, & Personas præfatas  
 ab omni impositione, exactione, quorumcumque Legatorũ,  
 etiam à Latere, Subdelegatorum, Nũtiorum Apostolicorum,  
 Ordinariorum, Diocesanorum, seu alterius cuiuscumque etiã

## VII. PRIVILEGIUM

Apostolicâ seu quavis auctoritate tam impositorum, quàm im-  
 ponendorum, per litteras Apostolicas, non facientes plenam  
 & expressam, ac de verbo ad verbum de huiusmodi indulto, ac  
 Congregatione ipsâ mentionem specialé, nec nô à solutione ca-  
 ritativi, vel alterius cuiuscumque subsidij, & impositionis, co-  
 llectæ, vel alterius cuiuscumque exactiois, & oneris realis, per-  
 sonalis, vel mixti de cetero profus exemptos, liberos, & immu-  
 nes, tã vt cogi, vel inquietari per dictas Personas, aut alias qual-  
 cumque, pro huiusmodi oneribus, & impositionibus, grauamini-  
 bus, exactioibus, & solutionibus minime possint, & debeât.  
 \* 8 Ceterû de possessionibus, ac noualibus, & alijs bonis vbilibet  
 constitutis Monasteriorû, Prioratû, Bonorû prædictorû, quæ  
 proprijs manibus, aut sumptibus Præfati Prælati, Monachi, &  
 Personæ colunt, aut in futurum coler, de quibus aliquis hacte-  
 nus non percipit, siue de hortis, virgultis, piscationibus eorû-  
 dem, vel nutrimentis animalium ipsorum nullus ab ipsis, vel  
 ab alijs pro eis decimas, vel primitias, etiam de ijs, quæ sunt pro  
 victu, & vestitu, ac incolëtibus pro vsu Monachorû, & locorû  
 necessaria, atq; personarum de gentium pro tempore in eis exi-  
 gere, vel extorquere præsumant, nec illas aliquibus soluere te-  
 neantur, seu ad id à quo quam compelli possint inuiti, genera-  
 lis Concilij, & quibuscumque alijs Apostolicis, vel Prouincia-  
 libus, vel Synodalibus cõstitutionibus in contrarium non ob-  
 stantibus. Decernentes ex nunc irrituo, & inanes quoscumque  
 processus, & sententias, etiam interdicti, quos, vel quas contra  
 inhibitiones nostras huiusmodi per quemuis, aut quavis auctori-  
 tate fieri contigerit, seu quomodolibet promulgari, Præterea  
 \* 9 quascumque Possessiones, Bona, Iura, & Iurisdictiones ad ipsa  
 Monasteria, loca Ecclesias, Capellas, Orotoria, & Hospitalia  
 tam præsentia, quàm futura ipsius Congregationis in quibus-  
 cumque mundi partibus constituta, quorum nomina, & co-  
 gnomina habentes pro sufficienter expressis, quæ in præsen-  
 tiarum iustè, & Canonice possident, seu in futurum concessio

nē Pontificam, largitione Regum, vel Principum, oblatione  
 fidelium, vel alijs iustis modis præstante Domino poterunt  
 adipisci hæc ipsis Monasterijs, Locis, Ecclesijs, Capellis,  
 Oratorijs, seu Hospitalibus præsentibus, & futuris firma, rata,  
 & illibata seruentur, Decernentes vt nulli Omnino hominum  
 liceat præfata Monasteria, siue loca, vt præfertur, Res,  
 vel Bona, mobilia siue immobilia, possessiones, domos  
 molendina, aquas, piscarias, iura, seu iurisdictiones tenere,  
 perturbare, aut illa, vel eorum quodlibet auferre, vel ablatam  
 retinere, occupare, seu quibuslibet vexationibus fatigare,  
 quod si aliqua Ecclesiastica, secularis ve persona cuiuscumque  
 gradus vel conditionis existat, etiam si Pontificali dignitate  
 præfulgeat, hoc nostræ exemptionis, liberationis, decreti, concessionis,  
 defensionis, conseruationis, & libertatis indultum contrauenire,  
 dicta bona iura, iurisdictiones, exemptiones, & indulta, vel aliquod  
 eorum violando, occupando, turbando diminuendo, seu indebitè  
 fatigare præsumperit, nisi, factâ ei notitiâ de huiusmodi nostro  
 indulto, infra tres dies se correxerit, aut debitam cautionem de  
 satisfaciendo præstiterit, excommunicationis sententiam ipso facto  
 incurrat, à quâ nisi dictâ satisfactione præstitâ, præterquam in  
 articulo mortis, & tunc de satisfaciendo per se, si superuixerit,  
 aut per suos heredes, vel successores debitâ præstitâ cautione,  
 ne queat absolutionis beneficiû obtinere, Prohibemus in super,  
 ne personas, quæ de iure cõmuni Religionem ingredi non prohibentur,  
 & à seculo fugientes, & ad cõuersationē huiusmodi Cõgregationis  
 venire cupiētes, quicūq; cuius piâ status, gradus, aut cõditionis  
 existant yerberibus, minis, violentijs quibuscūq; impedire, vel  
 prohibere audeât, vel præsumât, aut à Monasterijs ipsius  
 Congregationis præsentibus, & futuris iniuriâ aliquâ ingredi  
 volentibus, aut recipiētibus irrogâdo, seu eos molestâdo huiusmodi  
 personas euellere, aut extrahere, contra facientes vero ipso facto  
 sententiam

VII. PRIVILEGIUM

excommunicationis incurrant, dum tamen cum hoc præfens  
 statutum fuerit eis ad notitiam deductum, nõ destiterint à præ  
 11 mitis. Liceat in super præfatis Præsidenti, Visitatoribus, Abba  
 tibus, Prioribus, & Rectoribus præfatæ Congregationis præ  
 sentibus, & futuris, personas volentes earum Congregationi so  
 ciari, quæ Religionem, vel Ordinem quemcumque alium in  
 gredi vouissent, tali voto non obstante recipere, easque ab ipso  
 voto absoluerè auctoritate Apostolicâ, atque ad professionem  
 recipere, dum modo in tali Religione seu Ordine, de quo vo  
 uissent professionem non emiserint: quod si tamen post pro  
 fessione emissam ab ipsa recesserint Congregatione, huius  
 12 modi absolutio nullius sit roboris, vel momenti. Nec non  
 quod præfati Præsidents, Visitatores, Abbates, Priores, & Recto  
 res cum Commissis, quâdiu in Monasterijs suis, aut sub obedi  
 tiâ eorum vixerint super omnibus votis, excepto dûtaxat vo  
 13 to Religionis, eadem auctoritate valeant dispensare. Præterea  
 vt omnis materia instabilitatis, ambitionis, & scandali de me  
 dio dictæ Congregationis tollatur, volumus, & ordinamus, ac  
 etiam in virtute sanctæ obedientiæ, & maledictionis æternæ  
 inhibemus, ne sicut Religiosi electionibus de se factis, absque  
 sui Superioris obtentâ licentiâ speciali non valent iuri commu  
 ni quomodolibet consentire, sic dictæ Congregationis Mona  
 chi præfentes, & futuri, etiam si in dictâ Congregatione officia  
 regiminis vniuersalis, aut alterius Monasterij, sub vocabulò  
 Abbatis, Prioris, siue alio secundum eorum priuilegia, vel sta  
 14 tuta aliquod beneficium ecclesiasticum extra dictam Congre  
 gationem per se, vel alium impetrare, aut ipsum quamuis obla  
 15 tum acceptare, absque speciali licentiâ Capituli dictæ Cõgre  
 gationis, vel Præsidentis cum maiori parte eius Consulto: nõ  
 16 quod si secus quivis facere præsumperit, eo ipso facto careat  
 17 impetratis, & ecclesiastica beneficia, specialiter ad illud, cui abs  
 18 que speciali, & obtentâ licentiâ, vt præfertur consenserit, aut  
 19 procurauerit promoueri, perpetuò sit inhabilis, & si cõtra Su  
 perio-



- periorum suorum inhibitionem contedere præsumpserit, si monitus infra tres dies nõ quiverit, excommunicationis sententiam ipso facto incurrat, à qua nisi facta debita satisfactione absolui non possit. Præterea ipsis Præudenti, Visitatoribus, Abbatibus, Prioribus, Rectoribus, Monachis, Conuersis, Commissis, & Nouitijs, qui pro tempore fuerint indulgemus per præsentem, quod si diebus illis, quibus habetur accessus ad Stationes Ecclesiarum in Vrbe pro indulgètijs, si quinque altaria propria sui loci, aut pauciora, si tot non habuerint visitauerint, semelque Miserere mei Deus pro singulo altari, pro felicitate sanctæ matris Ecclesiæ dixerint, si mille, seu tantam indulgentiam, qualem & quantam, ij qui in Vrbe dictas Ecclesias Urbis in die Stationum visitant, consequantur: si vero ipsis contingat propter obedientiam, aut propter alias causas pro bono ipsius Congregationis exire propria Monasteria, & vbi cum que commodius potuerint dicta altaria, in quacumque Ecclesiâ, dicens semel Miserere mei Deus pro quolibet altari, vt præmittitur visitauerint, Cõuersi autè siue Commissi, aut alij nescientes Miserere, si dicta altaria visitantester Pater noster, Aue Maria totidem, pro quolibet altari, dixerint, eandem etiam indulgentiam consequantur. Quodque huiusmodi Congregationis sacerdotes in itinere cõtupati, autè aliàs ad hoc causa subsistète, ante diem, & vsque ad nonam inclusiue celebrare valeant, tenore præsentium duximus concedendum. Præterea cum generale terræ fuerit inter dictam, licet præfatæ Congregationis personis in Monasterijs eiusdem Congregationis exclusiue inter dictis, & voce summissi diuina officia celebrare. Quodque vt animarum eorum saluti prouid eatur Præfati Monachi, & Personæ dictæ Congregationis quocumque in nomine censeantur, propter participationem, etiam in diuinis cum excommunicatis à iure, vel statutis Ordinariorum, nullam excommunicationis, aut peccati maculam incurrant, nisi ipsi excommunicati essent specialiter denunciati, aut de excommunicatione

## VII. PRIVILEGIUM

18 tione ipsa vniuersaliter infamati, eadem auctoritate conce-  
 dimus. Sepulturam quoque in Monasterijs, & locis præfa-  
 tæ Congregationis præsentibus, & futuris liberam esse volu-  
 mus, & eorum deuotioni, & liberæ voluntati, qui se illic se-  
 peliri deliberauerint, nisi fortè excommunicati, vel interdi-  
 cti sint, aut etiam publici vsurarij nullus obsistat: saluo ta-  
 19 men iure illarum Ecclesiarum à quibus corpora assumun-  
 tur. Adijcetes etiam, quod si quandoque contigerit per ali-  
 quem aut plures actus contra huiusmodi decreta, priuilegia,  
 & ordinationes, aut ipsorum aliquod à quocūq; cuiuscūq; cōdi-  
 tionis, gradus, & status existat ex negligentiâ vel ignorantiâ præ-  
 sentiū, & futurorum, quibus hæc concedantur, aut aliâ quauis  
 causâ, propter quam fuerit aliter attentatum, vel pro tempore  
 seruatum ignoranter, vel scienter, nullum tamen præiudicium  
 20 decretis huiusmodi volumus generari, sed in suo remanent  
 vigore ac robore. Præterea omnes libertates, immunitates, à præ-  
 decessoribus nostris Romanis Pontificibus, & alijs Legatis seu  
 Nuntijs Apostolicis, Archiepiscopis, seu Episcopis, Monasterijs,  
 & Locis præfatis concessas libertates, exemptiones secularium  
 exactionum, à Regibus, & Principibus, vel alijs Christi fide-  
 libus rationabiliter præfatis locis præsentibus, & futuris indul-  
 21 tas, quatenus huiusmodi nostris nõ obuient institutis, auctori-  
 tate Apostolicâ confirmamus. Quodque omnibus, & singu-  
 lis priuilegijs, gratijs, & indultis, quæ cuilibet dictæ Congre-  
 gationis Monasterio, seu loco, ex præsentibus, & futuris con-  
 cessa fuerint hactenus, & concedentur in futurum ipsius Con-  
 gregationis alijs Monasteria, & loca præsentia, & futura, quibus  
 huiusmodi priuilegia concessa non fuerint, in quantum eis ex-  
 pediat, inuicem uti valeant, & gaudere, ac si nominatim sin-  
 22 gulis ipsis Monasterijs prius forent huiusmodi priuilegia con-  
 cessa, auctoritate præfatâ concedimus, & indulgemus. Præterea cum plerumque contingat præ nimiam importunitate pe-  
 tentium, à negotiorum suppressione veritatis Summos Ponti-  
 fices

fices fatigatos, aut circumuentos, ea concedere, quibus aliàs nullatenus annuerent, auctoritate præsentium statuimus, discernimus, & ordinamus, quod quæcumque litteræ Apostolicæ, etiam proprio motu confectæ, aut in futurum confi-ciendæ, quæ obuient, vel contra faciant huic præsentii priuilegio, aut cuiuslibet eius particulæ, nisi appareat euidentissimè & apertissimè quod Summus Pontifex, qui pro tempore fuerit huic indulto, vel alicui eius parti velit derogari, per litteras Apostolicas facientes specialem mentionem de verbo ad verbum, ex certâ scientiâ de huiusmodi priuilegio, ac ipsa Congregatione diuersis nominibus eandem nominando per hæc prætenfa vocabula, videlicet Congregationem vnitatis, aliàs de obseruantia Sanctæ Iustinae, nuncupatam, causasque legitimas allegauerit cur ijs obuiare intendat decretis, nullius sit roboris, vel momenti. Non obstantibus in Constantien. & alijs Concilijs à felic. recordationis Innocentio Quarto, Martino Quinto, & alijs Summis Pontificibus prædecessoribus nostris editis constitutionibus, & ordinationibus, etiam si de illis specialis, & expressa, ac de verbo ad verbum præsentibus mentio habenda esset, quibus quoad præmissa specialiter derogamus, nec non Monasteriorum, & Ordinum prædictorum iuramento, confirmatione Apostolicâ, vel quacumque firmitate alia roboratis, statutis, consuetudinibus, ceterisque in contrarium facien. quibuscumque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ exemptionis, liberationis, susceptionis, commissionis, mandati, inhibitionis, voluntatis, constitutionis, præhibitionis, concessionis, adiectionis, confirmationis, statuti, ordinationis, & derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumperit indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursum.

Datis Florentiæ, anno Incarnationis Dominicæ

## VIII. PRIVILEGIUM

Millesimo Quadringentesimo Tricesimo Quarto, septimo  
Kalendas Martij, Pontificatus nostri anno quarto.

## OCTAVUM PRIVILEGIUM.

Eugenij Papæ. IIII. concessum Congregationi San-  
ctæ Iustinæ, anno Incarnationis Domi-  
nicæ. 1434.

## SUMMARIVM PRIVILEGII.

Processiones, Funeralia, Vagi, Fugitivi, Extra Religio-  
nem commorantes.

1. *Monachi non tenentur ire ad Processiones seu Funer-  
alia nisi de speciali Papæ mandato.*
2. *Monachi Vagi, Fugitivi, inobedientes, & qui sine li-  
centia ad alia Monasteria transferint, & qui commo-  
rantur ubicumq; extra Religionem, per censuram Ec-  
clesiasticam, & iuris remedia, & auxilium, si oppor-  
tuerit brachij secularis à Superioribus sunt redu-  
cendi.*

**E**UGENIVS Episcopus servus servorum Dei.  
Dilectis filijs Congregationi Unitatis Sanctæ Iu-  
stinæ, Ordinis Sancti Benedicti, salutem & Apo-  
stolicam benedictionem. Sacræ Religionis zelus,  
sub qua tedulo præbetis Alusimo famulatum, nec non fama  
bonæ conversationis, & vitæ, quibus vestra Religio palam a-  
pud

pud Christi fideles in odorem suavitatis diffunditur nos indu-  
 cunt, ut ea, quæ ad quietem, & bonum regimen vestrum perti-  
 nere noscuntur, vobis fauorabiliter cõcedamus: hinc est quod  
 nos vestris supplicationibus inclinati, vos, & vestrum cui libet  
 ut ad eundem ad Processiones publicas, seu funeralia ordina-  
 riâ, vel aliâ auctoritate quacumque, præterquam de speciali Se-  
 dis Apostolicæ mādato cogi, seu compelli inuiti minimè pos-  
 sitis, quodque etiam huiusmodi Congregationis Præsidentes,  
 Visitatores, Abbates, Priores, aut alij ab eisdem ab hoc depura-  
 ti pro tempore existentes, omnes, & singulos Monachos vestre  
 Congregationis vagos, & fugitivos, aut suis Superioribus, ino-  
 bedientes, & rebelles, & qui habitâ licentiâ conditionem eis  
 impositam non impleuerint, aut lapsa licentiæ termino ad pro-  
 pria Monasteria non redierint, siue qui suorum Superiorû man-  
 datis non paruerint, vel ad alia loca, seu Monasteria absque spe-  
 ciali priuilegio litterarum Apostolicarum, aut Abbatum, seu  
 Priorum suorum licentiâ se transtulerint, vel aliquorû, in qua-  
 cumque dignitate etiam Cardinalatus constitutorum seruitijs  
 in Romanâ Curiâ, vel extrâ absque litteris Apostolicæ Sedis  
 dederint, seu ab eis litteras familiaritatis, aut capellanatus obti-  
 nuerint, capere, detinere, & incarcerare, seu capi, & incarcerari,  
 facere, & mandare, ac eos per censuram Ecclesiasticam, & alia  
 iuris remedia, appellatione postpositâ ad debitam, & solitam  
 obedientiam compellere valeant, inuocato etiam ad hoc, si o-  
 pus fuerit auxilio brachij secularis, auctoritate Apostolicâ cõ-  
 cedimus per præsentis, constitutionibus, & ordinationibus, ac  
 litteris Apostolicis, nisi de huiusmodi indulto, ac præfatâ Con-  
 gregatione per easdem litteras fieret de verbo ad verbum spe-  
 cialis mentio, statutis etiam, & cõsuetudinibus ipsius Ordinis,  
 & alijs in contrarium editis non obstantibus quibuscumque.  
 Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ cõ-  
 celsionis infringere, vel ei ausu temerario contraire: Siquis au-  
 tem hoc attentare præsumpserit indignationem omnipoten-

**IX. PRIVILEGIUM**  
tis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incurfurum. Datis Florétia anno Incarnationis Dominicæ Millesimo Quadringentesimo Tricesimo Quarto, quarto Kalendas Nouembris, Pontificatus nostri anno quarto.

**NONVM PRIVILEGIUM.**  
Eugenij Papæ. IIII. Congregationi Sanctæ Iustinæ concessum, anno Incarnationis Dominicæ. 1436.

**SVMMARIVM PRIVILEGII.**

Ordines, Absolutio, Stationes, Hora celebrandi, Interdictum, Vota, Excommunicatio, secularium Confessores, Mulieres ingredienti septa Monasterij, Dispensatio in votis, Abbatum insignia, Illegitimi, Excommunicatio per participationem, Electio sepulturæ, Non vsus Priuilegij.

- 1 *Monachi ordinentur nullo præiudicio examine à quocumq; Episcopo catholico, & illum ad Monasteria, & loca Congregationis aduocare possunt, qui ibi absq; aliâ Diæcesani licentiâ exercere potest omnia Pontificalia.*
- 2 *Monachi, Nouitij, Conuersi in mortis articulo semel gaudent plenâ remissione peccatorum, de quibus cor-*

de contriti, & ore fuerint Confessoribus idoneis confessi, exceptis ijs quæ ex confidentiâ huius remissionis commiserint dummodo per annum semel singulis hebdomadis septem Psalmos Pœnitentiales cum Litanijs, vel si fuerint Conuersi, vel aliàs, hoc commode nequeant facere eorum loco quinquagesies Pater noster & totidem Aue Maria recitauerint intentione consequendi hanc indulgentiam.

3. Personæ Congregationis visitantes quinque altaria, vel pauciora si tot non extiterint, etiam in itinere constituti recitando semel Misere mei Deus pro quolibet altari, vel Conuersi, & Misere mei nescientes ter Pater noster, & totidem Aue Maria, consequentur indulgentias, quæ illa die Urbis Ecclesijs conceduntur.
4. Itineris vel alia iustâ de causâ possunt Monachi ante diem, & usque ad Nonam inclusiuè celebrare.
5. Persona Monasteriorum, etiam laici intra septa eorum degentes, tempore interdicti possunt summissâ voce officia diuina, & Missas celebrare, & audire, Sacramenta recipere, & administrare.
6. Superiores possunt absoluere vota, & in illis dispensare eorum, qui ingrediuntur Religionem, dummodo aliàs non sint professi.
7. Superiores possunt dispensare in quibusuis votis, excepto voto Religionis.
8. Ingresses Religionem à quocumque vinculo excois possunt

**IX. PRIVILEGIUM**

- possunt absolui à Superioribus imposità restitutione possibili, & pœnitentiâ salutari, dummodo usq; ad professionem inclusivè perseverent.
- 9 Monachi à suis Superioribus expositi, possunt audire confessiones secularium, administrare Ecclesias, absolvere à casibus reservatis Episcopo, vota commutare, à sententijs suspensionis, interdicti, & alijs Ecclesiasticis censuris absolvere.
- 10 Mulieres intrantes septa Monasterij, & earum receptores, si voluntariè fiat, excommunicantur.
- 11 Superiores de licentiâ Capituli generalis, seu Generalis, & maioris partis Visitatorum possunt dispensare cum subditis, & eis illam licentiam concedere in casibus, in quibus dispensaret Ordinarius, si exempti non essent.
- 12 Abbates, etiam si munus benedictionis non accipiant, regere possunt loca Congregationis, insignia deferre, paramenta Ecclesiastica benedicere.
- 13 Illegitimi, si laudabiliter conuersentur, possunt ordinari, & assumi ad Officia, Prælationes, Dignitates, & Honores iuxta constitutiones Congregationis.
- 14 Persona Congregationis non incurrunt excommunicationem per participationem cum excommunicatis, si non sint specialiter denunciati.
- 15 Quilibet potest eligere sepulturam in locis Congregationis, dummodo non sit excommunicatus, interdictus, aut publicus usurarius.



Per contrarios actus, ignorantiam, non observantiam,  
 seu non usum Privilegiorum, Indultorum, Gratia-  
 rum, Immunitatum Congregationis, non amittantur  
 neq̄ illis præiudicatur.



EUGENIUS Episcopus servus servorum Dei ad  
 perpetuam rei memoriam. Et si quaslibet personas se-  
 culi desiderijs abdicatis omnium conditori Domino  
 sub Regulari observantia famulantes, Apostolicis  
 favoribus, & præsidijs ex iniuncto nobis desuper  
 Apostolicæ servitutis officio confouere teneamur: laudabi-  
 lem tamen Deoque & hominibus acceptam Congregationem  
 Monachorum de observantia Sanctæ Iulianæ Ordinis Sancti  
 Benedicti nobis, & Romanæ Ecclesiæ immediatè subiectam  
 propensioribus privilegijs, & gratijs prosequi satagimus, & eis  
 dem potiores curas, & sollicitudines assiduis studijs adhibem⁹.  
 Sanè cum plerumque contingat præfatos Monachos Ordina-  
 tionum suscipiendarum causa extra Monasteria vagare, atque  
 in plurimorum tumultu cum alijs secularibus Ordines recipe-  
 re, ex quo eorum devotio perturbatur & quies, volumus ac au-  
 ctoritate Apostolicâ ex certâ scientiâ statuimus, & decernimus,  
 quatenus ipsius Congregationis Monachi præsentis, & futu-  
 ri, omnes etiam sacros Ordines, ad quos per eorum Superiores  
 præsentati fuerint à quocumque maluerint catholico Antisti-  
 te, gratiam, & communionem Apostolicæ Sedis habente, *Vide post*  
 statutis à iure temporibus, absque aliquo dictorum Monacho *finem pri-*  
 rum examine recipere valeant, atque huiusmodi Antistites in *ui legij.*  
 dictæ Congregationis Monasterijs, & Locis dumtaxat a loco  
 re, quibus liceat Apostolicâ auctoritate, absque aliâ licentiâ, &  
 contradictione diocesani, nullâ ut præfertur examinatione  
 præmissâ Monachos ordinare, Missas celebrare, Ecclesias, alta-  
 ria, & vasa consecrare, vestes benedicere, & alia Pontificalia  
 exer-

## IX. PRIVILEGIUM

2 exercere nec propterea volumus Diocesatum Loci iuris sui,  
 præiudicium incurrere. Porro vt Abbatum, Priorum, Mona-  
 chorum, Conuersorum, Commissorum, & Nouitiorum, præ-  
 sentium, & futurorum Cögregationis huiusmodi deuotio am-  
 plius propagetur, & eorum animarum saluti fructuosius con-  
 sulatur, vt Confessores idonei, quos præfati Monachi de suorum  
 voluntate Superiorum, aut ipsi Superiores prohibito elegerint,  
 omnium peccatorum suorum, de quibus corde contriti, & ore  
 confessi fuerint plenam semel tantum in mortis articulo re-  
 missionem eis, qui in sinceritate fidei, vnitæ sanctæ Romanæ  
 Ecclesiæ, ac obedientiæ, & deuotione nostrâ, vel successorum  
 nostrorum Romanorum Pontificum canonicè intratium per-  
 sistentibus, auctoritate Apostolicâ concedere valeant, ipso-  
 rum Monachorum deuotioni indulgemus: si tamen, quod ipsi  
 Confessores, de ijs, de quibus fuerit satisfactio impendenda, il-  
 lam præfate Congregationis personis, prout illas contigerit,  
 per se, vel alios sicuti congruerit faciendam iniungant, quam  
 ipsæ facere, iuxta earum possibilitatem teneantur: Et ne, quod  
 absit, aliquæ ex præfatis personis propterea procliuiores red-  
 dantur ad illicita in posterum committenda, volumus, quod  
 si ex confidentiâ remissionis huiusmodi aliqua forsam com-  
 miserint, quoad illa eis prædicta remissio nullatenus suffra-  
 getur. Quodque singuli ex præfatis Monachis clericis, quam  
 primum concessione absolutionis huiusmodi gaudere volue-  
 rint, septem Psalmos Poenitentiales cum Litanijs, & orationi-  
 bus consuetis, Conuersi verò, & Commissi, aut qui præfatos  
 Psalmos dicere commodè non potuerint quinquagesies Pa-  
 ter noster, & totidem Aue Maria singulis hebdomadis ad di-  
 cendum inchoare debeant, ac iuxta huiusmodi impositionem  
 legitimo cessante impedimento, per annum integrum, etiam  
 si totidem plus minusue ex aliâ quauis causâ eos dixisse, aut di-  
 cere oportere contingeret nihilominus dicere, & complere

3 teneantur: cessante vero prædicto impedimento, quam pri-  
 mum commodè poterunt impositionem huiusmodi resi-  
 cereteneantur. Præterea ipsis Præsidenti, Visitatoribus, Ab-  
 batibus, Prioribus, Rectoribus, Monachis, Conuersis, Commis-  
 sis, & Nouitijs, qui pro tempore fuerint indulgemus per præ-  
 sentes, quod si diebus illis, quibus habetur accessus ad Stationes  
 Ecclesiarum in Vrbe pro indulgentijs, si quinque altaria sui lo-  
 ci, aut pauciora, si tot non habuerint visitaerint, semelque  
 Miserere mei Deus pro singulo altari pro felici statu San-  
 ctæ Romanæ Ecclesiæ dixerint, similem, seu tantam indul-  
 gentiam, qualem, & quantam ij, qui dictas Ecclesias Urbis in  
 die Stationum visitant, consequi solent, consequantur. Si  
 vero ipsos contingat propter obedientiam, aut alias caussas  
 pro bono ipsius Congregationis exire propria Monasteria,  
 & ubicumque commodius potuerint, totidem altaria in qua-  
 cumque Ecclesiâ dicendo semel Miserere mei Deus pro quo-  
 libet altari, vt præmittitur visitaerint, aut Conuersi, seu  
 Commissi, aut alij, nescientes Miserere mei, si dicta alta-  
 ria visitantes ter Pater noster, & totidem Aue Maria pro  
 quolibet altari dixerint, eisdem etiam indulgentias conse-  
 4 quantur. Quodque huiusmodi Congregationis sacerdotes  
 in itinere constituti, aut alias ad hoc causâ subsistente, an-  
 te diem, & vsque ad Nonam inclusiue celebrare valeant,  
 5 tenore presentium duximus concedendum. Præterea si con-  
 tingat Ciuitates, terras, vel loca, in quibus Monasteria, siue  
 Loca dictæ Congregationis existant, Ecclesiastico esse suppo-  
 sita interdicto, ipsi tamen dictæ Congregationis Prælati, Mo-  
 nachi, Conuersi, Commissi, Nouitij, & Capellani, nec non  
 laici qui intra septa ipsorum locorum pro tempore habitaue-  
 rint, à Præfatis Congregationis Monachis ad id deputa-  
 tis, ianuis clausis, interdictis exclusis, & summissâ voce  
 Missas, & alia diuina officia audire, & celebrare,  
 ac

## IX. PRIVILEGIUM

ac Ecclesiastica Sacramenta licite ministrare, & suscipere valeat.  
 presentium tenore statuimus. Liceat in super præfatis Præsiden-  
 ti, Visitatoribus, Abbatibus, Prioribus, & Rectoribus præfata  
 Congregationis presentibus, & futuris, personas volentes eo-  
 rum Congregationi sociari, quæ Religionem, Locum, & Ordi-  
 nem alium quemcumque, etiã arctiorem ingredi vouissent,  
 tali voto non obstante, ad probationem, professionemque re-  
 cipere; eaque auctoritate Apostolicã ab ipso voto absolueri,  
 & cum ipsis dispensare: dummodo in tali Religione, seu Ordi-  
 ne, de quo vouissent professione emissã ab ipsa recesserint Cõ-  
 gregatione, huiusmodi dispensatio nullius sit roboris vel mo-  
 7 menti. Nec non quod præfati Præsidents, Visitatores, Abbates,  
 Priores, & Rectores cũ Cõmissis, quamdiu in Monasterijs suis,  
 & sub obedientiã eorum vixerint, super omnibus votis, exce-  
 8 pto dumtaxat voto Religionis, eadem auctoritate valeant dis-  
 pensare. Cum vero aliquis quocumque excommunicationis  
 vinculo innodatus, velit Congregationem ipsam Altissimo  
 famulaturus ingredi, liceat dictæ Congregationis Prælatis, &  
 qui loco ipsorum, in eorum absentia constituantur, ingredien-  
 ti huiusmodi iniunctis ei, iuxta possibilitatem restitutione, &  
 poenitentia salutaris, tamquam vni ex Monachis præfata Con-  
 gregationis beneficium absolutionis impendere; ac ad proba-  
 tionem recipere, ita tamen, si in prædictã perseverauerit Con-  
 gregatione, vsque ad professionem inclusivè aliàs eandẽ ipso  
 facto reincidat excommunicationem. Præterea cum sæpè cõ-  
 9 tingat, ob deuotionem quam ad Monachos præfata Congre-  
 gationis nonnullæ personæ habent singularem, ad huiusmo-  
 di Monachos pro earum salute animarum recurrere, nos vo-  
 lentes earum deuotioni satisfacere, quod liceat dictæ Congre-  
 gationis Prælatis, siue Monachis deputatis à suis Superioribus  
 ad audiendum huiusmodi personarum confessiones accede-  
 re, illasque audire ac personæ ipsæ eis confiteri possint, abique  
 alia suorum Superiorum licentiã, nec non eis poenitentia, & sa-  
 tisfa-

*vide post  
 finem pri-  
 uilegij.*

satisfactione iniunctis, quotiens opportuerit absolueret ab omnibus, & singulis peccatis, præterquam Sede Apostolica dum taxat referuatis, nec non à quibuscumque suspensionum, & interdictionis sententijs, alijsq; Ecclesiasticis censuris, & pœnis, quas à iure, vel ab homine latas satisfactione iniuncta incurrisse quomodolibet censentur: insuper & vota omnia permutare, ac in omnibus, & singulis casibus, etiam Ordinarijs, aut per Synodales, seu Prouinciales constitutiones referuatis, cum eis dispensare: præterea censuras, pœnas, vota, & casus, de quibus esset merito Sedes Apostolica consulenda, eisque ac omnibus, qui ad præfatos Monachos ob huiusmodi deuotionem recurrerint Eucharistiæ sacramentum ministrare valeant, de specialis dono gratiæ, in fauorem obseruantia regularis, licentiam elargimur. Planè ut huiusmodi Congregationis Monachi in vitæ honestate, & odore bonæ famæ apud Deum, & homines conferuentur, & quia ibi cautius est agendum, vbi maius imminet periculum animarum, eadem auctoritate statuimus, quod nulli hominum liceat quascumque mulieres laicas, seu religiosas, cuiuscumque ætatis, status, gradus, auctoritatis, vel conditionis existant, quauis occasione ducere, siue ipsis mulieribus ingredi, seu commorari intra septa Monasteriorum præfate Congregationis, quod si aliter, scienter attentatum fuerit, tam ipse mulieres, quàm earum ductores, sed & ipsi receptatores, si voluntariè hoc fecerint, ipso facto sententiam excommunicationis incurrant, à quâ dictæ Congregationis persone absolui possint per Præsidentem, & Visitatores Congregationis huiusmodi.

Quin etiam ne præfate Congregationis Monachi ab eorum quiete distrahi Romanam Curiam pro obtinendis licentijs frequentare cogantur, quod in omnibus casibus, in quibus de iure communi, Prælati, & Monachis dictæ Congregationis auctoritas, siue licentia, seu dispensatio Ordinarij esset necessaris, si ab eodem exempti nõ essent, Prælati, Abbatibus, Prioribus, & Rectoribus huiusmodi, qui pro tempore fuerint, vna cum

E eorum

**IX. PRIVILEGIUM**

eorum Conuentibus, de licentiâ tamen, & consensu dictæ Cõgregationis, Capituli generalis, aut Præsidentis cum maiori parte Visitatorum auctoritate Apostolicâ, absque eo, quod ad Sedem Apostolicam habeant recursum huiusmodi licentiam auctoritate & dispensatione tenore presentium indulgemus. Vo-

12 lentes insuper, quod Prælati Congregationis præfatæ licet benedictionis munus non acceperint, perinde tamen Monasteria, & Religiosa loca ipsius Congregationis regere, & administrare, ac omnes actus in ipsis valeant exercere, & insignia deferre, omniaque paramenta Ecclesiastica benedicere, ac si munus huiusmodi fuissent consequuti. Sanè cum Religionis favore nonnulla cõcedantur, quæ alias interdicti solent, quod si qui ex Monachis Congregationis præfatæ defectum natalium patiantur, in Monasterio tamen alias laudabiliter conuersati fuerint, vt huiusmodi defectu non obstante, ad sacros Ordines, ac officia, Prælationes, Dignitates, & Honores eorum Monasteriorum, iuxta illorû constitutiones liberè, & licitè valeant promoueri, Congregationi memoratæ, tenore presentium indul-

14 gemus. Quod quæ vt animarum eorum salutari prouideatur Prælati, Monachi, & personæ dictæ Congregationis, quocumque nomine censeantur, propter participationem, etiam in diuinis, cum excommunicatis, suspensis, & interdictis à iure, vel statuti Ordinariorum, nullam excommunicationis seu censure, aut peccati maculam incurrat, nisi ipsi excommunicati essent specialiter denunciati. Sepulturam quoque in locis, & Monasterijs præfatæ Cõgregationis presentibus, & futuris liberam esse volumus, & eorum deuotioni, & liberæ voluntati, qui se illic sepeliri deliberauerint, nisi forte excommunicati, seu interdicti sint, aut etiam publici vfurarij nullas obstat, salvo tamen iure

16 illarum Ecclesiarum, à quibus corpora assumuntur. Adijcietes etiam quod si quandoque contigerit per aliquem, aut plures actus contra huiusmodi, aut quæcumque alia decreta privilegia, indulta, gratias, immunitates, & ordinationes præfatæ

Congregationi concessa, aut illorum aliquod, à quocumque, cuiuscumque conditionis, dignitatis, gradus, seu status existat, ex negligentia vel ignorantia presentium vel futurorum, quibus hæc conceduntur, aut alia quavis causa propter quam fuerit aliter attentatum, vel pro tempore observatum ignoranter, vel scienter, nullum tamen præiudicium decretis, privilegijs, indultis, gratijs, immunitatibus, & ordinationibus huiusmodi volumus generari, sed in suo vigore, atque roborare permanere. Non obstantibus in Constantiensi, & alijs Concilijs ac à felicis recordationis Innocentij Quarti, Martini Quinti, & alijs Summis Pontificibus prædecessoribus nostris editis constitutionibus, & ordinationibus, etiam si de illis specialis, & expressa presentibus mentio habenda esset, quibus, quo ad præmissa specialiter derogamus, nec non Monasteriorum, Prioratum, & Ordinum prædictorum iuramento, confirmatione Apostolicâ, vel quacumque firmitate aliâ roboratis, statutis, & consuetudinibus, ceterisque contrarijs quibuscumque. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam nostræ voluntatis, constitutionis, concessionis, statuti, adiectionis, & derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignatione Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se noverit incursurum. Datis Bononiæ anno Incarnationis Dominicæ Millesimo Quadringentesimo Tricesimo, Sexto, Pridie Kalendas Iulij, Pontificatus nostri anno sexto.

¶ Illis quoque numero primo conceduntur, obstat Concil. Tridētinum quatenus Sessio. 6. cap. 5. de Reformat. decernit, ut nulli Episcopo liceat, cuiusvis privilegij prætextu Pontificalia in alterius diocesi exercere, nisi de Ordinarij loci expressâ licentiâ. Sed quia similem concessionem habent Fratres Dominicani referente Compendio Minorum, verbo, Benedicere. §. 13. quâ

## X. PRIVILEGIUM

Honori. iiii. limitauit, vt habetur in lib. Priuileg. Prædicat. fol. 62. C. & Paulus. iij. Societati Iesu, vt illius refert Compendium, verbo, Ecclesia. §. 1. sic. Dū tamen ipse Dicoecsanus requisitus vltra quatuor menses id facere distulerit, videtur dicendum, hęc limitationem Honorij, & Pauli esse adaptandam dispositioni Concilij prædictæ, & similibus.

¶ Secus est de primâ tonsurâ, & collatione quatuor minorū Ordinum, hęc enim requirentibus Abbatibus (supposito decreto cap. 10. Sessio. 23. eiusdem Concilij) etiam hodie in proprijs Monasterijs à quocumque Episcopo possunt conferri, nā cum hęc sint iurisdictionis Ordinariæ, canonico iure delegabili sunt iuxta gloss. receptam in cap. Peruenit. 95. dist.

¶ Obstat etiam quatenus cap. 12. Sessio. 23. decernit vt Regulares sine Episcopi examine nō ordinentur. priuilegijs quo ad hoc exclusis.

¶ Ijs, quæ numero. 9. conceduntur obstat Concil. Trident. quatenus cap. 15. de Reform. Sessio. 23. decernit, nullum etiam Regularem, posse cōfessiones secularium, etiam sacerdotum, audire, nec ad id idoneum reputari, nisi aut parochiale beneficium, aut ab Episcopis per examē, illis videbitur esse necessarium, aut alia idonea iudicetur, & approbationem, quæ gratis detur obtineat, priuilegijs non obstantibus.

## DECIMUM PRIVILEGIUM

Eugenij Papa. III. concessum Motu Proprio

Congregationi Sanctæ Iustinae anno

Incarnationis Domini.

cæ 1436.

SV M-



## SUMMARIVM PRIVILEGII.

- 1 Statuta, & mandata Capituli generalis, & correctiones Superiorum sunt observanda, ad nullum tamē peccatorum obligant, nisi contra fiat ex contemptu.
- 2 Nullus potest appellare, etiam ad Sedem Apostolicam ab statutis, ordinationibus, & correctionibus, Capituli generalis, seu sui Superioris.
- 3 In causis personarum Congregationis procedatur a s<sup>q</sup> iuris strepitu, iuxta constitutiones Congregationis.
- 4 Monachi se transferentes ad aliud Monasterium, seu locum vigore litterarum Apostolicarum, reducantur, ut Apostata, nisi in illis fuerit facta expressa mētio huius indulti, & expectato tempore redeundi in eis expresso.
- 5 Nullus compellat Superiores Monasteriorum admittere Monachos inobedientes, qui ab ipsis se subtraxerunt, etiam virtute litterarum Apostolicarum, nisi in eis expresse constet Papam huic indulto voluisse derogare.
- 6 Monachi electioni de se facta nequeunt a s<sup>q</sup> Superioris licentiā consentire, sic nec impetrare officia quacumq; sue Congregationis, aut extra eam beneficia Ecclesiastica, aut illa oblata acceptare.
- 7 Pralati possunt dispensare cum Monachis occupatis in caritatis officijs, vel non a deo doctis, seu exper-

X. PRIVILEGIUM

*tis, dum tamen non sint in sacris Ordinibus constituti, ut præter officium Beate Mariæ, ad quod obligati maneant, loco maioris officij aliquid aliud recitent.*



**B**VGENIVS Episcopus servus servorum Dei ad perpetuam rei memoriam. Regularem vitam agentibus, Apostolicum conuenit adesse præsidium, ne forte cuiuslibet te meritis incurfus, aut eos à proposito reuocet, aut robur, quod absit sacre Religionis infringat. Cupientes itaque dilectorum filiorum vniuersorum Monachorum Congregationis de obseruantia Sanctæ Iustine, Ordinis Sancti Benedicti nobis, & Romanæ Ecclesiæ immediatè subiectæ opportunitatibus, & commodis propter eorum excellentiam meritorum, atque vitæ sanctimoniam nos reddere beneuolos, & fauorabiles Motu proprio, non ad ipsorum Monachorum, aut alienius alterius super hoc nobis oblata petitionis instantiam, sed de merâ nostrâ liberalitate, ne spiritus nequam suis venenosis afflatibus malignandi in ipsâ Congregatione materiam præbeat, auctoritate Apostolicâ statuimus, & decernimus, omnia & singula statuta, ordinationes, correctiones, & mandata Capituli generalis, nec non Præsidentis, Visitatorum & Rectorum ipsius Congregationis ab eisdem Prælatibus, Monachis, & personis inuiolabiliter obseruari, illisque perpetuò parendum fore: ita tamen quod ad peccatum, nisi contra fiat, ex contemptu aliquem non obligent.

2. Districtius inhibentes eisdem Prælatibus, Monachis, & personis, ne ad quemcumque, etiam Apostolicam Sedem à dictis institutis, ordinationibus, correctionibus, & mandatis, seu eorum aliquo articulo coniunctim, vel diuifim audeant appellare, nisi de speciali dictæ Sedis indulto, irritum decernendo, & inane quidquid in contrarium à quoquam, quauis auctoritate

3. scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Cum verò contra aliquem Prælatum, vel personam dictæ Congregationis per illius Capitulum, seu Præsidentem, Visitatores, Abbates, siue Prioresagi contigerit civiliter, aut criminaliter, secundum consuetudines, & statuta Congregationis prædictæ, iuris communis sapicibus, dilationibus, terminis, & litium anfractibus omisis, procedi debere tenore præsentium volumus, & mandamus. Statuentes, quod Prælati dictæ Congregationis contra Monachos eiusdem, qui licentiam à Sede Apostolicâ habere dixerint, ad aliud quodcumque Monasterium, siue locum se transferendi, obtentu litterarum Apostolicarum, nisi in ipsis litteris specialis, nominata, & expressa fieret mentio de ipsâ Congregatione, & huiusmodi indulti eidem concessi reuocatione, & tunc nisi infra tres menses id non impleuerint, tanquam contra Apostatas agere, & procedere valeant, nisi tempus in litteris Apostolicis fuerit expressum, infra quod se debeant ad huiusmodi Monasteria, siue loca transfuisse: quo casu non prius agere possint contra eos, quàm dicta tempora fuerint elapsa. Planè cum interdum contingat nonnullos Monachos inobedientes, & rebelles, à Monasterijs, & eorum Superiorum obedientiâ se subtrahere, & vt inuitis præfatis Superioribus redeant Apostolicas litteras importare, huiusmodi malignatibus obuiare volentes, nequis præfata Congregationis Prælatos, Monachos, vel Conuersos vigore quarumcumque litterarum huiusmodi, nisi nominatim, & expressè apparuerit de mente summi Pontificis, qui pro tempore fuerit, huic nostro indulto velle derogare ad ipsos recipiendos compellere possit, etiam si in huiusmodi litteris clausula, priuilegijs, & indultis dictæ Congregationi concessis non obstantibus, & de quibus expressa mentio fieri debeat, expressè contineatur, præsentis paginæ tenore decernimus. Præterea vt omnis materia instabilitatis, ambitionis, & scandali de mentibus

## X. PRIVILEGIUM

Monachorum dictæ Congregationis tollatur. Volumus, & ordinamus, ac etiam in virtute sanctæ obedientiæ, & maledictionis æternæ inhibemus, ne sicut Religiosi, electionibus de se factis absque sui Superioris obtentâ licentiâ speciali non valent de iure communi, quomodolibet consentire, sic dictæ Congregationis Monachi presentes, & futuri, etiam in ipsa Congregatione officia regiminis Vniuersalis, aut particularis Monasterij seu Abbatie, Prioris, siue alio quocumque vocabulo aliquod beneficium Ecclesiasticum contra dictam Congregationem, per se, vel alium impetrare, aut ipsum, quamuis ablatum acceptare possint absque speciali licentiâ Capituli dictæ Congregationis, vel Præsidentis cum maiori parte Visitatorum: quod si secus quiuis facere præsumpserit ipso facto careat impetratis, & ad Ecclesiastica beneficia, specialiter ad illud, cui absque speciali, & obtentâ licentiâ, vt præfertur consenserit, aut procurauerit promoueri, perpetuò sit inhabilis: & si contra Superiorum suorum inhibitionem contendere præsumpserit, si monitus, infra tres dies non cessauerit, excommunicationis sententiam ipso facto incurrat, à quâ nisi factâ debitâ satisfactione absolui non possit. Sanè cum ex debito mutæ caritatis, in quo vis obseruantie regularis maxime consistit plerumque præfati Monachi sint varijs Monasteriorum officijs occupati, adeo quod in choro interesse nequeunt, officium diuinum dicere vix sine labore, & tædio, ac ipsa caritatis opera implere queant nos attendentes, quod virtus caritatis omnes supereminet virtutes, quodque hilarem datorem diligit Deus, præsentium tenore statuimus, quod præfati Monachi taliter occupati, aut qui alias non adeo docti sint, aut minus experti, vt officium diuinum commodè dicere possint, dummodo in sacris non sint ordinibus constituti, licet professionem emiserint, tamen ad persoluendum totum integrum officium diuinum non teneantur, sed eorum prelati habitâ consideratione supposi-

torum suorum, ultra officium Beatæ Virginis, ad quod obligati remaneant, iuxta dispensationem eis traditam, si expedire videbitur animabus eorum aliquid aliud dicendum imponant, quod cum alacritate animi persolui possit, ad quod Monachi ipsi obligati, huiusmodi seruitutis impositæ pensum persolvere nullatenus prætermittant. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus, nec non privilegijs Apostolicis, quæ ad impediendum, vel differendum effectum huiusmodi, aut quominus ipsa statuta, & ordinationes vim, vigoremque perpetuos habeant, & alicui suffragentur emanassent, & in posterum emanarent, ac Monasteriorum, Prioratum, & Locorum Congregationis, nec non Ordinis prædictorum iuramento, confirmatione Apostolicâ, vel quavis aliâ firmitate roboratis, statutis, & consuetudinibus, ceterisque contrarijs quibuscumque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrorum statuti, constitutionis, inhibitionis, voluntatis, mandati, & ordinationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli, Apostolorum eius se noverit incursum. Datis Bononiæ anno Incarnationis Dominicæ Millesimo Quadringentesimo Tricesimo Sexto, Pridie Kalendas Iulij, Pontificatus nostri anno sexto.

V N D E G I M V M P R I V I L E G I V M

Eugenij Papa. IIII. concessum Congregationi Sanctæ Iustinæ anno Incarnationis Domini.

ca 1436.

SV M-


# XI. PRIVILEGIUM

## SUMMARIVM PRIVILEGII.

Concedit Motu proprio omnibus, & singulis Monasterijs, Prioratibus, Grangijs, Membris manualibus, & locis Congregationis ut non teneantur ad solvendam aliquam canonicam portionem, siue decimas, aut aliquid loco earum Parrochianis, Episcopis, Archiepiscopis, Capitulis, Collegijs, Uniuersitatibus, Communitatibus, Fabricis, & alijs personis de iure, vel cōsuetudine, aut statutis vel priuilegijs quibuscūq; ex quacumq; causā hactenus debita, seu quæ deberi prætendatur in futurum ab eisdem, etiam de relictis, legatis, & donatis tam in ultimis voluntatibus, quàm inter vivos, seu aliâ occasione concessis præteritis, & in posterum cæcedendis.

**F**UGENIVS Episcopus seruus seruorum Dei ad perpetuam rei memoriam. Ad Ecclesiarum & Monasteriorum, ac personarum Ecclesiasticarum omnium præsertim regularem vitam professarum statum salubriter dirigendum, iuxta pastoralis officij debitum, curam, & sollicitudinis nostræ partes libenter impendimus. Cum itaq; dudum Congregationi Monachorum de obseruantia Sanctæ Iustinæ, aliàs Vnitatis nūcupatæ Ordinis Sancti Benedicti nobis, & Romanæ Ecclesiæ immediatè subiectæ per alias nostras certioris litteras, quarum tenorem hic haberi volumus pro sufficienter expresso, sepulturam in Monasterijs, & locis eorum, saluo tamen iure Parrochianorum illarum Ecclesiarum, à quibus corpora assumuntur, prout in præfatis litteris plenius continetur, concesserimus: Nos volentes præfatæ Cōgregationis Monachos, qui à pluribus citra temporibus in obseruantia regulari, & vitæ sanctimoniam varijs multiplicarunt, prout in dies mul-

tiple,

triplicat virtutū meritis, & vt Altissimo possint cōmodius, &  
 quieti<sup>o</sup> deferuire, ac reparationi Monasteriorū, eorū que maxi-  
 mē indigēt vacare, amplioribus fauoribus prosequi, Motu pro-  
 prio, non ad ipsorū, aut alicuiuseorū nobis super hoc oblatę pe-  
 titionis instantiā, sed de nostrā merā liberalitate omnibus, &  
 singulis dictę Congregationis Monasterijs, Prioratibus, Gran-  
 gijs, Membris manualibus, & Locis vt ad dandam, seu soluendā  
 aliquā canonicā portionē, siue decimas, aut aliud quodcūq;,   
 quod loco earū solui cōsueuisset Parrochianis, Episcopis, archie-  
 piscopis, Capitulis, Collegijs, Vniuersitatibus, Cōmunitatibus,  
 Fabricis, & alijs quibuscūq; personis de iure, vel de consuetudi-  
 ne, aut statutis, vel priuilegijs quibuscūq; ex quacūq; causā ha-  
 ctenus debita, seu quę deberi prætendatur quomodolibet in  
 futurū ab eisdem, etiā de relictis, legatis, & donatis, tam in vlti-  
 mis voluntatibus, quā in inter viuos, seu quacūq; occasione cō-  
 celsis præteritis, & in posterū concedendis minimē teneantur,  
 quibuscūq; cōstitutionibus Apostolicis, atq; præfatis nostris lit-  
 teris, quibus quatenus huic nostro indulto obuiant, volumus  
 derogare, & alijs consuetudinibus, statutis, præscriptionibus, &  
 priuilegijs, sub quacūq; formā, aut sub quibuscūq; clausulis edi-  
 tis, nō obstantibus, etiā si de illis, eorūq; totis tenoribus, præsen-  
 tibus expressa & specialis, ac indiuidua foret habēda mentio, au-  
 thoritate Apostolicā tenore præsentiu, ex certā scientiā, de spe-  
 cialis dono gratię indulgemus. Decernentes ex nūc omnes, &  
 singulas excommunicationis, suspēisionis, & interdicti, aliasq;  
 quascūq; sentētias, quas cōtra personas dictę Cōgregationis, si-  
 ue Monasteria, & loca ac alias in præiuditiū cōcessionis huius-  
 modi promulgari nullas, nec nō irritū, & inane quicquid aliud  
 in cōtrariū à quoquā, quauis auctoritate, sciēter, vel ignorāter  
 attentatum forsan hactenus, vel in posterum contigerit at-  
 tentari. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam  
 nostrę voluntatis, concessionis, & constitutionis infringere,  
 vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare

## XII. PRIVILEGIUM

præsumperit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursum. Dat. Bononiæ anno Incarnationis Dominicæ Millefimo Quadringentesimo Tricesimo Sexto, quinto Nonas Iulij, Pontificatus nostri anno sexto.

## XII. PRIVILEGIUM

Eugenij Papæ. IIII. concessum Congregationi Sanctæ Iustinæ anno Incarnationis Dominicæ. 1436.

## SUMMARIVM PRIVILEGII.

*Concedit Motu proprio, ut per quascumq; reuocationes, cassationes, seu annullationes quarumcumq; unionum, incorporationum, annexionum, & appropriationum, de quibusdam Monasterijs Congregationi unitis, seu alijs Ecclesijs, vel locis Ecclesiasticis iam factis, vel per eum, seu successores Romanos Pontifices, sub quibusuis formis verborum faciendis forsan, nullum Congregationi Monachorum huiusmodi præiudicium possit inferri unionibus & incorporationibus, appropriationibus, & donationibus iam factis, sed illæ omnes permanent in suo robore, nisi aliàs in litteris super ijs expeditis de nouo alia littera unionum iam factarū, &c. inferantur de verbo ad verbum, ac in eis specialis, expressa, & indiuidua de ipsis Monasterijs, & locis, ac de Etâ Congregatione mentio contineatur.*





VGENIVS Episcopus servus servorum Dei ad perpetuam rei memoriam. Ad Monasteriorum, ac Religiosorum locorum, & in eis sub sacro Religionis iugo degentium personarum omnium statum salubriter, & prosperè dirigendum paternâ so-

licitudine vigilantes, eorum profectibus libenter intendimus, & ijs, quæ eis per Sedem Apostolicam gratiosè concessa sunt, vt perpetuò perdurent favorem, quârum cum Deo possumus Apostolicam adhibemus. Dudum siquidem ex certis, ac diuersis tunc expressis rationabilibus causis, animum nostrum mouentibus, Sanctæ Iustinæ Paduanæ, ac Sancti Petri Perusini, nec non Beatæ Mariæ prope Cessen. muris, Ordinis Sancti Benedicti, & nonnulla alia in diuersis partibus consistentiâ Monasteria, Prioratus, Ecclesias, ac loca Ecclesiastica tam secularia, quàm regulari prædicti, & aliorum diuersorum Ordinû, Vniuersitati, seu Congregationi Monachorû Vnitatis, aliàs de obseruantia Sanctæ Iustinæ nuncupatæ, dicti Ordinis Sancti Benedicti sub certis modis, & formis tunc expressis inter alia vniuimus, concessimus, appropriauimus, & donauimus, prout in diuersis nostris desuper confectis litteris, quarum tenorem hic haberi volumus pro sufficienter expresso plenius continetur. Nos igitur attendentes, quòd Monachi de Congregatione huiusmodi à pluribus annis citra, præsertim in Italiz. partibus eorum Monasterijs ac locis sub regulari obseruantia, vitæque castimoniâ ad laudem, & gloriam Altissimi, ac populi deuotionis augmentum laudabiliter viuentes, varijs multiplicarunt, & quotidie multiplicant virtutum meritis, & ne ad debitum litterarum huiusmodi consequendum effectum quomodolibet impediri valeant, providere volentes, Motu proprio, nõ ad ipsorum Monachorum, seu alicuius eorum nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed de nostra merâ liberalitate auctoritate Apostolicâ & ex certâ scientiâ, tenore præsentium volumus, & statuimus, decernimus, & ordinamus, quod per quascumq;

XII. PRIVILEGIUM

reuocationes, cassationes, seu annullationes quarumcumque vnionum, seu incorporationum, annexionum, & appropriationum, de prædictis, & quibusuis alijs Monasterijs, Prioratibus, Ecclesijs, locis Ecclesiasticis per nos, seu successores nostros Romanos Pontifices, aut eorum aliquem, etiam per litteras, seu cõstitutiones, voluntates, & ordinationes nostras, aut Põtificum eorundem in genere, vel in specie sub quibusuis formis, vel verborum expressiõibus de cetero forsã faciendis, nullum Vniuersitati, seu Congregationi Monachorum huiusmodi, cũ prædictarum eis concessarum, ac super similibus de alijs Monasterijs, Ecclesijs, Prioratibus, ac locis Ecclesiasticis faciendis vnionibus, incorporationibus, appropriationibus, & donationibus per nos forsã concedendarum litterarum totalem, & plenarium vigor sortiatur effectum valeat, siue possit præiudicium inferri, sed illæ omnes etiam post reuocationes, cassationes, & annullationes prædictas in suo robore permaneant, & permanere debeant, perinde in omnibus, & per omnia, ac si quo ad eas & ipsarũ singulas reuocatio, annullatio, & cassatio prædictæ nullatenus emanassent, nisi aliã ipsæ vnionũ, concessionũ, appropriationũ, & donationũ expeditæ, & expediendæ litteræ huiusmodi in reuocationum, cassationum, & annullationum litteris, constitutionibus, & ordinationibus huiusmodi de verbo ad verbum infererentur, ac in eis specialis, expressa, & indiuidua de ipsis Monasterijs, & locis, ac dicta Cõgregatione mentio contineretur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ voluntatis, statuti, constitutionis, & ordinationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare presumpserit indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se noverit incursum. Datis Bononię anno Incarnationis Dominicę Millesimo Quadringentesimo Tricesimo Sexto, Nonas Iulij, Pontificatus nostri anno sexto.

## XIII. PRIVILEGIUM.

Eugenij Papæ. IIII. Congregationi Sanctæ Iustinæ concessum, anno Incarnationis Dominicæ. 1436.

## SUMMARIVM PRIVILEGII.

Concedit Motu proprio, ut Prælati, & Conuentus possint vendere, alienare, permutare, vel in emphiteosim, vel annuam censum dare Bona immobilia, quorum pretium ducentos florenos auri de Camera non excedat absq̄ recursu ad Sedem Apostolicam, cum licentiâ tñtüm Capituli generalis, vel Præsidentis, & Visitatorum decernentium illud esse in euidentem utilitatem, &c.



EUGENIUS Episcopus seruus seruorum Dei ad perpetuam rei memoriam. Licet ex debito Pastoralis officij circa regimen Monasteriorum omnium sollicitè intendamus, ad ea tamen quæ sub obseruantia regulari Altissimo famulantur propensio rem diligentiam, & studium adhibemus, ut inibi diuines cultus augeatur, & personæ in eis degentes possint quietius reddere Altissimo vota sua. Sane cum sæpe contingat Prælatos, & Conuentus Monasteriorum Congregationis Vnitatis, alias de obseruantia Sanctæ Iustinæ nuncupatæ Ordinis Sancti Benedicti nobis, & Romanæ Ecclesiæ immediate subiectæ, ex non nullis rationabilibus causis prædia, possessiones, vineas, oliueta, hortos, syluas, nemora, prata, pascua, piscationes, aquas, aquarum decursus, molendina, census, decimas, iura, iurisdictiones, & alia bona immobilia ad Monasteria ipsa

### XIII. PRIVILEGIUM

ipsa expectantia vendere, & alienare, ac permutare velle, propter quod. necesse est eis, vt ad Sedem Apostolicam pro licentiâ, & auctoritate recurrant, & sic à quiete, & otio sancto distrahi. Nos volentes eorum tranquillitati, & vt accuratius cõtemplationi, cui vita eorum dedita est, vacare possint de remedio opportuno providere, Motu proprio, non ad eorum, aut alienas alterius nobis super hoc oblata petitionis instantiam, sed de nostra merâ liberalitate statuimus, & ordinamus, quod quotiescunq; huiusmodi Congregationis Prælati, & Conuētus, qui pro tẽpore fuerint vendere, alienare, permutare, vel in emphyteosim, aut ad annum censum concedere voluerint, seu ad longum tempus prædia, possessiones, vineas, oliueta, hortos, syluas, nemora, prata, pascua, piscationes, molendina, aquas, aquarum decursus, census, decimas, iura, iurisdictiones, & alia bona immobilia Monasteriorum huiusmodi, quæ nunc sunt, & in futurum, dante Domino, erunt dictæ Congregationis, dum tamen singula huiusmodi prædia possessiones, & bona immobilia, quocumq; vocabulo censeantur quantitatem pretij florenorum auri de Camera ducentorum secundum communem estimationem non excedant, recursum habeant ad Capitulum cum celebrare contigerit, aliàs ad Præsidentem, & Visitatores Congregationis huiusmodi, qui quidem Capitulum & Præsidentem vnâ cum omnibus Visitatoribus ipsi Præsidentia assistentibus, si conspexerint huiusmodi alienationes, siue concessiones in euidentem vtilitatem prædictorum Monasteriorum cedere (super quo eorû conscientias oneramus) huiusmodi Prælati, & Conuentibus prædicta immobilia bona vendendi, permutandi, alienandi, aut aliter concedendi, vt præfertur, absque eo, quod vendentes, seu ementes recursum habeant ad Sedem eandem, siue Ordinarios, aut quoscumq; uel alios pro licentiâ & auctoritate huiusmodi aut confirmatione obtinendis seruatis tamen alijs iuris solemnitatibus licentiam & auctoritatem Apostolicam auctoritate largiri, atq; impendere valeant constitu-

tionibus Apostolicis, statutis, & consuetudinibus dicti Ordinis, & alijs contrarijs non obstantibus quibuscumque. Nulli ergo omnino hominũ liceat hanc paginam nostrorum statuti, & ordinationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignatione Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se noverit incursum. Datis Bononiæ anno Incarnationis Dominicæ Millesimo Quadringentesimo Tricesimo Sexto, sexto Nonas Iulij, Pontificatus nostri anno sexto.

XIIII. PRIVILEGIUM.

Eugenij Papæ. IIII. Congregationi Sanctæ Iustinæ concessum, anno Incarnationis Dominicæ. 1437.

SUMMARIVM PRIVILEGII.

*Si Prelatus absit à Monasterio cui præest, ob aliquam rationalem causam, Capitulum, siue Præsident cum deputatis ad hoc, committat alteri regimentalis Monasterij.*



**E**VGENIVS Episcopus servus servorum Dei ad perpetuam rei memoriam. Romani Pontificis providentiâ circumspectâ circa quorumlibet Monasteriorum, & aliorum Religiosorum locorum, ac in eis præsertim sub sacro Religionis iugo, & regulari observantiâ degentium personarum statum salubriter, & prosperè dirigendum libenter intendens, nonnũquam statuit, decernit, ordinat, atque declarat prout locorum, personarum,

## XVI. PRIVILEGIUM

narum, temporum qualitate pensatâ id ad huiusmodi status  
 conseruationem, & augmentationem conspicit in Domino,  
 salubriter expedire. Dudum siquidem ex certis tunc expressis  
 rationabilibus causis, inter alia statuimus, & ordinauim<sup>9</sup>, quod  
 Monasteria, & Prioratus Cōgregationis Monachorū de obser-  
 uantiâ Sāctæ Iustinae, aliàs Vnitatis nuncupatæ, ad Romanā Ec-  
 clesiā nullō medio pertinētis, Ordinis Sācti Benedicti, tunc illi  
 Vnita subiecta & appropriata, ac in antea vnienda, subijcienda,  
 & incorporanda, per Prælatos dūtaxat præfatæ Congregatio-  
 nis ex nūc in antea perpetuis futuris tēporibus gubernarentur,  
 & quoties illa vbiq; q; etiā apud Sedē Apostolicā, & qualiter-  
 cumq; vacare cōtingeret, etiā si quæuis specialis, vel generalis  
 de illorū prouisionibus, siue dispositionibus per Sedem eandē  
 reservationes factæ fuissent, Capitulū, si tunc celebraretur, alio-  
 quin Præsident, & qui cōmodē adesse possent cum maiori suo  
 rum consultorū parte, Visitatores dictæ Congregationis illos  
 ex ipsis Monachis præsentibus, & futuris, quos ad id idoneos fo-  
 re crediderint in Abbates, & Priores tunc vacatium Monaste-  
 riorum, ac Prioratum huiusmodi, aliàs iuxta ipsius Congrega-  
 tionis, ordinationes, & statuta eligere, nominare, nec non ad-  
 nutum siue beneplacitum ipsorum taliter electos, siue nomi-  
 natos à regimine & administratione dictorum Monasteriorū,  
 & Prioratū, quibus tunc præessent, & quæ tunc propterea va-  
 care censerentur absolueret, & amouere, præfatiq; sic electi si-  
 ue nominati absq; alicuius Sedis prædictæ, vel alterius proui-  
 sionis, siue confirmationis adminiculo, & præter hoc, quod eis  
 propterea munus benedictionis impenderetur ipsis Monaste-  
 rijs, & Prioratibus, ad quæ sic electi, siue nominati forent, præf-  
 se, ac illa in huiusmodi spiritualibus, & tēporalibus regere, &  
 gubernare, nec nō omnia & singula quæ per Abbates, & Prio-  
 res aliorū Monasteriorū, & locorū dictæ Cōgregationis, iuxta  
 illius statuta, & ordinationes huiusmodi fieri poterāt facere, &  
 exētere liberè, & licitè valeret, prout in nostris desuper cōse-

Etis litteris plenius continentur. Postmodum vero, sicut nobis innotuit, licet Monasteria, & Prioratus Cōgregationis huiusmodi per Abbates, & Priores ad illorum regimina per Capitulum, seu Visitatores prædictos, iuxta statutum, & ordinationem nostram huiusmodi deputatos laudabiliter recta, & gubernata extiterint, nec non ex ipsorum vita laudabili, & operibus fructuosis plura in spiritualibus, & temporalibus susceperint, & continuo suscipiant incrementa, tamen quia plerumque contingit propter inordinatas suspiciones Dominorum temporalium, aut guerrarum turbines, seu incubentem necessitatem pro varijs Cōgregationis ipsius occurrentibus negotijs, vel quia ita in Capitulo generali videretur pro bono ipsius Cōgregationis expedire, Prælatos præfata Cōgregationis abesse à Monasterijs, & Prioratibus, ad quæ sunt deputati: ita quod pro Cōgregationis Monachorum huiusmodi, ac illorum præsentium & futurorum Monasteriorum, & Prioratum conseruatione, & statu prospero, ac felici vtile iudicetur, & expediat, quodque absente Prælato ne Monasterium cui præest damna suæ absentia patiat, alius per Capitulum dictæ Cōgregationis, seu Præsidentem cum ad hoc deputatis, iuxta eorum constitutiones, & statuta, qui Monasterium regat, & gubernet præfata durante absentia deputetur, quodque Prælati huiusmodi qui absens fuerit aliud dictæ Cōgregationis Monasterium auctoritate Capituli, aut Præsidentis, ut præfertur regere & gubernare, non obstante, quod alterius Monasterij titulum habeat, valeat, & possit. Nos igitur super hoc commodo, utilitati, & statui Cōgregationis, ac illius Monasteriorum, & Prioratum præsentium, & futurorum huiusmodi, quantum nobis ex alto conceditur salubriter providere cupientes, Motu proprio, ex certâ scientia, & auctoritate Apostolicâ, in fauorem obseruantia regularis statuimus, decernimus, & ordinamus, quod quotiens contigerit Prælatum à Monasterio vel Prioratu præfata Cōgregationis ad quod, vel quæ est deputatus abesse, vel ad ipsius gubernationem non accedere

## XV. PRIVILEGIUM

ex supradictis, vel aliâ quavis causâ Capitulum dictæ Congregationis, siue Præsident cum ad hoc deputatis, iuxta eorum cõstitutiones, & statuta regimen, curam & administrationem in spiritualibus, & temporalibus auctoritate etiam Apostolicâ alteri cõmittere, durante absentia præfatâ possit, & valeat, quod que Prælato ipso absente, si fuerit opportunû præfatæ Cõgregationis aliud Monasterium, siue Prioratum in spiritualibus, & temporalibus auctoritate etiam Apostolicâ regendum & gubernandum, dictum Capitulum, seu Præsident cum deputatis, vt præmittitur cõmittere, non obstante quod alterius Monasterij, seu Prioratus titulum, & gubernationem habeat, valeat & possit. Non obstantibus cõstitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, nec non Congregationis, & Ordinis prædictorû iuramento, confirmatione Apostolicâ, vel quacumque firmitate aliâ roboratis, statutis, & consuetudinibus, nec non omnibus illis quæ in dictis litteris non obstat volumus, ceterisque contrarijs quibuscumque. Nulli ergo omnino hominû liceat hanc paginam nostri statuti, cõstitutionis, & ordinationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumperit indignationem Omnipotētis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se noverit incurсурû. Datis Bononię anno Incarnationis Dominicę Millesimo Quadringentesimo Tricesimo Septimo, Idus Augusti, Pontificatus nostri anno septimo.

## XV. PRIVILEGIUM.

Eugenij Papę IIII. concessum Motu proprio

Congregationi Sanctę Iustinę anno

Incarnationis Domini.

cæ 1436.

SV M.



## SUMMARIVM PRIVILEGII.

¶ Appellatio, Processus, Monachi translati, & qui Apostatae, Interdictum, Ordines, Pontificalia, Exemptiones, Episcopi, Septa Monasterij, Dispensatio in votis, Detentio Monachorum, Sententiæ contra Benefactores, Monachi impetrantes litteras Apostolicas, Litterarum Commissariarum acceptatio, Iuramentum, Testimonia Monachorum, Acquisitio Bonorum, Confessores, Illegitimi, Prælati, Nō vsus privilegij, Litteræ Apostolicæ contra hæc omnia.

1. Prohibetur appellatio, etiam ad Sedem Apostolicam, ab institutis. &c. Capituli, seu Superiorum.
2. Processus in quibuscumq; causis Monachorum fiant sine strepitu, iuxta Congregationis statuta.
3. Monachi impetrantes litteras, ut se ad aliquod Monasterium transferant, id in tēpore in eis præfixo adimpleant, alijs contra eos, ut contra Apostatas procedatur.
4. Tēpore Interdicti, tam persona Congregationis, quàm laici habitantes intra septa Monasteriorum, possunt Missas, & alia divina officia audire, & Sacramenta recipere.
5. Monachi presentati à Superioribus à quocumq; Antistite nullo prævio examine possunt ordinari.

XV. PRIVILEGIUM

- 6 Episcopus quicumq̄ potest in Monasterijs Cōgregatio-  
nis, absq̄ Diocesani licentiā Pontificalia omnia exer-  
cere, &c.
- 7 Eximitur Congregatio ab omni iurisdictione Ordina-  
riorum, & à quibuscumq̄ oneribus quacumq̄ ratio-  
ne, &c.
- 8 Inuitis Monachis, nulla persona in eorum Monasterijs  
potest Cōuentus facere, Processiones conuocare, Mis-  
sas seu Ordines celebrare, vel ibi morari sub excom-  
municationis pœnâ.
- 9 Mulieres nullæ ingrediantur septa Monasteriorum,  
aliāstāmp̄se, quam earum voluntarij ductores ex  
communicantur.
- 10 Superiores dispensant in casibus, in quibus Ordinarij  
dispensatio esset necessaria, si subditi exēpti nō essent.
- 11 Nullus quacumq̄ auctoritate debeat apud se Mo-  
nachum, quacumq̄ de causā, nisi de consensu Capi-  
tuli, seu Præsidentis, & maioris partis Visitatorū.  
sub pœna excommunicationis, &c.
- 12 Sententiæ latæ à quibuscumq̄ contra Benefactores Cō-  
gregationis, occasione Beneficiorum eisdem collatorū,  
vel conuersationis subditorum cum Monachis, vel  
receptionis Sacramentorum ab eis, sunt irritæ.
- 13 Monachi impetrantes litteras Apostolicas, ut redeāt  
ad Monasteria inuitis Superioribus, nequeant earū  
vigore compellere Prelatos ad eos recipiendos, nisi  
apparuerit de mente Pontificis huicindulto voluisse  
derogate.

- 14 Monachi non tenentur inuiti acceptare litteras commissorias sibi directas, nisi in eis expresse huic indulti derogetur.
- 15 Persona Congregationis nequeunt compelli ad ferendū testimonium, seu iurandum de calumniā neq; extrahi à ciuitatibus, seu diocesis, vel ob id excommunicari, etiam per litteras Apostolicas non facientes mentionem de verbo ad verbum huius indulti.
- 16 In quibuscumq; causis Congregationis possunt uti testimonio personarum eiusdem.
- 17 Monasteria possunt acquirere Bona quacūq; & exigere, quae quomodo cūq; sunt debita, personis Congregationis.
- 18 Confessores deputati ad soluere possunt quascūq; personas ab omnibus peccatis, & dispesare super casus omnes, ea praeter, de quibus videbitur Confessoribus ad eorū Ordinarios recurrendū, aut ad Sedē Apostolicā: possunt etiā eis Eucharistiae Sacramentū administrare.
- 19 Illegitimi, in Monasterio laudabiliter conuersati ad sacros Ordines, & omnia officia iuxta Ordinis constitutiones possunt assumi.
- 20 Praelati absq; munere benedictionis possunt regere Monasteria, &c.
- 21 Per nullum actum ex ignorantia vel negligentia contra praedicta attentatum eis prauidicatur.
- 22 Litterae quacumq; Apostolicae contra horum aliquid nullius sint roboris, nisi id declaret Summus Pontifex per tales litteras, facientes specialem mentionem, de verbo ad verbum, & ex certa scientia de hoc pri-

**XV. PRIVILEGIUM**

*privilegio & Congregatione, & allegantes causas legitimas cur ijs obviare intendat.*



**V**GENIVS Episcopus servus servorum Dei ad perpetuam rei memoriam. Regularem vitam agentibus Apostolicum convenit adesse presidium, ne forte cuiuslibet temeritatis incurfus, aut eos à proposito revocet, aut robur, quod absit, Religionis infringat. Cupientes itaque delictorum filiorum Congregationis Monachorum Unitatis, aliàs de observantia Sanctæ Iustinae nuncupatæ, Ordinis Sancti Benedicti nobis, & Romanæ Ecclesiæ immediate subiectæ, opportunitatibus, & commodis propter eorum excellentiam meritorum, atque vitæ sanctimoniam nos reddere benevolos, & favorabiles. Motu proprio, nõ ad ipsorum Monachorum, aut alicuius alterius super hoc nobis oblata petitionis instantiam, sed de nostrâ merâ liberalitate, ne nequam spiritus venenosis afflatibus malignandi in ipsa Congregatione materiam præbeat, auctoritate Apostolicâ statuimus districtius inhibentes: ne qui Prælatorum, vel Monachorum dictæ Congregationis ab institutis, ordinationibus, correctionibus, & mandatis Capituli generalis, siue Præsidentis, seu Visitatorum, aut Rectorum ipsius Congregationis ad quæcumque, etiam ad Sedem Apostolicam, nisi de speciali indulto Summi Põtificis, liceat appellare, appellationem nihilominus, si qua interponi cõtingat, cum inde secutus irritam decerneñ.

1. Cum autem contra aliquem Prælatum, vel Monachum dictæ Congregationis agi contigerit civiliter, vel criminaliter secundum consuetudines & statuta Congregationis prædictæ, iuris communis apicibus, dilationibus, terminis, & litium anfractibus omisis, procedi debere tenore præsentium volumus, &

2. mandamus. Statuentes quod Prælati præfatæ Congregationis, contra Monachos eiusdem, qui licentiam se ab Apostolicâ Se-

de

de habere dixerint ad aliud quodcumque Monasterium, siue locum se transferendi, obtentu litterarum Apostolicarum, nisi in ipsis litteris specialis, nominata, & expressa fieret mentio de ipsa Congregatione, & huiusmodi indulto eidem concessio reuocando, & tunc si infra tres menses id non impleuerint, tanquam contra Apostatas agere valeant, nisi tempus in litteris Apostolicis fuerit expressum, infra quod, se debeant ad huiusmodi Monasteria, siue loca transulisse. quocasu non prius agere possint contra eos, quam dicta tempora fuerint elapsa. Ceterum cum per alias nostras certi tenoris litteras, quarum tenorem hic haberi volumus pro expresso, memoratæ Congregationi duxerimus indulgendum, vt sic cõtingat ciuitates, terras, vel loca, in quibus Monasteria, siue loca dictæ Congregationis consistant Ecclesiastico esse supposita interdicto, ipsi tamen dictæ Congregationis Prælati, Monachi ianuis clausis, interdictis exclusis, summissâ voce Missas, & alia diuina officia celebrare possent: Nos volentes Congregationem ipsam vberioris dono gratiæ confouere, vt huiusmodi tempore interdicti, etiam Conuersi, Commissi, Cappellani, & laici, qui intra septa ipsorum Monasteriorum seu locorum pro tempore habitauerint, à præfatæ Congregationis Monachis ad id deputatis Missas, & alia diuina officia audire, & Ecclesiastica Sacramenta licitè suscipere valeant, similiter præsentium tenore statuimus. Insuper cum dudum Congregationi huiusmodi, quod Monachi præsentis, & futuri præfatæ Congregationis præsentati à suis Superioribus ordinari possint à quocumque catholico Episcopo per ante factas nostras litteras indulserimus, volentes etiam eandem Congregationem amplioribus fauoribus prosequi, quod absque aliquo examine Monachi huiusmodi ordinari debeant, de præsentantium integritate confidentes, quodque Congregationi huiusmodi quemcumque catholicum Episcopum, gratiam & comunipnem Sedis Apostolicæ habentem,

XV. PRIVILEGIUM

indictæ Congregationis Monasterijs, & locis dumtaxat aduo-  
 care valeant, cui liceat Apostolicâ auctoritate absq; aliquâ licen-  
 tiâ, & contradictione Diocesani, nullâ vt præfertur examina-  
 tione præmissâ Monachos ordinare, Missas celebrare, Ecclesias,  
 6 altaria, & vasa consecrare, vestes benedicere, & alia Põtificalia  
 exercere, de quo Diocesani loci non oporteat timere, quod  
 huiusmodi ordinationis occasione iuris sui præiudiciũ incur-  
 ras, eadẽ auctoritate indulgemus. Cũq; alias per easdem nostras  
 litteras Congregationem præfatã ab omni iurisdictione Ordina-  
 riorũ, & à caritatiuis subsidijs, ac omnibus oneribus eximen-  
 tes, sub nostrã, & Beati Petri protectione susceperimus, prout  
 in dictis nostris litteris plenius continetur, quarũ tenorẽ hĩc  
 volumus habere pro sufficienter expresso, in dubiũ postea ver-  
 sum est, prout nobis relatum exitit, an antiquos cẽsus ratio-  
 ne visitationis, aut subiectionis huiusmodi Ordinarijs, Vniuer-  
 sitati, Collegijs, siue Capitulis hætenus debitos Monasteria di-  
 ctæ Congregationis de cetero soluere teneantur: Nos volen-  
 tes super hoc de opportuno remedio providere declaramus,  
 & nihilominus de nouo statuimus, quod dictæ Congregatio-  
 nis Monasteria, seu loca à die exemptionis huiusmodi, ab omni  
 7 bus censibus, redditibus & solutionibus ratione visitationis,  
 aut subiectionis, quocumq; iure hætenus debitis, aut in futurũ  
 debendis quibuscumq; Ordinarijs, Capitulis, Collegijs Cõgre-  
 gationibus, Vniuersitatibus, aut alijs quibuscũque personis de  
 plenitudine potestatis Apostolicæ omninõ liberamus, & peni-  
 tus absoluiamus, non obstantibus præscriptionibus, constitutio-  
 nibus, consuetudinibus, statutis, decretis & priuilegijs Aposto-  
 licis quibuscumq; in contrariũ facientibus, de quibus specia-  
 lis & expressa, ac de verbo ad verbũ esset mentio facienda. Vt  
 autem huiusmodi Congregationis Monachi liberius in corũ  
 regularis vitæ obseruantia valeant perdurare, omnes & singu-  
 los Episcopos, vel locorum quorũlibet Ordinarios, aut alias  
 8 qualuis personas ad Monasteria, siue loca dictæ Congregatio-  
 nis.

nis causâ ordines celebrâdi seu caussâ ciuiles, aut criminales,  
 exercendi, Conuentus siue Synodos, & Processiones conuocâ  
 di, Missas & alia officia celebrandi, sub excommunicationis pœ  
 nâ, quâ incurrant ipso facto, si aliter attentauerint, accedere vel  
 9 morari ip[s]is inuitis, tenore præsentiu[m] prohibemus. Planè vt hu  
 iusmodi Congregationis Monachi in vitæ honestate, & odo  
 re bonæ famæ apud Deû & homines conseruentur, & quia ibi  
 cautius est agendum, vbi maius imminet periculum animarû,  
 eadem auctoritate, statuimus, quod nulli hominû liceat qual  
 cumque mulieres laicas, siue Religiosas, cuiuscumque ætatis,  
 status, gradus, auctoritatis, vel conditionis existant, quauis occa  
 sione ducere, siue ip[s]is mulieribus ingredi, seu commorari in  
 fra septa Monasteriorum præfatæ Congregationis, quod si ali  
 ter forsân attentatum fuerit, tam ipsæ mulieres, quàm ea  
 rum ductores, sed & ip[s]i receptores, si voluntariè hoc fe  
 cerint, ip[s]o facto sententiam excommunicationis incur  
 rant, à quâ dictæ Congregationis personæ absolui possint  
 per Præsidentem; & Visitatores Congregationis huiusmo  
 di. Quin etiam ne præfatæ Congregationis Monachi ab eo  
 10 rum quiete distracti Romanam Curiam, pro crebris obti  
 nendis licentijs frequentare cogantur, quod in omnibus  
 casibus in quibus de iure communi Prælati, & Monachis  
 dictæ Congregationis auctoritas, siue licentia, seu dispensatio  
 Ordinarij esset necessaria, si ab eisdem exempti non essent,  
 Prælati, Abbatibus, Prioribus, & Rectoribus huiusmodi, qui  
 pro tempore fuerint, vnâ cum eorum conuentibus, aucto  
 ritate Apostolicâ absque eo, quod ad Sedem Apostolicam  
 habeant recursum huiusmodi licentiam, & auctoritatem teno  
 re præsentium indulgemus. Prohibemus etiam ad obstruen  
 das vias, quibus præfati Monachi extra Congregationem hu  
 iusmodi, in eorum præiudicium animarum vagare possent  
 omnes, & singulas personas Ecclesiasticas, aut seculares  
 cu

XV. PRIVILEGIUM

cuiuscumque status, gradus, vel conditionis existant, & quacumque ue fulgeant auctoritate, vel dignitate, ne quemquam ex Prælatibus, vel Monachis Congregationis prædictæ, penes se obsequiorum, seruitiorum suorum, sui, seu Monasteriorum suorum obtentu, aut si absque licentiâ suorum Superiorum ad se diuerterint, seu alia quavis causâ à dictâ Congregatione abstrahere, seu etiam ad se sponte venientes retinere præsumât etiam auctoritate litterarum Apostolicarum, in quibus de huiusmodi personâ, ac Congregatione nominatus, & expressè mentio facta non fuerit absque consensu Capituli generalis, seu Præsidentis, & maioris partis visitatorum Congregationis eiusdem, sub poenâ excommunicationis, quam ipso facto incurrant, si factâ eis notitiâ de huiusmodi privilegio, infra tres dies personam ipsam dictæ Congregationi non restituerint cum effectu, vel ab eis abijecerint, à quâ sententiâ non nisi in mortis articulo, & a Sede Apostolicâ recipientes, & recepti absolui possint: non obstantibus quarumcumque Religionum, vel Ordinum, aut alterius cuiusvis personæ privilegij, indultis quibuscumque de quibus esset specialis, & de verbo ad verbum mentio faciendâ, quibus omnibus volumus nominatim & specialiter per huiusmodi indultum, quo ad præmissa derogari. Præterea ne quies, & pax Monachorum, & personarum de dictâ Congregatione, quovis modo, etiam per indirectum conturbari contingat quascumque sententias latis ab Ordinarijs, seu a quibuscumque personis quacumque præfulgeant: dignitate contra Benefactores dictæ Congregationis, occasione beneficiorum eisdem collatorum ab eis, aut quia subacti eorum cum huiusmodi Monachis conuersentur, seu ab eis recipiant absolutionis beneficium, & Eucharistiæ Sacramentum ipso facto irritas, & inanes eadem auctoritate decernimus. Cum autem interdum contingat non nullos Monachos inobedientes, & rebelles à Monasterijs,

&



& eorum Superiorum obedientiâ se subtrahere, & vt inui-  
 tis Superioribus redeant Apostolicas litteras impetrare, hu-  
 iusmodi malignitatibus obuiare volentes, ne quis præfa-  
 13 ta Congregationis Monachos, vel Prælatos vigore quarum-  
 cumque litterarum huiusmodi, nisi nominatim, & expressè  
 apparuerit de mente Summi Pontificis, qui pro tempore fue-  
 rit huic nostro indulto velle derogare, ad ipsos recipiendum  
 compellere possint, etiam si in huiusmodi litteris clausula, pri-  
 uilegijs, & iudultis dictæ Congregationis concessis non obstā-  
 tibus, & de quibus expressa metio fieri debeat, expressè cōti-  
 14 neatur, præsentis paginæ tenore decernimus. Insuper tràquilli-  
 tati eorum intendentes, ne ij, qui Marthæ circa plurima satagē-  
 tis officium dimiserunt, eligentes potius cum Maria circa pe-  
 des Domini residere ad audiendum verbum illius, caussarū tur-  
 binibus perturbentur, si contigat aliquem litteras Apostolicas  
 cōmissorias de administrandâ iustitiâ, executione faciendâ, visi-  
 tatione exercendâ, aut aliâ quauis causâ ad aliquem Prælatū,  
 vel Monachum dictæ Congregationis directas impetrasse, ni-  
 si huic indulto expressè, & specialiter, & nominatim deroge-  
 tur ad huiusmodi causas, talium obtentu litterarum, præter li-  
 beram eorum voluntatem procedere, vel eas exequi minime  
 teneantur, indulti huiusmodi tenore decernimus. Planè ne  
 15 Prælatos, & Monachos huiusmodi caussarum strepitus inquie-  
 tet, & ab otio sancto deducat, ne quis Prælatos, Monachos, &  
 personas de huiusmodi Congregatione subire de calumniâ &  
 veritate dicendâ iuramentum, aut ad ferendum testimonium,  
 quacumque ex causâ compellat inuitos, siue extra ciuitates  
 & dioceses suas trahat seu in eos, vel in eorum aliquem prop-  
 terea excommunicationis, vel alias censuræ seu poenæ senten-  
 tias proferat, per litteras Sedis Apostolicæ, vel Legatorum eius,  
 nisi in eisdem litteris de huiusmodi indulgentiâ plena & ex-  
 pressa, ac de verbo ad verbum facta fuerit mentio specialis, ea-  
 dem auctoritate indulgemus excommunicationis, suspensio-  
 nis,

XV. PRIVILEGIUM

- nis, & interdicti, & alias sententias, si quas in eos, vel aliquem eorum contra indultum huiusmodi promulgari contigerit, decernentes presentium tenore irritas, & inanes; Prælatos etiam &
- 16 Monachos Cōgregationis prædictæ Monachorū, Conuerforū, & Cōmissorū ipsius Cōgregationis in causis earūdem ciuilibus, & criminalibus testimonio liberè & licitè uti posse, tenore presentium declaramus. Quodq; præfata Cōgregationis Mo-
- 17 nasteria, Bona mobilia, & immobilia in quibuscūq; ciuitatibus & locis, quouis titulo acquirere possint, petendi etiā & exigendi Monachis, & personis huiusmodi præfata Bona vnde cūq; vel qualitercūq; eis debita, & quæ si in seculo remanissent ius petendi, & exigendi haberent ipsis eorū Monasterijs acquirendi, non obstantibus quibuscūq; statutis, ordinationibus, & decretis cuiusuis Ecclesiasticæ, siue secularis personæ Cōmunicatis, Collegij, siue Vniuersitatis, aut alterius cuiuscūq; gradus, status, dignitatis, officij, & auctoritatis existāt presentium litterarū serie statuiimus, Præterea cū sæpe contingat, ob deuotionē, quam ad Monachos præfate Cōgregationis non nullæ personæ habent singularem ad præfatos Monachos, pro earū salute animarum recurrere; Nos volentes eorum deuotioni satisfacere, & in fauorem Religionis, ac obseruantie regularis, quod liceat huiusmodi personis ad dictæ Cōgregationis Prælatos, siue Monachos deputatos à suis Superioribus ad audiendum confessiones accedere, quas possint audire absq; aliquā dictarū personarū Superiorum licentiā, & contradictione, ac eis absolutionis beneficium impendere ab omnibus peccatis, & dispensare super omnes casus præter ea peccata, & eos casus, de quibus ipsis Confessoribus ad eorum Ordinarios videbitur recurrendum, aut de quibus esset Sedes Apostolica merito consulenda, & eis ministrare Eucharistiæ Sacramentum, de specialis dono gratiæ elargimur. Quin etiam cum Religionis fauore non nulla concedantur, quæ alias interdicti solent, quod si qui ex Monachis Cō-
- 18
- 19 gregationis præfate defectum natalium patiantur, in Monasterio tamen aliàs laudabiliter conuersati, huiusmodi defectu nõ

obſtante, ad ſacros Ordines, & officia Prælationes, Dignitates,  
 & Honores in eorum Monafterijs, & locis, iuxta conſtitutio-  
 neſeorũ liberè, & licitè valeant promoueri Cõgregationi me-  
 moratæ tenore præſentiũ indulgemus. Volentes in ſuper quod  
 20 Prælati Cõgregationis præfatæ licet munus benedictionis nõ  
 acceperint, perinde tamen Monafteria ipſius Cõgregationis  
 regere, & adminiſtrare, ac oēs actus in ipſis valeãt exercere, ac  
 21 ſi munus huiusmodi fuerint cõſequuti. Adijciẽtes etiã quòd ſi  
 quandoq; cõtigerit per aliquẽ, aut plures actus cõtã huiusmo-  
 di decreta, priuilegia, & ordinationes, aut ipſorũ aliquod à quo  
 cumq; cuiuſcunq; dignitatis, cõditionis, gradus, ſeu ſtatus exi-  
 ſtat ex negligentia, vel ignorantia præſentiũ, & futurorũ, qui-  
 buſhæc concedũtur, aut aliã quauis cauſã, propter quã fuerit  
 aliter attentatũ, vel pro tẽpore obſeruatũ, ignoranter, vel ſcien-  
 ter, nullũ tamẽ præiuditiũ decretis huiusmodi volumus gene-  
 rari, ſed in ſuo vigore, & robore permanere. Poſtremò cum ple-  
 22 rũq; contingat præ nimia importunitate petentiũ, ac negotio-  
 rum multitudine, & ſuppreſſione veritatis Sũmos Põtifces fa-  
 tigatos, aut circũuentos, ea concedere, quibus aliã nullatenus  
 annuerent, auctoritatẽ præſentiũ ſtatui mus, decernimus, & or-  
 dinamus quod quacũq; littere Apoſtolicæ, etiã proprio Mo-  
 tu cõfectæ, aut in futurũ cõficiendæ, etiã ſi in eiſ de clauſula, pri-  
 uilegijs, & indultis dictæ Cõgregationis cõceſſis nõ obſtatib<sup>9</sup>,  
 & de quibus expreſſa mẽtio fieri debeat, expreſſè contineatur,  
 quæ obuiet, & cõtãfaciant huic præſenti priuilegio, aut cui li-  
 bet eiꝯ particulæ, niſi appareat euidentiffimè, & apertiffimè, qđ  
 Sũmus Põtifex, qui pro tẽpore fuerit huic indulto vel alicui ei<sup>9</sup>  
 parti vellet per litteras Apoſtolicas derogare, facientes ſpecia-  
 lem mentionem de verbo ad verbum, & ex certã ſciẽtiã de hu-  
 iusmodi priuilegio, ac ipſa Congregatione diuerſis nominibus  
 eã nõminando, per hæc prætenſa vocabula, Cõgregationẽ Uni-  
 tatis, aliã de Obſeruantia Sanctæ Iuſtinæ nuncupatã, cauſaf-  
 quẽ legitimas allegauerit, cur hiſ obuiare intendat decretis, nul-  
 lius ſint roboris, vel momẽti. Nõ obſtañ: in Cõſtancienſi. & alijs

## XVI. PRIVILEGIUM

Concilijs, ac felicis recordationis Innocentio Quarto, & Martino Quinto, & alijs Summis Pontificibus prædecessoribus nostris, eorum constitutionibus, & ordinationibus, etiam si de illis speciali, & expressa ac de verbo ad verbum præsentibus mentio habenda esset, quibus quoad præmissa specialiter derogamus. Nec non Monasteriorum, Prioratum, & Ordinum prædictorum iuramento, confirmatione Apostolicâ, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, ceterisque in contrarium facientibus quibuscumque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrorum statuti, inhibitionis, voluntatis, mandati, concessionis, declarationis, liberationis, absolutionis, prohibitionis, constitutionis, elargitionis, ordinationis, & derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se noverit incursum. Datis Bononiæ anno Incarnationis Dominicæ Millesimo Quadringentesimo Tricesimo Sexto, Prædie Kalendas Iulij, Pontificatus nostri anno sexto.

¶ Circa ea quæ conceduntur numero. 5. & 6. vide quæ annotata sunt supra ad calcem. Priuilegij. 9.

¶ Circa concessionem exemptionis, &c. num. 7. vide annotata supra in fine Priuilegij. 6.

## XVI. PRIVILEGIUM

Innocentij Papæ. VIII. concessum Congregationi  
Sanctæ Iustiniæ anno Incarnationis Do-  
minicæ. 1485.

SVM.

## SUMMARIVM PRIVILEGII.

*Monachi discedentes à Monasterio, & obseruantia Congregationis, etiam auctoritate Apostolicâ, deferentes nihilominus habitum Congregationis, præmissâ trinâ canonicâ monitione, sub pænâ excommunicationis habitum huiusmodi dimittere sunt compellendi per Monachos Congregationis, inuocato etiam auxilio brachij secularis, & non obstantibus privilegijs eis sub quibuscunq; formis concessis.*

**I**NNOCENTIVS Papa octauus. Dilecti filij salutem & Apostolicam Benedictionem. Cum sicut nobis nuper exponi fecistis aliquando contingat à Cōgregatione vestrà Monachos aliquos discipulos, & ab obseruantia, bonoq; modo viuendi deuiare, volentes discedere, & etiam interdum auctoritate litterarum Apostolicarum ad alia Monasteria, seu loca Ordinis Sancti Benedicti se transferre, qui nihilominus post translationem, & discessum, huiusmodi habitum per Monachos dictæ Congregationis deferri solitum non dimitunt, non sine eiusdem Congregationis, atq; Religionis vestræ opprobrio, maloq; exemplo, & scandalo plurimorum, cum præfati Monachi illum ordinem viuendi non seruent, quem vos, Monachiq; vestræ Congregationis obseruant, sed aliàs indebitè, & contra obseruantiam regularem viuunt. Nos vestris in hac parte supplicationibus, vt pote iustis, & honestis inclinati, vobis quod de cetero perpetuis futuris temporibus liceat Monachis huiusmodi fugitiuis, vel quouis modo, etiam auctoritate Apostolicâ à corpore dictæ Congregationis separatis, quotiens illos cum habitu vestro reperientis præmissâ trinâ canonicâ

## XVII. PRIVILEGIUM

monitione sub poenâ excommunicationis, vt habitum huiusmodi dimittant præcipere, ac illum ab eisdem reuocare, inuocato etiam ad hoc, si opus fuerit auxilio brachij secularis auctoritate præmissâ tenore præsentium de specialis dono gratiæ indulgemus. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac quibusuis priuilegijs forsan eis sub quibusuis verborum formis, pro tempore concessis, ceterisque cõtrarijs quibuscũque. Datum Romæ apud Sãctum Petrum, sub anulo Piscatoris die decima Decembris anno Millesimo Quadringentesimo Octogesimo Quinto, Pontificatus nostri anno secundo. Ihe. Balbanus. A tergo. Dilectis filijs Præsidenti, Visitatoribus, & Prælatis, Monasteriorum, Prioratum & locorum Congregationis Sanctę Iustine de Paduâ, Ordinis Sancti Benedicti, eorumque Conuentibus pro tempore existentibus.

## XVII. PRIVILEGIUM,

Innocentij Papæ. VIII. concessum Congregationi Sanctę Iustine anno Incarnationis Dominicę. 1485.

## SUMMARIVM PRIVILEGII.

*Concedit, vt quia Monasteria particularia ex concessione Summi Pontificis habent licentiam alienandi bona minus utilia, usq; ad valorem ducentorum florenorum, Capitulum tamen generale, vel eius maior pars, vel ad minus duo ex Diffinitoribus faciant informationem, si venditiones, alienationes, permutationes, locationes*

tiones, &c. fiant in euidentem Monasteriorum Utilitatem, & si expediens fuerit, licentiam largiri possint Bona quaecumq;, etiam dictum valorem excedentis vendendi, alienandi, permutandi, vel in affectum & emphiteosim perpetuam, vel ad tempus concedendi, & pretia Bonorum venditorum in emptionem aliorum Bonorum immobilium conuertantur.

**I**NNOCENTIUS Episcopus seruus seruorum Dei. Dilectis filijs Diffinitoribus, Capituli generalis Congregationis Monachorum Sanctæ Iustine de Paduâ, Ordinis Sancti Benedicti, Salutis & Apostolicam Benedictionem. Ex iniuncto nobis desuper Apostolicæ seruitutis officio, ad ea libetè intedimus, per quæ Monasteriorum, & aliorum Religiosorum locorum quorumlibet utilitas procuratur, & vt illa optatum sortiantur effectum, cum à nobis petitur fauorem Apostolicum liberaliter impartimur. Sanè nobis nuper exhibita pro parte dilectorum filiorum Præsidentis, & Visitatorum, ac Capituli generalis Congregationis Sanctæ Iustine de Paduâ, Ordinis Sancti Benedicti petitio continebat, quod sæpe contingit Monasteria, Prioratus, & alia religiosa loca dictæ Congregationis, nec non membra ab illis dependentia, inter alia illorum immobilia Bona habere aliquas terras, & alia immobilia Bona, quæ cum eis parum utilia, seu minus commoda existunt, expediret eis illa vendere, & pretium ex eis inde proueniens in alia immobilia Bona utiliora, & commodiora conuertere, seu pro alijs possessionibus, & immobilibus Bonis utilioribus, & commodioribus permutare, aut in feudum, vel in emphiteosim, siue libellum, & affectum perpetuum, vel ad tempus sub aliquo annuo censu, siue canone condecens locare, & concedere, nam exinde profecto Monasteriorum, Prioratuum, locorum, & membrorum præ-

XVII. PRIVILEGIUM

dictorum conditio longè melior efficeretur, vel quæ in euidentem illorum cederet utilitatem. Quare pro parte Præsidentis, Visitatorum, & Capituli prædictorum nobis fuit humiliter supplicatum, vt vobis, quibus, vt asserunt licet Apostolicâ auctoritate omnibus, & singulis Abbatibus, & alijs Prælati, Prioribus, ac Cõuentibus Monasteriorum, locorum, Priorarum, & membrorum prædictorum, pro tempore existentibus quæcumque possessiones, & alia immobilia Bona minus vtilia, minusque commoda, huiusmodi valorem tamen ducentorû florenorum, secundum communem æstimationem non excedentia vendendi, & alienandi, ac permutandi, in feudum seu emphyteosim, vel libellum & affectum perpetuo, vel ad tempus locandi, & concedendi, quotiens expedit licetiam largiri, quod etiam si Bona huiusmodi dictum valorem excederent, licentiam huiusmodi pari modo largiri liberè, & licitè valeatis: ipsique Abbates, Prælati, Priores, Conuentus obtentâ à nobis defuper licentiâ huiusmodi, ad bonorum eorundem etiâ dictum valorem excedentium venditiones, permutationes, locationes, in feudum & libellum, ac emphyteosim locationes, concessiones, aliaq; alienationes procedere possint, concedere, aliaq; in præmissis opportunè providere de benignitate Apostolicâ dignemur. Nos igitur huiusmodi supplicationibus inclinati, discretioni vestræ per Apostolica scripta mādamus, quatenus vos, vel maior pars, aut ad minus duo vestrum bonis de quorum venditione, permutatione, locatione, in feudum seu emphyteosim concessione & alienatione pro tempore ageretur, huiusmodi prius corâ vobis specificatis, de omnib⁹, & singulis quæ pro obtinendâ licentiâ huiusmodi per eosdē Abbates, Prælatos, Priores, & Conuentus nobis pro tẽpore exponi contigerit, ac eorû circũstantijs vniuersis auctoritate nostrâ cõiunctim seruata formâ litterarû Pauli prædecessoris huiusmodi diligenter vos informetis, & si per informationē eandem, ea sic pro tẽpore exposita vera esse, ac venditiones, alienationes, permutationes,



locationes, & concessiones prædictas si fiant in euidètem Monasteriorum, Prioratum, Membrorum, & locorum prædictorum, quorum illa fuerint, vtilitatem cedere reperieritis, eisdè Abbatibus, Prælatibus, Prioribus, & Conuentibus id petentibus, quotiens expediens fuerit possessiones, & bona quæcumque huiusmodi, etiam dictum valorem excedètia, pro pretijs competentibus vendendi, & alienandi, seu illa pro alijs possessionibus, & Bonis immobilibus vtilioribus, & commodioribus commutandi, aut quibusuis personis, etiam secularibus in eadem emphyteosim, vel libellum, & affictum perpetuum, vel ad tempus pro condecanti & annuo canone seu censu locandi, & concedendi dictâ auctoritate licentiam largiamini. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac statutis, & consuetudinibus Monasteriorum, Prioratum, locorum, Membrorum Congregationis, & Ordinis prædictorum, iuramento confirmatione Apostolicâ, vel quavis firmitate aliâ roboratis: Quodque vos de personis in Ecclesiasticâ dignitate constitutis, quibus litteræ Apostolicæ dirigi debent non sitis, ceterisque contrarijs quibuscumque. Prouiso quod si possessiones, & Bona huiusmodi vendi contigerit, vt præfertur pretium siue pretia, ex illis proueniens, siue prouenientia, penes eadem sacram, etiam dictâ Congregationis, aut fide & facultatibus idoneam personam, cum obligationibus, recognitionibus, & cautelis in talibus apponi solitis, deponantur, & in emptionem aliorum immobilium Bonorum eisdem Monasterijs, Prioratibus, locis & Membris, quorum erant Bona vendita huiusmodi commodiorum, & vtilium, & non in aliâ causam omnino conuertantur. Datum Roma apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicæ Millesimo Quadringentesimo Octogesimo Quinto, Tertio Kalendas Decembris, Pontificatus nostri anno secundo.

## XVII. PRIVILEGIUM,

Innocentij Papæ. VIII. concessum Congregationi Sanctæ Iustinæ anno Incarnationis Dominicæ 1485.

## SUMMARIVM PRIVILEGII.

- 1 Insuper Privilegium Pauli Papæ Secundi quo cauet, ut commissarij, quibus delegata est commissio alienationum rerum Ecclesiasticarum, an scilicet sint in evidentem utilitatem, præstent id officium cautè, & diligenter, non per gratiam, aut timorem alienationibus consentientes, sub pænis hic expressis, &c.
- 2 In litteris commissionis, huiusmodi statutum inseratur, & commissarij de pænis constitutionis huius moveantur.
- 3 Abbates, & Prælati Monasteriorum ex concessione Apostolicâ possunt bona minus utilia Monasteriorum, ducentorum florenorum valorem non excedentia alienare, permutare, &c. Capitulum tamen generale, seu eius maior pars, vel ad minus duo Diffinitores factâ informatione, si alienationes, permutationes, locationes, & concessiones Bonorum Monasteriorum fiant in evidentem utilitatem, possint licentiam largiri cuicumq; Monasterio eas faciendi, etiam si excedant dictum valorem.
- 4 Pretium ex rebus venditis proveniens penes eadem

*sacram dictæ Congregationis, aut fide, & facultati-  
bus idoneam personam, cum obligationibus, & cau-  
telis necessarijs deponatur, & in emptionem aliorum  
Bonorum immobilium commodiorum, & vtilium  
eisdem Monasterijs, & non in aliam causam con-  
uertatur.*

**I**NNOCENTIVS Episcopus servus servorum Dei. Di-  
lectis filijs Distinguitis Capituli generalis Congregatio-  
nis Monachorum Sanctæ Iustinæ de Paduâ, Ordinis Sancti  
Benedicti, salutem & Apostolicam Benedictionem. Ex iniun-  
cto nobis de super Apostolicæ servitutis officio, ad ea libenter  
intendimus, per quæ Monasteriorum, & aliorum Religioso-  
rum locorum quorumlibet vtilitas procuratur, & vt illa opta-  
tum sortiantur effectum, cum à nobis, petitur favorem Apo-  
stolicum liberaliter impartimur. Dudum siquidem à felicis re-  
cordationis Paulo Papa Secundo prædecessore nostro emana-  
runt litteræ tenoris subsequentijs. PAVLVS Episcopus ser-  
uus servorum Dei ad perpetuam rei memoriam, Cum in om-  
nibus iuditijs sit rectitudo iustitiæ, & conscientiæ puritas ob-  
servanda, id multo magis in commisionibus alienationum  
rerum Ecclesiasticarum convenit observari, in quibus de Chri-  
sti patrimonio, & dispensatione pauperum, non de proprio cu-  
iusque peculio agitur, vel tractatur: quapropter oportet, vt in  
examinandis huiusmodi alienationum causis quæ à Sede A-  
postolicâ in formâ, Si in evidentem vtilitatem cedat, oneratis  
Ecclesiasticorum iudicum conscientijs delegantur, nihil favor  
vsurpet, nil timor extorqueat, nulla expectatio præmij iusti-  
tiam, conscientiamque similiter vertat, monemus igitur, &  
sub interminatione diuinij iudicij omnibus Commissarijs, &  
Delegatis huiusmodi districtè præcipimus, vt cautè, & diligen-  
ter attendant causas in litteris Apostolicis per supplicantes

XVIII. PRIVILEGIUM

expressas, illasque sollicitè examinent, atque discutiant, testes, & probationes super narratorum, veritate recipiant, & solum Deum præ oculis habentes, omni timore, aut favore deposito Ecclesiarum indemnitatibus consulant nec in læsionem, aut detrimentum earundem decretum quomodolibet interponant: si quis autem Commissarius, aut delegatus conscientia suæ prodigus in grauen, aut detrimentum Ecclesiæ, per gratiam, timorem, vel sordes alienationi consenserit, aut decretum, vel auctoritatem interposuerit, inferior quidem Episcopo sententiam excommunicationis incurrat, Episcopus verò aut Superior ab executione officij per annum nouerit se suspensum, ad æstimationem detrimenti Ecclesiæ lati, nihilominus condemnandus, sciturus quòd si suspensione durante damnabiliter ingesserit se diuinis irregularitatis laqueo se inuoluet, à quo nisi per Summum Pontificem poterit liberari. Is verò; qui dolo, vel fraude, aut scienter in detrimentum Ecclesiarum alienationem fieri procurauerit, aut per sordes, vel impressione alienationis decretum extorserit similem sententiam excommunicationis incurrat, à quâ non nisi per Romanum Pontificem possit absolui, ac restitutis nihilominus rerum alienatarum cù fructibus, quamcumque de præmissis constiterit, condemnandus. Volumus autem, quod Commissarij, & Delegati prædicti de pœnis constitutionis nostræ specificè moneantur, & in quibuscumque litteris commissionis huiusmodi hoc statutum nostrum inferatur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ monitionis, præcepti, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Dominicæ Millesimo Quadringentesimo Sexagesimo Quinto, Quinto Idus Maij, Pontificatus nostri anno primo. Et deinde nobis nuper exhibita pro parte dilectorum filiorum Præsidentis, & Vi-

litato-

sitatorum, ac Capituli generalis Congregationis Sanctæ Iustinae de Padua Ordinis Sancti Benedicti petitio cōtinebat, quod saepe cōtingit Monasteria, Prioratus, & alia Religiosa loca dictæ Congregationis, nec non Membra ab illis dependentia inter alia illorum immobilia Bona, quæ cum eis parum vtilia, seu minus commoda existunt, expedierit eis illa vèdere, & pretiū inde proueniens in alia immobilia Bona vtiliora, & commodiora convertere, seu pro alijs possessionibus, seu immobilibus Bonis vtilioribus, & commodioribus permutare, aut in feudum, vel emphiteosim, siue libellum, & affictum perpetuum, vel ad tempus, siue canone concedenti locare, & concedere, nam exinde profecto Monasteriorum, Prioratum, & locorum, ac Membrorum prædictorum conditio melior efficeretur, idque in euidentem illorum cederet vtilitatem. Quare pro parte Præsidentis, Visitatorum, & Capituli prædictorum nobis fuit humiliter supplicatum, vt vobis quibus, vt asserunt licet Apostolicâ auctoritate singulis Abbatibus, Prioribus, & alijs Prælatibus, ac Conuentibus Monasteriorum, locorum, Prioratum, & Membrorum prædictorum pro tempore existentibus, quæcumque possessiones, & alia Bona immobilia, minus vtilia, minusque commoda huiusmodi valorem tantum ducentorum florenorum, secundum communem æstimationem non excedentia vendendi, alienandi, & permutandi, in feudum seu emphiteosim, vel libellum & affictum perpetuè, vel ad tempus locandi, & concedendi quotiens expedierit licentiam largiri, quod etiam si Bona huiusmodi dictum valorem excederent, licentiam huiusmodi pari modo largiri liberè, & licitè valeatis. Ipsi que Abbates, Prælati, Priores, & Conuentus obtentâ à nobis de super licentiâ huiusmodi ad Bonorum eorundem, etiam dictum valorem excedentium venditiones, permutationes, locationes, in feudum, & libellum, ac in emphiteosim locationes, concessiones, aliasque alienationes procedere possint concedere, aliasque in præmissis opportunè providere de be-

nignite Apostolicâ dignaremur. Nos igitur huiusmodi supplicationibus inclinati, discretioni vestrâ per Apostolica scripta mandamus, quatenus vos, vel maior pars, aut ad minus duo vestrum, Bonis de quorum venditione, permutatione, locatione, in feudum seu emphiteosim concessione, & alienatione pro tempore ageretur huiusmodi prius coram vobis specificatis, de omnibus, & singulis, quæ pro obtinendâ licentiâ huiusmodi per eosdem, Abbates, Prælatos, Priores & Cōuentus vobis pro tempore exponi contigerit, ac eorum circumstantijs vniuersis auctoritate nostra coniunctim seruata formâ litterarum Pauli Secundi prædecessoris huiusmodi, diligenter vos informetis, & si per informationem eandem, eaquæ sic pro tempore exposita vera esse, ac venditiones, alienationes, permutationes, locationes, & concessiones prædictas si fiant in eundem Monasteriorum, Prioratum, Membrorum, & locorum prædictorum, quorum illa fuerint vtilitatem cedere reperietis, easdē Abbatibus, Prælatibus, Prioribus, & Conuentibus id petentibus, quotiens expediens fuerit, possessiones, & bona quæcumquæ huiusmodi, etiam dictum valorem excedentia pro pretijs competentibus vendendi, & alienandi, seu illa pro alijs possessionibus, & bonis immobilibus, vtilioribus, & cōmodioribus permutandi, aut quibusuis personis, etiam secularibus in eandem emphiteosim, vel libellum & assectum perpetuò, vel ad tēpus pro concedenti annuo canone, seu censu locandi, & concedendi dicta auctoritate licentiam largiamini. Non obstantibus cōstitutionibus, & ordinationibus Apostolicis ac statutis, & consuetudinibus Monasteriorum, Prioratum, Locorum, Membrorum Congregationis, & Ordinis prædictorum iuramento cōfirmatione Apostolicâ, vel quavis firmitate aliâ roboratis: quodque vos de personis in dignitate Ecclesiasticâ constitutis, quibus litteræ Apostolicæ dirigi debent non sitis, ceterisque  
 4 contrarijs quibuscumque. Prouiso quod, si possessiones, & Bona huiusmodi vendi contigerit, vt præfertur, pretium, siue pro  
 tia,

ria, ex illis proueniens, siue prouenientia, penes eandem sacram etiam dictæ Congregationis, aut fide & facultatibus idoneam personam cum obligationibus, recognitionibus, & cautelis in talibus apponi solitis deponatur, & in emptionem aliorum immobilium Bonorum eisdem Monasterijs, Prioratibus, locis, & Membris, quorum erant Bona vendita huiusmodi commodiorum, & utilium, & non in aliam causam omnino conuertantur. Datum Romæ apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Dominicæ Millesimo Quadringentesimo Octogesimo Quinto, Tertio Kalendas Decembris, Põtificatus nostri anno secundo.

XIX. PRIVILEGIUM,

Innocentij Papæ. VIII. concessum Congregationi Sanctæ Iustinæ anno Incarnationis Dominicæ. 1485.

SUMMARIVM PRIVILEGII.

- 1 Quæcumq; personæ Ecclesiasticæ in dignitate constitutæ, quæ de iure communi possent deputari Conservatores, presentantibus Monachis litteras Eugenij eorum privilegia continentes, eas liberè & licitè exequi possunt iuxta earum tenorem, ac si eis à principio directæ fuissent.
- 2 Prædictæ personæ tenentur statim ac requisitæ fuerint pro parte Monachorum, tales litteras exequi, prout facerent, si à principio essent eis directæ.

INNOCENTIVS Papa octauus. Dilecti filij salutè & apostolicam Benedictionem Nobis nuper exponi fecistis, quod alias à felicis recordationis Eugenio Papa Quarto prædecessore nostro vobis aduersus inferentes Ecclesijs, Castris, Villis, & alijs

alijs locis vestrae Congregationis, nec non privilegijs, iuribus, & iurisdictionibus illis concessis molestias, violentias, iniurias, atque damna concessi fuerunt quidam Conseruatores, prout in litteris ipsius Eugenij praedecessoris desuper confectis, quarum tenores, ac si de verbo ad verbum praesentibus infererentur haberi volumus pro sufficienter expressis, plenius continentur: & cum contingat saepe numero Conseruatores praedictos per vos commodè haberi, & eos aliquando eorum iurisdictiones ex eo exercere non posse, quod Ecclesias, & Monasteria, quarum ratione deputati sunt Conseruatores obtineant in commendam, non sine magno vestro, ac Monasteriorum, Prioratum, & locorum praedictorum dispendio: Nos indemnitati vestrae super hoc opportunè providere volentes, vestris in hac parte supplicationibus inclinati, vobis, quod quaecumque personae Ecclesiasticae in dignitate constitutae, quae alias de iure communi possint deputari Conseruatores, quibus litteras Eugenij praedecessoris huiusmodi duxeritis praesentandas, litteras praedictas liberè, & licitè exequi possint, aliàs in omnibus, & per omnia, iuxta dictarum litterarum continentiam, & tenorem, ac si eis à principio directae fuissent & dirigerentur auctoritate Apostolicâ, tenore praesentium, de specialis dono gratiae indulgemus. Mandantes nihilominus in virtute sanctae obedientiae eisdem personis, vt postquam pro parte vestra fuerint super hoc requisiti ad executionem litterarum huiusmodi omnino procedere debeant, & teneantur, prout facerent, si dictae litterae eis, vt praefertur à principio directae fuissent, & dirigerentur. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, nec non omnibus illis, quae idem Eugenius praedecessor in suis litteris praedictis voluit non obstare, ceterisque contrarijs quibuscumque. Datum Romae apud Sanctum Petrum sub annulo piscatoris die vigesima octava mensis Nouembris anno Millesimo Quadringentesimo Octogesimo Quinto, Pontificatus nostri anno secundo. Ihe. Balbanus. A tergo dilectis

filijs



filijs Præsidenti, Visitationibus, & Prælatis, Monasteriorũ, Prioratuum & locorum Congregationis Sanctę Iustinae de Paduã Ordinis Sancti Benedicti pro tempore existentibus, illorumque Conuentibus.

X X. PRIVILEGIUM.

Innocentij Papæ. VIII. concessum Congregationi Sanctę Iustinae anno Incarnationis Dominicę. 1486.

SUMMARIVM PRIVILEGII.

Uniuersi, & singuli, quibus causa auctoritate litterarum Apostolicarum delegari possunt, quotiens fuerint pro parte Abbatum, Priorum, & Conuentuum, aut allicuius eorum legitime requisiti super talium litterarũ executione, iuxta earum formam, eas exequantur per se, vel per alios, ac si à principio eis directę fuissent, & eis, ut licet alias Conseruatores esse nequirent, illas exequerentur, mandatum nominatim extitisset.

INNOCENTIVS Episcopus seruus seruorum Dei. Dilectis filijs Congregationis Monachorum Sanctę Iustinae Paduan. Ordinis Sancti Benedicti, salutem & Apostolicam Benedictionem. Deuotionis augmentum nobis Deo propitio provenire confidimus, si super his, quę pro vestra tranquillitate, & submouendis molestijs, & turbationibus, ut in contemplationis suauitate quiescere valeatis, prout cupitis nos benignos, ac favorabiles habeatis. Sanẽ pro parte vestrã nobis nuper exhibita petitio contrinebat, quod si vobis in genere ac Abbatibus, Prioribus, & Conuentibus Monasteriorum, Prioratuum, &

XX. PRIVILEGIUM

Membrorum vestrae Congregationis vbilibet per orbem consistentium concederetur, quod omnes, & singuli, quibus causa per rescripta Apostolicae Sedis delegari de iure possint, ad executionem quarumcūq; litterarū dictae Sedis, Conseruatorialiu nuncupatarū, per quas vobis, Monasterijs, Prioratibus, Mēbris, Abbatibus, Prioribus, & Conuentibus praefatis dati, & deputati sunt, & protēpore dabuntur, & deputabuntur, aliqui nominati Conseruatores contra inferētes, vobis, & illis molestias, iniurias, grauamina, & dāna, & cū potestate cognoscendi de his quae iudicialē requirūt indaginē exequi possint, & deberēt toties, quoties cōtigerit eos requiri, exinde profectō vobis, & Monasterijs, Prioratibus, Mēbris, & Abbatibus, Prioribus, & Cōuentibus vestris praefatis in praemissis lōgē plenius, & vberius cōsuleretur facilitateq; & pleniorē reportaretis ex eis vos Abbates, Priores, & Cōuentus praefati fructū, & vtilitatē, nā varijs plerūque respectibus, à deputatis Cōseruatorib⁹ opportuna remedia, iuxta litterarū earundem continentia, vos & illi habere nō potestis: quare pro parte vestra nobis fuit humiliter supplicarū, vt vobis Monasterijs, Prioratibus, Mēbris, Abbatibus, Prioribus, & Cōuentibus praefatis, qui huiusmodi litterarū Cōseruatorialiu executionē ab omnibus, quibus causae per rescripta Apostolica delegari possunt obtinere liberē, & licitē valeatis, perinde ac si illae eis omnibus à principio directae fuissent, cōcedere aliasq; in praemissis opportunē providere de benignitate Apostolicā dignaremur. Nos igitur, qui regulare vitā professis libenter omnē inquietudinis materiā subtrahimus, vestrūq; statū prosperum, & trāquillū paterno desideramus affectu, huiusmodi supplicationibus inclinati, Vniuersis, & singulis, quibus, causa auctoritate litterarū Apostolicarū possunt mandamus, vt dum, & quotiens fuerint pro parte vestrā Abbatū, Priorum, & Cōuentū praedictorū, aut alicuius eorū legitimē requisiti, super talū litterarū executione, ad illarū executionē perpetuis futuris tēporibus procedere possint, & debeāt per se, vel alios

alias

aliàs iuxta earū continētīā atq; formā in omnib<sup>9</sup>, & per omnia, perinde ac si litterę Apostolicę ipsę à principio eis directę fuisset, & eis vt licet aliàs Cōseruatores esse nequirēt illas exequeretur mādātū nominatim extitisset. Nō obstāt<sup>9</sup> præmissis, ac cōstitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, nec nō omnib<sup>9</sup> illis, quæ in dictis litteris cōcessum est, nō obstare, ceterisq; cōtrarijs quibuscūq;. Nulli ergo omnino hominū liceat hanc pānā nostri mādātī infringere, vel ei ausu temerario cōtraire. Si quis autē hoc attētare præsumperit indignationē Omnipotentis Dei, ac Beatorū Petri, & Pauli Apostolorū eius se nouerit incursurū. Datū Romæ apud Sanctū Petrum anno Incarnationis Dominicę Millesimo Quadringentesimo Octogesimo Sexto, Idibus Iunij, Pontificatus nostri anno secundo.

## X X I. P R I V I L E G I V M,

Alexandri Papæ. VI. Congregationi Sanctę Iustinę concessum, anno Incarnationis Dominicę. 1501.

### S V M M A R I V M P R I V I L E G I I.

- 1 Motu proprio confirmat priuilegia Eugenij Quarti concessa in fauorem Congregationis, nec nō omnia, & singula alia priuilegia, indulta, & exemptiones, ac immunitates, tam Congregationi, quàm particularibus Monasterijs per Romanos Pontifices concessa.
- 2 Dubia emergētia in quocumq; ex dictis priuilegijs, datā verborum ambiguitate, & variā peritorum interpretatione in fauorem Congregationis, & locorū particularium eius sunt interpretanda.
- 3 Priuilegia, cuiuscumq; Monasterij sunt cōmuniā uniuersę Congregationi, & eius particularibus Monasterijs, quando ipsis adaptari & conuenire possunt.

4 Monasteria & beneficia, quæ vigore litterarum Eugenij receperunt sub quocumq; modo, & pacto; super retentione bonorum, Congregationi confirmantur sup-  
plenturq; quicumq; defectus, &c.

5 Reuocantur quacumq; impetrationes, seu concessionez de dictis Monasterijs, & beneficijs quomodocumq; & quocumq; pretextu factæ, explicaturq; mens Eugenij.



**A**LXANDER Episcopus seruus seruorum Dei ad perpetuam rei memoriam. Inter ceteros religionis Monasticæ professores, quibus velut rutilantibus gemmis militans decoratur Ecclesia, dilectos filios Monachos Congregationis Sanctæ Iustinæ de Padua, Ordinis Sancti Benedicti, qui vitæ munditiæ & caritatis feruore, & continentiæ cingulo lumbos accincti mortui mundo, ac Domino viuentes ipsam militantem Ecclesiam alijs pluribus eorum virtutum donis illustrent, specialis dilectionis prærogatiuâ prosequimur, vnde ijs, quæ pro eorum felici successu ad Dei laudem, & Religionis propagationem prouidâ consideratione ordinata, & concessa fore noscuntur Apostolici muniminis libenter adijcimus firmitatem, vt eo firmius illibata persistant, quo magis fuerint Apostolicæ Sedis præsidio circumfulta: nostræ etiam declarationis oraculo ea declarantes, prout in Domino conspiciamus salubriter expedire. Dudum si quidē felicitis recordationis Eugenius Papa Quartus, prædecessor noster attendens, quod piæ memoriæ Martinus Papa Quintus, etiam prædecessor noster nonnulla eidem Monachis præfatæ Congregationis Sanctæ Iustinæ contulerat priuilegia, quæ nõ vsq; adeo ad pleniorē eiusdem Congregationis soliditatē augmentum due erāt sufficiētiora. Idcirco idem Eugenius prædecessor

decessor propter dictorum Monachorum laudabilem vitam,  
 & exemplares mores, sibi etiam antequam ad Summū Apo-  
 stolatū sapientem assumeretur cognitos præfati Martini præde-  
 cessoris vestigijs in hærendo, atque vbi opportunum fuerat nõ  
 nulla innouando, & adiuciendo Motu proprio, auctoritate A-  
 postolicâ, & ex certâ scientiâ nec non irrefragabili perpetuâq;  
 Cõstitutione sanciuir, & statuit, voluit pariter & ordinauit,  
 quod omnes, & singuli dictæ Congregationis ordinem ipsum  
 professi tunc præsentēs & futuri quamuis in diuersis pro tem-  
 pore Monasterijs seu locis morarentur vnum tantum corpus  
 & vna Congregatio existerent quam quidem Congregatio-  
 nem auctoritate, & scientiâ similibus approbauit, & vt à Chri-  
 sti fidelibus in reuerentiâ & deuotione haberetur eam sub Or-  
 dine & regula Sancti Benedicti esse declarauit, atque cõstituit,  
 quodque pro eorum salubriori statu in loco ad id congruo ge-  
 nerale, iuxta laudabilem, quæ de super dudum vigerat consue-  
 tudinem, Capitulum per eos singulis annis celebraretur, nec il-  
 lud postquam inchoatum foret, donec pro alio futuro celebrâ-  
 do Capitulo similis locus electus, & acceptatus existeret quo-  
 modolibet dissolueretur, in quo quidem Capitulo nouem ex  
 illis, qui in illo vocem habere poterant eligerentur Diffinito-  
 res, qui sic electi totum Capitulum præfatum repræsentantes  
 pro salubri dictæ Congregationis successu statuta, constitutio-  
 nes, ac ordinationes, ac omnia, & singula, quæ in spiritualibus,  
 & temporalibus ipsius Congregationis, ac præfata regulæ sta-  
 tum, obseruantiam, & indemnitate, nec nõ circa diuini offi-  
 cij directionem, & ordinationem, absque tamen ipsius regulæ  
 variatione substantiæ, vel effectus interpretationem, seu decla-  
 rationem quomodolibet cõcernere poterant, auctoritate præ-  
 dictâ instituendi, ordinandi, interpretandi, declarandi, nec nõ  
 ea, quæ sic instituta ordinata, interpretata, vel declarata forent  
 in totum, vel in partem prout rerum, & temporum qualitates  
 exigerent amouendi, alterandi, & in medium commutandi

## XXI. PRIVILEGIUM

plenam, & liberam in omnibus haberent facultatem, quo-  
 rum Diffinitorum statutis, constitutionibus, ordinationi-  
 bus, diffinitionibus, & correctionibus singuli de Congre-  
 gatione huiusmodi cuiuscumque dignitatis, status, gradus,  
 siue conditionis existerent in omnibus efficaciter parere te-  
 nerentur. Volens, ac statuens, quod huiusmodi Diffinito-  
 res de præfatis Monasteriis, & locis, ac eorum bonis, prout  
 utilitatibus præfatae Congregationis videretur eis expedire  
 liberè disponere, nec nõ ex ipsis Monachis tunc præsentibus,  
 & futuris, quos ad id idoneos iudicarent in Abbates, &  
 Priores vacantium pro tempore Monasteriorum, ac Prio-  
 ratuum huiusmodi, aliàs iuxta dictæ Congregationis, con-  
 stitutiones, ordinationes, ac statuta eligere seu nominare,  
 nec non ad beneplacitum eorum taliter electos, seu nomi-  
 natos absque aliquâ causæ cognitione à regimine & ad-  
 ministratione dictorum Monasteriorum, & Prioratuum,  
 quibus tunc præessent, & quæ tunc propterea vacare cen-  
 serentur absolvere, & amovere, ac etiam omnia, & singu-  
 la, quæ in præmissis omnibus, & circa ea quomolibet ne-  
 cessaria, & opportuna forent facere, & exequi liberè, & lici-  
 tè possent, & valerent. Et ne post dissolutionem huiusmo-  
 di Capituli præfata Congregatio regiminis solatio destituta  
 remaneret quinque vel plures, prout Diffinitoribus ipsis vi-  
 sum foret Visitatores deputarentur, quorum vnus iuxta ipso-  
 rum Diffinitorum dispositionem Præsidentis vicem, no-  
 menque susciperet, & ad eum secundum huiusmodi decre-  
 ta Capituli singula præfatae Congregationis negotia defer-  
 rentur ipsique Præsidentis, & Visitatores omnia, & singula  
 facerent, disponerent, & exequerentur, super quibus ab  
 huiusmodi Capitulo muniti potestate forent, vel quæ ab eo  
 recepissent in commissis, ac aliàs iuxta eorum constitu-  
 tiones, & statuta, quorum officia vsque ad sequens anno

proxi-

proximo futuro tunc celebrandum huiusmodi Congregationis Capitulum durarent. Locus autem Capituli præfati postquam electus, & acceptatus foret absque rationabili causâ, de Præsidentis quoque, nec non maioris partis Visitatorum, eorundem assensu nullatenus immutaretur, ac quod omnes, & singuli tunc præsentés, & futuri dictæ Congregationis Prælati, nec non Monachi, Conuersi, & Commissi sub præfatorum Visitatorum, & consequenter illorum Prælatorum, in quorum Monasteriis, siue locis ipsi Monachi, Conuersi, & Commissi morarentur obedientiis subsisterent, eas hinc inde, prout decens foret impensuri, & insuper ne facilitate præcipiti Religionis iugum quis acceptaret, nullus ex Monasteriorum, seu locorum huiusmodi Prælatus absque deliberatione maturâ, nec non duarum partium siue Conuentus assensu quempiam in Monachum; siue Conuersum Monasterij sui, siue loci, cui præset quomodolibet ad professionem reciperet aliter vero inibi recepto, nisi postea prædictus accederet assensus stare, vel morari ibidem esset penitus interdictum, & vt cuilibet materia turbationis adempta personæ Congregationis huiusmodi quietius Altissimo famulari, omnes & singuli, quos de Prioribus in quibus professi forent Monasterijs, & locis ad alia tunc præsentia & futura dictæ Congregationis Monasteria, siue loca iuxta ordinationem Capituli huiusmodi transferri contingeret, aut alias pro conuentualibus quomodolibet deputati, ex tunc ab ipsis Prioribus, Monasterijs, atque locis realiter absoluti essent, & aliorum Monasteriorum locorumque prædictorum quando starent ibidem Monachi, & suppositi reputarentur, & pro conuentualibus inibi haberentur in actibus, & negotijs Capitularibus, ac si ibidem professi forent, ac ne præmissorum occasione, Monasteriis, & locis Congregationis

## XXI. PRIVILEGIUM.

huiusmodi, vel eorum alicui detractum fore quomodolibet æstimaretur. Omnia Monasteria, & loca prædicta, nec non illorum Prælati, atq; personæ quibuslibet eis à Sede Apostolicâ, vel aliâs qualitercumq; concessis de iure, seu de consuetudine quomodolibet debitis iuribus præ eminentiis, ac dignitatibus inconcussè gauderent, & vterentur, dum modo illa præmissis, & aliis huiusmodi Congregationis, Ordinationibus, & institutis non obsisterent: ne propterea ex Monasteriis ipsius vnum reputaretur alteri subiectum, sed eis in sua libertate remanentibus illa vicissitudinis adminiculo coniuncta, sub felici dictæ Congregationis regimine conformi regularis observantia gressu, sibi inuicem suffragaretur. Adiecit etiam idem Eugenius prædecessor, quod quotiescumq; Prælati aliquis Monasterium, cui præesset ad eiusdem Congregationis observantiam reducere, & sub illâ reformare eligeret, iuxta statuta, decreta, nec non Ordinationes Congregationis huiusmodi prout congruentius posset ipsam reformationem faceret, eiusq; de super acta, conventiones, & modi, quæ de consensu Congregationis eiusdem, vel illorum, quos ad id deputaverit in formâ publicam redacta forent, eo ipso confirmationis Apostolicæ essent robore suffulti, & quia dictus Martinus prædecessor præfate Congregationi concesserat, quod vacantibus Monasteriis, quæ tunc erant dictæ Congregationis electiones ritè, & canonicè celebratæ à duabus partibus eligentium auctoritate Apostolicâ confirmatæ ipso facto celerentur, quodq; de omnibus redditibus Monasteriorum præfatorum quinta pars pro decenti sustentatione Prælatorum deputaretur, aliæ verò quatuor partes per cellerarios, absq; contradictione Prælatorum in Monachorum, & Conventuum utilitates dispensarentur, idem Eugenius prædecessor attendens, quod huiusmodi ordinationes, & decreta non ad conservationem, & augmentum dictæ Congregationis, sed ad eius dispendium maximum cedebant, & detrimentum, omnia & singula statuta, & ordina-

tiones



tiones ac decreta electionum, ac reddituum diuisiones huius  
 modi reuocauit, pariter & annullauit, volens & statuens, quod  
 electiones Abbatum, & Priorum ad dictæ Congregationis Ca  
 pitulum generale, aut Præsidentem, & Visitatores iuxta cõces  
 sam eis vt præmittitur facultatem, ac eorum constitutiones, &  
 statuta pertinerent, quibus staliter electis iuxta Regulam Beati  
 Benedicti, & eorum Constitutiones, Monasteria ipsa, siue lo  
 ca, & bona tam in spiritualibus, quàm in temporalibus regen  
 di, & gubernandi libera, & licita esset facultas, prout in litteris  
 eiusdẽ Eugenij prædecessoris nostri de super confectis plenius  
 continetur. Nos igitur, qui dudum inter alia statuimus, & ordi  
 nauimus generalem absolutionem à cõsuris Ecclesiasticis, qui  
 bus personæ, pro quibus litteræ Apostolicæ emanarent ligatæ  
 forent, ad effectum litterarum earundem indifferenter conce  
 di, & in litteris Apostolicis apponi solitis non suffragari, non  
 parentibus rei iudicatæ, qui propterea aut in certis casibus tunc  
 expressis à iure, vel ab homine, per quatuor menses scienter ex  
 communicationis huiusmodi sententiam sustinerent, & gene  
 raliter quibuscumque alijs, qui censuris aliquibus, etiam alijs  
 quàm vt præmittitur, quomodolibet ligati in illis per annum  
 continuo infordissent, quiq; eandem Congregationem,  
 & illius Monachos propter eorum exemplarem vitam, com  
 probatosque mores, ac vitæ sanctimoniam non minori dile  
 ctione, quàm ipse Eugenius prædecessor, dum viueret fa  
 ciebat prosequimur: Volentes quieti, & paci Congregatio  
 nis prædictæ, ac illius pro tempore Præsidentium, & Dif  
 finitorum, ac singularum personarum paci, & quieti op  
 portune prouidere, ac Præsidentem, Dif finitores, Mona  
 chos, singulos ex Congregatione huiusmodi à quibuscum  
 que excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijs  
 que Ecclesiasticis sententijs censuris, & poenis à iure, vel ab  
 homine quauis occasione, vel causâ latis, si quibus etiam  
 ex causis prædictis quomodolibet innodati existunt, & in

## XXII. PRIVILEGIUM.

illis ultra annū non inſorduerint, ſeu inſorduiſſe dicerētur, ad  
 effectū præſentium dūtaxat conſequendū harum ſerie abſol-  
 uētēs, & abſolutos fore cēſentes, ac omnia, & ſingula Monaste-  
 ria tā dictæ Congregationis, quā beneficia Monasteriis eiūſdē  
 Congregationis vnita, annexa, & incorporata, necnō quæcūq;  
 alia priuilegia, immunitates, ac indulta dictæ Congregationi  
 cōceſſa, illorumq; ac vnionum, annexionum, & incorpora-  
 tionum, prædictarum tenores & formas, ac ſi de verbo ad ver-  
 bū infererentur, & exprimerentur, præſentibus pro expreſſis  
 habētēs, etiam eiūſdem Eugenij prædeceſſoris veſtigiis inhæ-  
 rendo, motū ſimili, nō ad Præſidentis, aut Viſitatorum, vel Cō-  
 gregationis prædictorū, vel alicuius alterius pro eis nobis ſuper  
 hoc oblata petitionis inſtantiam, ſed de noſtra merā liberali-  
 tate, & ex certā ſcientiā, ac de maturā deliberatione, & de Apo-  
 ſtolice poteſtatis plenitudine litteras Eugenij prædeceſſoris  
 huiusmodi, ac prædicta, & alia in eis cōtenta quæcūque, nec  
 non ordinationes, & conſuetudines, quibus Congregatio ipſa  
 regitur, & gubernatur, ac omnia, & ſingula alia priuilegia, in-  
 dulta, & exemptiones, ac immunitates tam eidem Congrega-  
 tioni, quā quibusuis particularibus Monasteriis eiūſdem  
 Congregationis per Romanos Pontifices prædeceſſores no-  
 ſtros, & Sedem prædictam, aut aliās quomodolibet conceſſa,  
 auctoritate Apoſtolicā tenore præſentium approbāmus, ac  
 perpetuæ firmitatis robur obtinere debere decernimus. Decla-  
 rantes etiam motu, ſcientiā, auctoritate, & poteſtate prædictis,  
 ac volentes quidquid dubij in dictis priuilegiis, ſeu aliquo eo-  
 rum pro tempore emerſerit, datis verborum ambiguitate, &  
 variā peritorum interpretatione, in fauorem dictæ Con-  
 gregationis, & locorum particularium eius interpretari de-  
 bere. Ac cuiusuis particularis Monasterij priuilegia toti Con-  
 gregationi, & eius particularibus Monasteriis, eſſe commu-  
 nia, & ad illa ea extendi, prout nos etiam extendimus per  
 præſentes, quando ipſa priuilegia aliis Monasteriis, & locis  
 dictæ

dicta Congregationis adaptari, & conuenire possint, ac etiam Præsidentem, Diffinitores, & Congregationem prædictos, quæcumque Monasteria, & alia beneficia, quæ vigore dictarum litterarum Eugenij prædecessoris hætenus receperunt, seu sub quouis alio vigore modo, vel formâ, etiam cum conuentionibus, & pactis super retentione bonorum, seu fructuum concessorum, aut partis eorum dictorum Monasteriorum, seu bonorum eidem Congregationi, seu alicui Monasterio particulari eiusdem Congregationis cum dictis cedentibus, factis, & habendis licetè retinuisse, & retinere ac huiusmodi conuentiones, & pacta obseruare potuisse, & debere, & non solum huiusmodi, sed & omnia alia pacta cuiuscumque conditionis, qualitatis, & modi tam exorbitantia, quàm à iure prohibita, & insolita, & quæ necessaria, & speciali approbatione Apostolicâ egerent, quæ tamen alias robore Apostolicæ confirmationis munita, licita, & honesta forent motu, scientiâ, potestate, autoritate, & tenore præmissis approbamus, similiter & confirmamus, & sub priuilegio Eugenij prædecessoris huiusmodi contineri debere declaramus, supplentes omnes, & singulos defectus tam iuris, quàm facti, si qui forsitan, & ex quacumque causâ interuenerunt in eisdem: Reuocantes, & annullantes, & pro non concessis, & infectis habentes, etiam quacumque impetrationes, seu etiam motu, & scientiâ, ac potestate prædictis concessiones de dictis Monasteriis, Prioratibus, & Beneficiis prætextu conuentionum, & pactorum huiusmodi tamquam Simoniacorum per quoscumque, cuiuscumque conditionis, etiam Cardinalatus honore fulgentes, quorum nomina, cognomina, & qualitates, etiam præsentibus haberi volumus pro expressis, à nobis, vel à Sede Apostolicâ factas, siue concessas, tamquam emanatas præter, & contra mentem & intentionem nostram, cum intentionis præfati Eugenij prædecessoris, & nostræ

## XXI. PRIVILEGIUM

fuerit & sit, quod præfatis Præsidenti & Diffinitoribus, ac per  
 dictam Congregationem deputatis licuerit, & liceat in vnioni-  
 bus, in nexionibus, ac reformationibus, seu receptionibus alio-  
 rum Monasteriorum, seu beneficiorum pro dicta Congrega-  
 tione facere conuentiones, & pacta cum Prælatibus, & personis  
 Monasteria, & Beneficia sua dictæ Congregationi, seu alicui  
 particulari Monasteria vnire, seu concedere volentibus, quæ  
 illicita, & quando carerent Apostolicâ confirmatione expre-  
 sse prohibita apparent, declarantes etiam vigore huiusmodi  
 concessionum, seu impetrationum, propter huiusmodi pacta, cõ-  
 uentiones, & modos, ac quoscumque alios defectus si qui for-  
 san interuenissent in huiusmodi vnionibus, & reformationi-  
 bus cuiuscumq; generis, & qualitatis existerent per nos hacten-  
 us occasione huiusmodi pactorum in fauorem cuiusuis de  
 Monasteriis dictæ Congregationis, etiam si Cardinalatus di-  
 gnitate fulgeret factarum non fuisse, neque esse ius quæsitum  
 in re, vel ad rem certam, vel incertam, & quatenus ius quæsitum  
 foret, seu fuisse prætenderetur ex nunc illos dicto iure de ple-  
 nitudine potestatis nostræ, quâ in beneficialibus obtinemus,  
 priuamus, illisq; simili motu mandamus sub poenâ excommu-  
 nicationis latæ sententiæ, quod tale prætentum ius in iudiciu,  
 vel extra allegare non præsumant, nec super eo aliquam gratiã  
 à Sede prædicta impetrare non obstantibus statutis, & ordina-  
 tione nostris præmissis, ac constitutionibus & ordinationibus  
 Apostolicis, nec non congregationi & ordinis prædictorum  
 iuramento cõfirmatione Apostolicâ, vel quauis firmitate alia  
 roborentur statutis, & cõsuetudinibus, ceterisq; contrariis qui-  
 buscumq; in his. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc pagi-  
 nam nostre abolitionis, approbationis, constitutionis, decla-  
 rationis, voluntatis, extensionis, confirmationis, suppletionis re-  
 uocationis, annullationis, priuationis, & manlati infringere,  
 vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præ-  
 sumserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac beatorum

Petri

Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursum. Datis  
Romæ apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominice  
Millesimo Quingentesimo Primo. Kal. April. Pôrificatus no-  
stri anno nono.

XXII. PRIVILEGIUM,  
Leonis Papæ X. concessum Congregationi  
Sanctæ Iustinæ. Anno Incarnationis  
Dominicæ. 1519.

SUMMARIUM PRIVILEGII.

*Amplissima confirmatio omnium Priuilegiorum, tam  
per Summos Pontifices, quam per alias personas Con-  
gregationi concessorum.*

**L**EO Episcopus seruus seruorum Dei ad perpetuâ rei  
memoriam. Dum sacræ Religionis Specimen vitæ mû-  
ditiam, & exemplares mores, seruens quoque & assî-  
duum studium in iis, quæ ad diuini cultus ornamentum, & au-  
gmentum pertinent dilectorum filiorum Monachorum Con-  
gregationis Casinensis, alias Sanctæ Iustinæ de Padua Ordinis  
Sancti Benedicti ante oculos ponimus mentis nostræ, ad ea li-  
benter intendimus, quæ ipsorum quieto, ac felici regimini, ac  
vitæ tranquillitati commodo, & honori profutura conspici-  
mus, & quæ propterea tam à diuersis Romanis Pontificibus  
prædecessoribus nostris, quàm Imperatoribus, Regibus, & aliis  
Principibus, & personis prouidâ consideratione emanarunt, no-  
stræ approbationis, & confirmationis munimine roboramus,  
vt eo firmius in cœssa permaneant, quò fuerint crebrius Apo-  
stolico præsidio circumfusa. Du lû siquidem postquâ felicis  
recognitionis Martinus Papa V. prædecessor noster nonnulla  
dicte Congregationi, & illius Monachis, Monasteriis, & locis

## XXII. PRIVILEGIUM

concesserat privilegia, quæ non vsq; adeo ad pleniorẽ eiusdem Congregationis soliditatem augmentumue sufficiebãt, piæ memoriæ Eugenius Papa Quartus, & prædecessor noſter propter dictorũ Monachorum laudabilem vitã, & exemplares mores, sibi etiã antea quã ad summi Apostolatus apicem assummeretur cognitos, Motu proprio Cõgregationẽ ipsam, ac illius Præsidentem, Visitatores, Abbates, Priores, Rectores, Monachos, Cõuersos, Cõmissos, Nouitios, & personas, & eorũ Capellanos, qui pro tempore forent, etiã curã habentes animarũ, nec nõ familiares, & seruitores ipsorũ in præfatã Cõgregatione pro tẽpore existentes, ac Monasteria, Prioratus, & loca eidẽ Cõgregationi pro tẽpore vnita, & incorporata, omniaq; & singula Monasteriorũ, & Prioratũ & locorũ pro tẽpore vnitorũ & incorporatorũ huiusmodi Ecclesias, Capellas etiam curatas, Orotoria manualia, Mẽbra, & Bona quæcũq; dictæ Cõgregationis pro tẽpore existentia, à quorũcumq; Legatorũ, Nuntiorũ Apostolicæ Sedis, ac Vicariorũ, Rectorũ, & quorũuis officialiu Romanæ curiæ, ac etiã Patriarcharũ, Archiepiscoporum, Episcoporũ, & aliorum quorũlibet iudiciũ Ordinariorũ & Delegatorũ, quibusuis nomine & potestate fungentiũ, ditione, auctoritate, potestate dominio, visitatione, reformatione & correctione, etiã in pluribus ibi expressis casibus eũ irritati decreto, de Apostolicæ potestatis plenitudine per quãdã prorsus exempt, & in ius ac proprietatẽ, & protectionẽ Beati Petri & Sedis prædictæ, ac sub illorũ protectione specialiter suscepit, & alijs quod quæcũq; litteræ Apostolicæ, etiã motu proprio, sub quibusuis verborũ expressione, ac etiã derogatoriã derogatorijs clausulis pro tẽpore cõfectæ, quæ privilegijs, immunitatibus, exemptionibus, cõcessionibus, gratijs, & indultis dictæ Cõgregationi tũc cõcessis, & in futurũ concedendis in toto vel in parte obuiarẽt, nisi apertissimẽ, & euidentissimẽ appareret, quod Summus Põtifex, qui pro tẽpore esset privilegijs, exemptionibus, gratijs, & indultis prædictis ex certã sciẽtiã derogare intederet, & in ipsis derogatorijs litteris de singulis privilegijs, & Cõgrega-

tione huiusmodi, & quod ea de obseruatiã Sãctæ Iustitiæ nun-  
 cupabatur & singulorũ Congregationis eiusdẽ Monasteriorũ  
 nominũ expressi, & specialis mentio fieret nullius essent ro-  
 boris, vel momenti statuit atq; decreuit, & per reliquas suas litem-  
 ras sanxit, voluit, & ordinauit, quòd omnes, & singuli dictę Cõ-  
 gregationis Monachi Ordine ipsũ professi, tũc præsentēs &  
 futuri, quãuis in diuersis Monasterijs, seu locis pro tẽpore mora-  
 rẽtur, vnũ tamẽ corpus, & vna Cõgregatio existerẽt, ipsam qui-  
 dẽ Cõgregationẽ motu & scientiã similibus approbãdo, & sub  
 Ordine & Regulã Beati Benedicti cõsistere declarãdo. Quod-  
 quẽ pro eorundẽ Monachorũ salubriori statu in loco ad id cõ-  
 gruo generale, iuxta laudabilẽ, quã desuper dudũ antea vige-  
 rat consuetudinẽ, Capitulũ per eos singulis annis celebraretur,  
 nec illud postquã inchoatũ foret, donec p̄ alio futuro celebrã-  
 do Capitulo similis locus electus, & acceptatus existeret quo-  
 modolibet dissolueretur, in quo Capitulo nouẽ ex illis, qui in  
 illo vocẽ habere possent eligerẽtur Diffinitores, qui sic electi  
 totũ Capitulũ præfatũ representãtes, pro salubri dictã Cõgre-  
 gationis successũ statuta, cõstitutiones, & ordinationes, ac om-  
 nia & singula quę in spiritualib⁹, & tẽporalibus ipsi⁹ Cõgrega-  
 tionis, ac præfatæ regulę statũ, obseruantia, & indẽnitatẽ & cir-  
 ca diuini officij directionẽ, & ordinationem, absq; tamẽ ipsius  
 regulæ variatione substãtiã, vel effectus interpretationem, seu  
 declarationem quomòdolibet cõcernere poterãt, auctoritate  
 Apostolicã instituendi, ordinãdi, interpretãdi, & declarãdi, nec  
 nõ ea quę sic instituta, ordinata, interpretata, vel declarata foret  
 in toto, vel in parte prout rerũ, & tẽporũ qualitates exigerent  
 amouendi, alterandi, & in melius commutandi plenam, et li-  
 beram in omnibus haberent facultatem. Quorum Diffinito-  
 rum statutis, consuetudinibus, ordinationibus, diffinitionibus,  
 correctionibus singuli de Congregatione huiusmodi curul-  
 cũq; dignitatis, status, grad⁹, siue cõditionis existerent in omni-  
 bus efficaciter parere tenerẽtur, volẽs, et statuẽs, quòd huiusmo-  
 di Diffinitores de præfatis Monasterijs, & locis ac eorũ bonis

## XXII. PRIVILEGIUM

prout dicte Congregationi expedire eis videretur liberè dispo-  
 nere, nec non ex ipsis Monachis tunc præsentibus, & futuris  
 quos ad id idoneos iudicarent in Abbates, & Priores vacantiũ,  
 pro tempore Monasteriorum, ac Prioratum huiusmodi aliàs  
 iuxta dictæ Congregationis cõstitutiones, ordinationes, & sta-  
 tuta eligere, seu nominare, & ad beneplacitum eorum taliter  
 electos, seu nominatos absque aliquã causæ cognitione à regi-  
 mine, & administratione dictorum Monasteriorum, & Prio-  
 ratuum, quibus tunc præessent, & quæ tunc propterea vacare  
 censerentur absoluerent, & amoverent, ac etiam omnia, & singula  
 quæ in præmissis omnibus, & circa ea quomolibet necessa-  
 ria, vel opportuna forent facere, & exequi liberè & licitè pos-  
 sent, & n̄ post dissolutionem huiusmodi Capituli Congrega-  
 tio ipsa regiminis solatio destituta remaneret, quinque, vel plu-  
 res prout Diffinitoribus ipsis visum foret, Visitatores deputarẽ-  
 tur, quorũ vnus iuxta dictorũ Diffinitorũ dispositionẽ Præsidi-  
 tis vicem, nomenq; susciperet, & ad eũ secundũ huiusmodi de-  
 creta Capituli, singula præfatæ Cõgregationis negotia deferrẽ-  
 tur, ipsiq; Præsidentis, & visitatores omnia & singula facerẽt dis-  
 ponerent exequerentur, super quibus ab huiusmodi Capitu-  
 lo muniti potestate foret, vel quæ ab eo reciperent in cõmissis,  
 aut aliàs iuxta eorũ cõstitutiones, & statuta: quorũ officia vsque  
 ad extũc sequens capitulũ durarẽt. Locus autẽ Capituli præfati  
 postquã electus, & acceptatus foret absq; rationabili causã, de  
 Præsidentis quoq; nec nõ maioris partis Visitorũ eorundẽ as-  
 sensu nullatenus immutaretur: ac quod omnes & singuli tunc  
 præsentis, & futuri dicte Cõgregationis Prælati, Monachi, Cõuet-  
 si, & Commissi sub præfatorum Visitorum, & consequen-  
 ter illorum Prælatorum in quorum Monasterijs, siue locis  
 ipsi Monachi, Conuersi, & Commissi morarentur obe-  
 dientijs sisterent, eas hinc inde, prout decens foret im-  
 pensuri: et insuper ne falcitate præcipiti Religionis iu-  
 gum quis acceptaret, nullus ex Monasteriorum, siue



locorum huiusmodi Prælati absque deliberatione maturâ, & duarum partium, seu Conuentus assensu quempiam in Monachum, siue conuersum Monasterij, siue loci, cui præseset quomodolibet ad professionem reciperet, aliter verò inibi recepto, nisi postea prædictus accederet assensus stare, vel morari ibidem esset penitus interdictum: & vt cuilibet materia turbationis adempta personæ Cōgregationis huiusmodi quietius possent Altissimo famulari, omnes & singuli, quos de propriis, in quibus professi forent Monasterijs, & locis ad alia tunc præsentia, & futura dictæ Congregationis Monasteria, siue loca, iuxta ordinationem Capituli huiusmodi transferri contingeret, aut alias pro conuentualibus quomodolibet deputati, ex tunc ab ipsis Prioribus Monasterijs, atque locis realiter absoluti essent, & aliorum Monasteriorum, locorumq; prædictorum quâdiu starent ibidem, Monachi, & suppositi reputarentur, & pro conuentualibus eorum haberentur in actibus, & negotijs Capitularibus, ac si ibidem professi forent, & ne præmissorum occasione Monasterijs & locis Cōgregationis huiusmodi, vel eorum alicui detractum fore quomodolibet æstimaretur, omnia Monasteria, & loca prædicta, nec non illorum Prælati, atque personæ, quibuslibet eis à Sede Apostolicâ, vel aliâs qualitercūq; concessis de iure, seu consuetudine quomodolibet debitis iuribus, præeminentiis, ac dignitatibus in concussè gauderent & uterentur, dum modo illa præmissis, & alijs huiusmodi Congregationis sordinationibus, & statutis non obsisterent, nec propterea ex Monasterijs ipsis vnum reputaretur alteri subiectam, sed eis in suâ libertate remanentibus illa vicissitudinis adminiculo coniancta, sub felici dictæ Congregationis regimine conformi regularis obseruantia gressu, sibi inuicem suffragarentur. Adiecit etiam idem Eugenius prædecessor, quod quouis cumque Prælati aliquis Monasterio, cui præseset ad eiusdem Congregationis obseruantiam reducere, & sub illa reformare eligeret, iuxta statuta, decreta, nec non ordinationes

## XXII. PRIVILEGIUM

Congregationis, huiusmodi prout congruentius posset ipsam reformationem faceret, eiusq; de super acta conventiones, & modi, quæ de consensu Congregationis eiusdem. vel illorum, quos ad id deputarent in formam publicam redacta forent, eo ipso confirmationis Apostolicæ essent robore suffulta, & quia dictus Martinus prædecessor Congregationi præfatæ concesserat, quod vacantibus Monasteriis, quæ tunc erant dictæ Congregationis, electiones ritè & canonicè celebratæ à duabus partibus eligentium auctoritate Apostolicâ confirmatæ, ipso factò censerentur. Quodq; de omnibus redditibus Monasteriorum, prædictorum quinta pars pro decenti sustentatione Prælatorum deputaretur: aliæ verò quatuor partes per cellerarios absque contradictione Prælatorum in Monachorum, & Conuentuum utilitates dispensarentur, idem Eugenius prædecessor attendens, quod huiusmodi ordinationes, & decreta non ad conseruationem, & augmentum dictæ Congregationis, sed ad eius dispendium maximum cedebant, omnia & singula statuta, ordinationes, & decreta electionum, ac reddituum diuisiones huiusmodi reuocauit, & annullauit, volens iterum ac statuens, quod electiones Abbatû, & Priorum ad dictæ Congregationis Capitulum generale ac Præsidentem, & Visitatores, iuxta concessam eis vt præmittitur facultatem, ac eorû constitutiones, & statuta pertinerent, quibus taliter electis, iuxta regulam Beati Benedicti, & eorum constitutiones Monasteria ipsa, siue loca & bona tam in spiritualibus, quàm in temporalibus regendi, & gubernandi libera & licita esset facultas, & deinde recolendæ memoriæ Alexander Papa VI. similiter prædecessor noster similibus motu & scientiâ ac potestatis plenitudine litteras Eugenij prædecessoris huiusmodi, ac prædictæ, & cetera in eis contenta quæcunq;, nec non ordinationes, & consuetudines, quibus ipsa cōgregatio regebatur, & gubernabatur, ac omnia & singula alia priuilegia, & indulta, exemptiones, & immunitates, tam eidem Congregationi, quàm quibusuis

busuis aliis illius particularibus Monasteriis per quoscumq;  
 Romanos Pontifices prædecessores nostros, tunc suos & Se-  
 dem prædictam, aut aliàs, quomodolibet concessa per suas lit-  
 teras approbavit, & perpetua firmitatis robur obtinere debe-  
 re decreuit. Ac voluit, & declarauit, quidquid dubij in dictis  
 priuilegijs, seu aliquo emerisset, data verborum ambiguitate,  
 & varia interpretatione in fauorem dictæ Congregationis, &  
 locorum particularium eius interpretari debere, ac cuiusuis  
 particularis Monasterij priuilegia toti Congregationi, & eius  
 particularibus Monasteriis esse communia, eaq; ad illa exten-  
 di, quando ipsa priuilegia aliis Monasteriis, & locis dictæ Con-  
 gregationis adaptari, & conuenire possent: ac etiam Præsiden-  
 tem, Diffinitores, & Congregationem prædictos, quæcumq;  
 Monasteria, & alia beneficia, quæ vigore dictarum litterarum  
 Eugenij prædecessoris ea tenus receperint, seu quouis alio mo-  
 do, vel formâ, etiam cum conuentionibus, & pactis super re-  
 tentione bonorum, seu fructuum concessorum, aut partiseo-  
 rum, dictorum Monasteriorum, seu bonorum eidem Congre-  
 gationi, seu alicui Monasterio particulari eiusdem Congrega-  
 tionis, cum dictis cedentibus factis, & habitis licetè retinuisse,  
 & retinere, & huiusmodi conuentiones, & pacta obseruare,  
 potuisse, & debere, & nõ solùm huiusmodi, sed omnia alia pacta  
 cuiuscumque conditionis, qualitatis, & modi tam exorbitantia,  
 quam à iure, prohibita, & insolita, & quæ necessariâ, & speciali ap-  
 probatione Apostolicâ indigeret, quæ tamè aliàs robore Apo-  
 stolicæ cõfirmationis munita licita & honesta forent approba-  
 uit, & cõfirmavit, & sub priuilegio Eugenij prædecessoris hu-  
 iusmodi cõtineri debere declarauit: supplēs oēs, & singulos de-  
 factus, si qui, ex quacumq; causa interuenissent in eisdem, prout in  
 Eugenij, & Alexandri prædecessorũ litteris huiusmodi pleni cõ-  
 tinetur. Cum autem sicut exhibita nobis nuper pro parte dile-  
 ctorum filiorum modernorũ Præsidentis, & Visitatorum dictæ  
 Congregationis petitio cõtinebat, pro eo quod nos dudum sacro

Lateranen.

## XXII. PRIVILEGIUM.

Lateranens. approbante Concilio, inter alia cōcessionēs, & gratias fratribus Ordinum mendicantium, per quoscumque Romanos Pontifices, & Sedem prædictā eatenus factas ex causis, ac sub certis modo & formā ibi expressis moderati sumus, & moderationem ipsam huiusmodi ad reliquos quorumcumque Ordinum professores, & religiose extendi, & per eos servari debere volumus, atque decrevimus, ab aliquibus reuocari possit in dubium, an priuilegia immunitates, exemptiones, gratia, & indulta ipsi Congregationi, & illius personis, & locis, ut præfertur concessa sub moderatione, & extensione prædictis comprehensa fuerint, pro parte eorundem modernorum Præsidentis, & Visitorum nobis fuit humiliter supplicatum, ut prædictis, ac omnibus aliis, & singulis tam per dictos, quam sanctæ cōmemorationis Nicolæum etiam V. & Calixtū III. & Pium II. & Paulum etiam II. ac Sixtum similiter III. & Innocentium VIII. ac Iulium etiam II. & quoscumque alios Romanos Pontifices similiter prædecessores nostros, & alios Ecclesiarum Antistites, nec non Imperatores, & Reges, & Principes, ceterosque Potentatus, & terrarum Dominos concessis eidem Congregationi priuilegiis, immunitatibus, exemptionibus, indulgentiis, fauoribus, & libertatibus, & gratiis spiritualibus, & temporalibus, etiam si sæpius fuerint per Sedem Apostolicam approbata, pro eorum subsistentiā firmiori robur nostræ innouationis, & confirmationis adiacere, aliasque in præmissis opportune providere de benignitate Apostolicā dignamur. Nos igitur modernos Præsidentem, & Visitatores prædictos, & singulas personas Cōgregationis huiusmodi, & eorum quemlibet à quibusuis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliusque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à iure, vel ab homine, quauis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existant ad effectum præsentium dūtaxat consequendum harum serie absoluentes, & absolutos fore censentes, ac singulorum priuilegiarum, immunitatum,

excm.

exemptionum, libertatum, gratiarum, fauorum, & indultorū, ac super eis confectarum litterarum tenores, ac si de verbo ad verbum infererentur, præsentibus pro sufficienter expressis habentes, ex certâ nostrâ scientiâ auctoritate Apostolicâ, tenore præsentium declaramus, priuilegia, immunitates, exemptiones, libertates, gratias, fauores, & indulta spiritualia, & temporalia dictæ Congregationis, & illius personis Monasteriis, & locis, & eorum membris præsentibus, & futuris, vt præfertur concessa sub moderatione, & extensione, ac voluntate, & decreto nostris huiusmodi nequaquam comprehensa, sed ab illis fuisse, & esse prorsus excepta, & sic per quoscumq; iudices, & commissarios, etiam caussarum Palatii Apostolici Auditores sublatâ et aliter faciendi omnimodâ potestate, iudicari, & diffiniri debere, nec non irritum, & inane si secus super iis à quouam, quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari: ipsaq; omnia, & singula priuilegia, exemptiones, immunitates, gratias, fauores, & indulta spiritualia, & temporalia innouamus, approbamus, & confirmamus, & præsentis scripti patrocinio communimus, & perpetuæ firmitatis robur obtinere, ac inuiolabiliter obseruari debere decernimus, supplentes omnes, & singulos tam iuris, quàm facti defectus, si qui in priuilegiis, immunitatibus, exemptionibus indultis, fauoribus, & gratiis per Antistites, Imperatores, Reges, & Principes, ac alios Romanos Põtifces inferiores concessis huiusmodi quomodolibet interuenerint, & nihilominus potiori pro cautelâ illa omnia, & singula, prout per dictos prædecessores, Antistites Imperatores, Reges, & Principes, ac alios supra dictos sunt cõcessa eisdẽ Congregationi, & illius personis, Monasteriis, & aliis locis, ac mēbris auctoritate Apostolicâ, & scientiâ similibus de nouo concedimus: nõ obstantibus dicti Cõcilij, ac aliis constitutionibus, & ordinationibus Apostolici, ac Congregationis Monasteriorum, & Ordinis prædictorū iuramento confirmatione Apostolicâ, vel quauis firmitate alia roboratis, sta-

## XXIII. PRIVILEGIUM

tutis, & consuetudinibus, & omnibus illis, quæ prædecessores præfati in singulis eorum litteris prædictis voluerunt non ob stare, cæterisq; contrariis quibuscumq; & quoniã difficile foret præsentis litteras ad singula quæq; loca, in quibus exhibende essent deferri, volumus, & eadem Apostolicã auctoritate decernimus, quod præsentium trãsumptis manu publici Notarij subscriptis, & dictæ Congregationis, vel alicuius personæ in dignitate Ecclesiasticã constitutæ sigilli impressione munitis, ea vbiq; fides adhibeatur in dubia, quæ eisdem præsentibus adhiberetur vbiq; essent exhibitæ, vel ostensæ: cæterisq; contrariis quibuscumq; Nulli ergo omnino hominum liceat hãc paginam nostræ absolutionis, declarationis, innouationis, approbationis, confirmationis, communitiois, suppletionis, concessionis, voluntatis, & decreti infringere, vel ei ausu temerario contraire: si quis autem hoc attentare præsumperit indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorũ Petri, & Pauli Apostolorum eius se noverit incursum. Datum Romæ apud Sãctum Petrũ, Anno Incarnationis Dominicæ, Millesimo, Quingentesimo Decimo nono. Quarto Non. Aprilis Pontificatus nostri Anno septimo.

## XXIII. PRIVILEGIUM,

Clementis Papæ VII. concessum Ioanni Regi Castellæ, & Legionis. Anno Dominicæ Incarnationis.

1390.

## SUMMARIUM PRIVILEGII.

Committit Episcopis Oueten. & Segouien. ut possint concedere

*est Clem. 7.  
hic Anst. papa  
a quibus uocatis  
encl. m. m. et h. d.  
Benedictus xij.  
1. et h. m. p. de l. m.*

concedere licentiam Regi fundandi, & dotandi Monasterium Sancti Benedicti cum Ecclesia, clauſtro cimiterio, & c. ſub perpetua clauſurâ, in aliquo loco Regni ſui congruo & honeſto, & cum Monachis, formis & conditionibus à Rege apponendis, licitis tamen & honeſtis.

CLEMENS Episcopus ſeruorum Dei. Venerabilibus fratribus. Quetenſ. & Segouienſ. Episcopis, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem / Grata deuotionis ſinceritas, quam cariffimus in Chriſto filius noſter Ioannes Caſtellæ, & Legionis Rex Illuſtris ad nos & Romanam Eccleſiam habere dignoſcitur dignè nos incitat, & inducit, vt petitiones ſuas in iis præteritum, per quæ cultus diuinus ampliari, & ſibi ſalutis augmentum prouenire valeant ad exauditionis gratiam, admittamus. Sanè oblata nobis pro parte ipſius Regis petitionis ſeries continebat, quod ipſe piæ deuotionis & ſinceritatis ſeruore ſuccenſus, ac de ſalute propria cogitans, cupienſque terrena in cæleſtia, & tranſitoria in æterna felici commercio commutare, ad laudem Diuini Nominis quoddam Mbnâſterium cum Eccleſiâ, clauſtro, cimiterio, domibus, & aliis neceſſariis officinis Monachorum nigrorum Ordinis Sancti Benedicti volentium, vltra eiufdem Sancti Benedicti regulam ſe ad perpetuam reclusionem obligare in aliquo loco Regni ſui fundare, & ædificare, ac de bonis propriis ſufficienter dotare proponit. Quare pro parte dicti Regis nobis fuit humiliter ſupplicatum, vt ſibi faciendi præmiſſa licentiam concedere de benignitate Apoſtolicâ dignemur. Noſ itaq; ipſius Regis in hac parte pium propoſitum in Domino commendantes huiusmodi ſupplicationibus inclinati fraternitati vestræ per Apoſtolicâ ſcripta committimus,

## XXIII. PRIVILEGIUM

& mādamus, quatenus vos, vel alter vestrum eidem Regi fundandi, ditandi, & ædificandi huiusmodi Monasterium cum Ecclesiâ, claustro, cimiterio, domibus & officinis prædictis in loco tamen congruo, & honesto licentiam concedatis, & postquam fundatum, dotatum, ædificatum fuerit, in eo certum numerum Monachorum dicti Ordinis, qui inibi Domino perpetuo seruiant in diuinis, cū illis modis, formis, & conditionibus, quos dictus Rex in hoc duxerit apponendos, dum tamen sint liciti, & honesti, super quibus omnibus vestras cōscientias oneramus, iuxta dictæ dotis, & oneris exigentiam, statuatis, & alia etiam in iis ordinetis, quæ pro ipsius diuini cultus augmento, ac eiusdem Monasterij statu vobis opportuna, & salubria videbuntur, iure Parochialis Ecclesiæ, & cuiuslibet alterius in omnibus semper saluo. Datis Auinionē. v. Kalēd. Ianuarij Pontificatus nostri Anno duodecimo.

## XXIII. PRIVILEGIUM,

Clementis Papæ VII. concessum Priori & Conuentui Sancti Benedicti. Anno Incarnationis Dominicæ. 1392.

## SUMMARIVM PRIVILEGII.

*Concedit facultatem construendi cimiterium in loco congruo, & honesto, in quo qui voluerint, eligere possint sepulturam, parochialis Ecclesiæ, & cuiusuis alterius iure saluo.*

**C**LEMENS Episcopus seruus seruorum Dei. Dilectis filiis Priori & Conuentui Monasterij Sancti Benedicti de Valleleti per Priorem soliti gubernari Ordinis eiusdem Sancti Palentiū Diocesis: Salutem & Apostolicam Benedictionem



tionem Religionis, in quarelictis seculi vanitatibus, Domino deseruitis fauor exposcit, & deuotionis vestræ merita nos inducunt, vt votis vestris in ijs quæ pie deposcitis quantum cum Deo possumus fauorabiliter annuamus. Hinc est, quod nos vestris supplicationibus inclinati vobis constituendi, & habendi cimiterium in loco ad hoc congruo, & honesto, in quo vos, & illi qui penes vos elegerint sepulturam, sepeliri liberè valeatis, iure Parrochialis Ecclesiæ, & cuiuslibet alterius in omnib<sup>9</sup> semper salvo, constitutionibus, priuilegijs, & indulgentijs Apostolicis, nec non statutis, & consuetudinibus contrarijs quibuscūque nequaquam obstantibus, auctoritate Apostolicâ tenore præsentium plenam, & liberam licentiam elargimur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ concessionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autè hoc attentare præsumperit indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursum. Datis Auinioñ. iij. Nonas Octobris, Pontificatus nostri Anno quarto decimo.

## XXV. PRIVILEGIUM,

Benedicti Papæ XIII. concessum Priori & Conuentui  
Sancti Benedicti Anno Incarnationis  
Dominicæ 1395.

## SUMMARIVM PRIVILEGII.

1 Prior omnes & singulos Monachos profitentes ibi absol-  
uere possit ab omnibus, & singulis excommunicationis,  
suspensionis, & interdicti sententijs, quas ante vel post

XXV. PRIVILEGIUM

professionem huiusmodi, seu in posterum incurrere contigerit.

2 Et cum in se invicem, vel in alias personas Ecclesiasticas manus violentas iniecerint dummodo mors, membrorum mutilatio, seu inormis debilitatio non fuerint secuta, aut si alias quomodolibet excusserint, vel si sic legati ordines suscipierint, aut divina celebraverint, vel se illis immiscuerint, seu in ordinibus ministraverint, non tamen in contemptum clauium, irregularitatem contraxerint in ea, & ut in susceptis Ordinibus ministrent, & ad eos promoueamur dispensare potest.

3 Et si ipse Prior aliquid ex his contraxerit, per Monachum quem ipse elegerit, a sententijs absoluetur, & super irregularitate dispensetur.

**B**ENEDICTVS Episcopus servus servorum Dei. Dilectis filijs Priori, & Conuentui Prioratus Vallisoletani Ordinis Sancti Benedicti Palentiñ. diocesis. salutem & Apostolicam Benedictionem. Deuotionis vestrae sinceritas promeretur, vt petitionibus vestris, illis praesertim, quae animarum salutem respiciunt fauorabiliter annuamus. Sanè petitio pro parte vestra nobis exhibitacōtinebat, quod quilibet cupiens in Prioratu vestro Vallisoleti Ordinis Sancti Benedicti Palentiñ. Diocesis vna vobiscum sub regulari habitu virtutum Domino famulari, eo tempore, quo ibidem expressam professionem regularem emittit, expressam etiam facit promissionem, quod dictum Prioratum de cetero non exibat. Nos igitur vestris in hac parte

parte supplicationibus inclinati, quod tu fili Prior, & successores  
 tui Priores dicti Prioratus, qui erunt pro tempore om-  
 nes & singulos Monachos dicti Prioratus, qui in eodem Prio-  
 ratu professionem, & promissionem huiusmodi iam forsan  
 emiserunt, & fecerunt seu emittent, & facient in futurum, ab  
 omnibus, & singulis excommunicationis, suspensionis & in-  
 terdicti sententijs, quas ipsi quibuscumque causis, tam ante  
 quàm post professionem, & promissionem huiusmodi incur-  
 rerunt, seu eos in posterum incurrere contigerit, auctoritate  
 Apostolicâ iuxta formam Ecclesiæ, si id humiliter petierint, ab-  
 soluere. Nec non cum illis ex eis, qui in se inuicem aut cleri-  
 cos, vel alias personas Ecclesiasticas manus iniiciendo teme-  
 re violentas, dummodo mors, vel membrorum mutilatio,  
 seu enormis debilitatio secutæ non fuerint, aut alias quo-  
 modolibet excedendo, vel sic ligati sacros ordines suscipien-  
 do, aut diuina celebrando, vel se illis immiscendo, seu in sic  
 susceptis Ordinibus ministrando, non tamen in contemp-  
 tum clauium, irregularitatis maculam contraxerunt, aut ip-  
 sos in posterum contrahere contigerit, eis prius à suorum  
 ordinum executione, ad tempus de quo tibi, & eisdem suc-  
 cessoribus videbitur expedire suspensis, ac iniunctis, & eo-  
 rum quilibet pro modo culpæ poenitentia saluari, & a-  
 lijs quæ de iure fuerint iniungenda, super irregularitate hu-  
 iusmodi, & ut ipsi in susceptis Ordinibus ministrare, ac  
 ad quosuis etiam sacros Ordines promoueri, & in eis mi-  
 nistrare valeant, dispensare, quodque si forsan tu fili Prior  
 sententias incurri li, aut irregularitatis maculam huiusmo-  
 di præmissorum occasione forsan contraxisti, aut te, vel succes-  
 sores prædictos ipsas incurrere, seu contrahere contigerit  
 in futurum, vnus ex Monachis dicti Prioratus, quæ tu, & successo-  
 res huiusmodi superijs duxeritis eligendū, te & successores se-  
 cū auctoritate prædicta, iuxta formam antedictā à sententijs absol-  
 uere,

XXVI. PRIVILEGIUM.

uere, & super irregularitatis maculâ huiusmodi dispensare valeant, præmissis, & quibuscumque constitutionibus Apostolicis contrarijs nequaquam obstantibus, liberè & licitè valeatis, seu valeant, auctoritate prædictâ, deuotioni vestræ tenore præsentium concedimus facultatem. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ concessiois infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attetare præsumperit indignationem omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursum. Datis Auinion. vj. Kalendas Augusti, Pontificatus nostri Anno primo.

XXVI. PRIVILEGIUM.

Benedicti Papæ XIII. concessum Monasterio  
Sancti Benedicti Vallisoletani, Anno  
Incarnationis Dominicæ. 1398.

SVMMARIVM PRIVILEGII.

*Nullus Monachus huius Monasterij potest transire ad  
aliam Religionem absq̃ Sedis Apostolica speciali li-  
centiâ, quod si etiam in illa professionem emisit ad di-  
ctum Monasterium renocetur, ad cuius rei executio-  
nem dantur iudices Episcopi Abulen. & Zamoren. &  
Abbas sancti Facundi.*

**B**ENEDICTVS Episcopus seruus seruorum Dei. Ve-  
nerabilibus fratribus Abulen. & Zamoren. Episcopis, ac  
dilecto filio Abbati Monasterij Sancti Facundi, Salutem & Apo-  
stolicam

stolicam Benedictionem. Pastor bonus, diligens, operosus, & peruigil oues suas errabundas, & deuias ne lacerentur, & deorentur lupinis à morfibus ad caulam reducere satagens sollicitè, & prudenter super illas, & alias suę custodię deputatas instituit studiosas excubias, sibi ac eis spiritualiter, & temporaliter salutare. Nos igitur animarū periculis obuiare, & Monachis Monasterij Sancti Benedicti Vallisoleti Ordinis eiusdem Sancti Palentiñ. diocesi, qui sub clausurâ & austeritate vitæ Domino famulantur, qui sunt, & erunt pro tempore euagandi per mundum, & apostatandi seu Monasteria, Ecclesias, seu loca dicti vel alterius Ordinis intrandi viam, & materiam amputare volentes, discretioni vestræ per Apostolica scripta committimus, & mandamus quatenus vos, vel duo, aut vnus vestrum quoscumque Monachos dicti Monasterij, qui in eo professionem expressam emiserint, qui sunt, & erunt pro tempore, qui forsan, vt ad alia Monasteria, Ecclesias, aut loca dicti, vel alterius Ordinis se transferant absque Sedis Apostolicę licentiâ speciali, aut apostatando, vel euagando dictum Monasterium Sancti Benedicti exiuerunt hactenus, vel exient in futurum, etiã si in Monasterijs, Ecclesijs, vel locis huiusmodi emiserint professionem expressam ad dictum Monasterium Sancti Benedicti reuocare curetis, facientes eos in ipso Monasterio Sancti Benedicti, moderatâ tamen regulari disciplinâ recipi, & ad eiusdem habitum, ac obseruantiam restitui regularem, contra dictores per censuram Ecclesiasticam, appellatione postpositâ compescendo. Non obstantibus quibuscumque constitutionibus Apostolicis, ac statutis & consuetudinibus Ecclesiarum, Monasteriorum, locorum & Ordinis prædictorum contrarijs, iuramento, confirmatione Apostolicâ, vel quacumque firmitate alia roboratis, aut si dictorum Ecclesiarum, Monasteriorum & locorum Prælatis, ac Conuentibus, & eisdem Monachis, vel quibusuis alijs communiter, vel diuisim à Sede Apostolicâ sit indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non

XXVI. PRIVILEGIUM

possint per litteras Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem, & quibuslibet alijs privilegijs, indulgentijs, & litteris Apostolicis generalibus, vel specialibus quorumcumque tenorem existant, per quæ presentibus non expressa, vel totaliter non inserta effectus, earum impediri valeat quomodolibet, vel differri, & de quibus quorumque totis tenoribus habenda sit in nostris litteris mentio specialis. Datis Avinion. iij. Kalendas Julij, Pontificatus nostri Anno quarto.

XXVII. PRIVILEGIUM,

Benedicti Papæ XIII. concessum Priori & Conventui Sancti Benedicti Vallisoletani,  
Anno Incarnationis Domini.  
ca 1410.

SUMMARIUM PRIVILEGII.

*Concedit exemptionem a prestatione decimarum de possessionibus quæ habet Monasterium & collis proprijs sumptibus.*

**B**ENEDICTVS Episcopus servus servorum Dei. Dilectis filijs Priori & Conventui Monasterij Sancti Benedicti de Valleoleti per Priorem soliti gubernari Ordinis eiusdem Sancti Palentin. Diocesis. Romanae Ecclesiae immediatè subiecti, salutem & Apostolicam Benedictionem sacrae Religionis observantia, in qua mundanis abdicatis illecebris sedulam exhibetis Domino servitutem, promeretur honestas vt Monasterium vestrum, eiusque bona sinceris affectibus prosequē-

res, petitionibus vestris quantum cum Deo possumus favorabiliter annuamus. Hinc est, quod nos vestris supplicationibus inclinati, Vos & Monasterium vestrum absolute, siue præstatione decimarum, de quibuscumque possessionibus, quæ in præsentiarum rationabiliter possidetis, ac in futurum iusto titulo præstante Domino poteritis adipisci, de illis dumtaxat, quas excoli proprijs sumptibus facietis, auctoritate Apostolica tenore præsentium perpetuò eximimus, & etiam liberamus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ exemptionis, & liberationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attetare præsumperit indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se noverit incursum. Datis Terracôn. viij. Kalendas Augusti, Pontificatus nostri Anno sexto decimo.

### XXVIII. PRIVILEGIUM.

Martini Papæ V. concessum Priori & Conuentui  
Sancti Benedicti Vallisoletani. Anno  
Incarnationis Dominicæ 1423.

### SUMMARIVM PRIVILEGII.

*Prior Monasterij Sancti Benedicti auditis confessionibus clericorum, seu laicorum Religionem profiteri volentium, eos absolueret potest à quibuscumq; criminibus, & excommunicationum sententijs, et cum eis super irregularitate dispensare, si quam celebrando diuina, vel immiscendo se illis, vel alijs qualitercumq; non tamen in contemptum clauium contraxerunt.*

MAR.

## XXVIII. PRIVILEGIUM

**M**ARTINVS Episcopus seruus seruorum  
 Dei. Dilectis filiis Priori & Conuentui Monasterij  
 Sancti Benedicti de Valleoleti per Priorem soliti gubernari  
 Ordinis eiusdem Sancti, Palentin. Diocesis. Salutem & Apo-  
 stolicam Benedictionem. Exposcit vestrae deuotionis sine-  
 ritas, & religionis promeretur honestas, vt illa vobis salubri-  
 ter concedamus, quae vestri Monasterij Monachorum au-  
 gmento, & aliorum animarum saluti fore commoda di-  
 gnoscantur. Exhibita siquidem nobis nuper pro parte ve-  
 strae petitio continebat: quod cum nonnulli tam clerici, quam  
 aliae seculares personae, qui per orbem diutius peragran-  
 do plura crimina, & excessus varios commiserunt, propter quae ex  
 communicationis, suspensionis, & irregularitatis, ac alias sen-  
 tentias incurrerunt, ad cor postea reuersi proponant in ve-  
 stro Monasterio perpetuum Domino reddere famulatum,  
 pro parte vestra fuit humiliter supplicatum, vt ea tibi Prio-  
 ri, successoribusque tuis concedere, per quae saluti persona-  
 rum ipsarum, & commodis dicti Monasterij consulere pos-  
 sitis, de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur,  
 qui singularum salutem animarum, & dictae Religionis au-  
 gmentum nostris temporibus affectamus, ac huiusmodi sup-  
 plicationibus inclinati, tibi successoribusque tuis Prioribus  
 dicti Monasterij, qui pro tempore fuerint, vt per vos con-  
 fessionibus clericorum, & laicorum, personarum huius-  
 modi se dicti Monasterij, & eiusdem Religionis obse-  
 quiis perpetuo dedicare volentium diligenter auditis, pro  
 omnibus, & singulis per eos dumtaxat praeteritis commis-  
 sis criminibus, & excessibus huiusmodi, etiam, si talia  
 fuerint, propter quae Sedes Apostolica merito sit consu-  
 lenda, debitam eis absolutionem auctoritate Apostolica  
 impendere, & poenitentiam salutarem iniungere, eos-  
 que, quibusvis excommunicationum sententis in eos à  
 iure, vel ab homine prolatis, inuinctis inde eis pro modo  
 culpa



culpæ simili pœnitiâ, & aliis, quæ de iure fuerint in iungen-  
da absoluerè. Nec non cum eis super irregularitate, si quam ce-  
lebrâdo diuina, vel inmiscêdo se illis, vel aliàs qualitercumq;,  
non tamen in contemptum Clauium, contraxerunt dispensa-  
re valeatis, plenam, & liberam cōcedimustenore præsentium  
facultatem. Prouiso tamen, quod per eosdem clericos, & per-  
sonas satisfactionem debitam læsis, si qua per eos fuerit impen-  
denda, & ipsi ad illam habiles extiterint, impendi procurētis.  
Datis Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem, xvij. Kalend.  
Iulij. Pontificatus nostri Anno sexto.

XXIX. PRIVILEGIUM

Martini Papæ V. concessum Priori & Conuentui  
Sancti Benedicti Vallisoletani. Anno  
Incarnationis Dominicæ 1423.

SVM MARIVM PRIVILEGIUM II.

Concedit ut possint audire confessiones quorumcumque  
familiarium, tam laicorum, quam regularium, & se-  
cularium ubicumque commorantium, atque eis Eccle-  
siastica Sacramenta ministrare, iure saluo Ecclesiæ  
Parochialis.

MARTINVS Episcopus seruus seruorū Dei. Dile-  
ctis filiis Priori, & Cōuentui Sancti Benedicti de Valle  
foletii per Priorem soliti gubernari, Ordinis eiusdem Sancti Pa-  
lentin. Diœcesis, salutem & Apostolicam Benedictionem.  
Iniunctum nobis de super Apostolicæ seruitutis officium pe-  
agere credimus, si ad ea solitæ benignitatis extendimus affe-  
ctum, quæ ex deuotionis ardore prodire conspiciamus, & ani-  
marum afferre valeāt salutis incrementū. Vestris itaq; suppli-

cationi

### XXX. PRIVILEGIUM.

cationibus inclinati, vt Confessiones quorumcumq; familiarium vestrorum, tam laicorum, quam regularium, & secularium, intra, & etiam extra septa, vestri Monasterij comorantium diligenter audire, & pro eorum commissis debitam eis absolutionem impendere, ac etiam poenitentiam salutarem iniungere, nec no dictis familiaribus, tam intra, quam extra præfata septa comorantibus Ecclesiastica sacramenta, quoties fuerit opportunum ministrare valeatis, felicis recordationis Clementis Papæ V. prædecessoris nostri, & alia qualibet constitutione, contrariis nequaquam obstantibus, iure tamen Parochialis Ecclesiæ, & cuiuslibet alterius semper saluo, auctoritate vobis præsentium indulgemus. Nulli ergo omnino hominum liceat hæc paginam nostræ concessionis infringere, vel ei ausu temerario contraire: Si quis autem hoc attentare præsumperit indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se noverit incursum. Datis Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem xvij. Kalend. Iulij, Põtificatus nostri Anno sexto. Pro hac cõcessione vide annotata ad calcem Priuilegij 9.

### XXX. PRIVILEGIUM,

Martini Papæ V. concessum Priori & Conuectui  
Sancti Benedicti Vallisoletani. Anno  
Incarnationis Dominicę 1426.

### SUMMARIVM PRIVILEGII.

*Concedit Priori Sancti Benedicti vt possit construere cellas in dormitorio, & ieiunia, labores manuum, lectiones, tempora dormitionis, & vigiliarum mutare, & alleviare possit, prout animarum salutari viderit expedire.*

MAR-

**M**ARTINVS Episcopus seruorum Dei. Dilecto filio Priori Monasterij Sancti Benedicti de Valleoleti per Priorem soliti gubernari Ordinis dicti Sancti Palentiũ. Diceces. Salutem & Apostolicam benedictionem. Exigit tuæ deuotionis sinceritas, & religionis promeretur honestas, vt te fauoribus & gratiis Apostolicis prosequamur. Hinc est, quod nos carissimi in Christo filij nostri Ioannis Castellæ, & Legionis Regis Illustris nobis super hoc humiliter supplicantis supplicationibus inclinati, tibi & successoribus tuis Prioribus, qui erunt pro tempore, vt cum Monachis, & Conuersis, ac Oblatis Monasterij Sancti Benedicti de Valleoleti Ordinis Sancti prædicti, Palentiũ. Dicecesis, vt in dormitorio, seu dormitoriis dicti Monasterij, clausis, vel apertis cellis contemplationi vacare, legere, & studere valeant, nec non eis ieiunia, labores manuum, electiones, ac tempora dormitionis, & vigiliarum mutare, & alere uiare possis, prout secundum Deum animarum suarum saluti expedire videris, plenam & liberam auctoritate Apostolicâ te honore præsentium licentiam largimur. Cõstitutionibus Apostolicis, ac regularibus statutis, & consuetudinibus Monasterij, & Ordinis prædictorũ, etiam iuramento, confirmatione Apostolicâ, vel quacumq; firmitate aliâ roboratis, cæterisq; contrariis non obstantibus quibuscumq;. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ concessionis infringere, vel ei ausu temerario contraire: si quis autem hoc attetare præsumserit indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursum. Datis Romæ apud sanctos Apostolos. v. Idus Martij, Pontificatus nostri Anno nono.

**XXXI. PRIVILEGIUM.**

Martini Papæ V. concessum Priori & Conuentui Sancti Benedicti Vallisoletani. Anno Incarnationis Dominicæ 1426.

**S. V. M. M. A.**

## XXXI. PRIVILEGIUM.

## SUMMARIVM PRIVILEGII.

*Monachi non tenentur ad alias Horas, Psalmos, suffragia, recitationes, preces, seu deuotiones, & ceremonias nisi ad ea, quæ in Regulâ Sancti Benedicti continentur.*

**M**ARTINVS Episcopus seruus seruorum Dei. Dilectis filijs Priori, ac Monachis, & Conuersis Monasterij Sancti Benedicti de Valleoleti per Priorem soliti gubernari, Ordinis eiusdem Sancti Palentiñ. diceces. præsentibus & futuris salutem & Apostolicam Benedictionem. Religionis suadet honestas, & laudabilis vitæ vestræ merita nos inducunt, vt petitionibus vestris, quantum cum Deo possumus fauorabiliter annuamus. Hinc est, quod nos carissimi in Christo filij nostri Ioannis Castellæ, & Legionis Regis Illustris nobis super hoc supplicâtis humiliter supplicationib<sup>9</sup> inclinati, vt ad aliqua Horas, Psalmos, Suffragia, Recitationes, Preces, Deuotiones, & Ceremonias, nisi ad ea dumtaxat, quæ in Regula eiusdem Sancti continentur minime teneamini, nec ad ea à quoquam, nisi in quantum ex deuotionis seruore, seu alias vestrâ liberâ & spontaneâ voluntate præcesserit, coarctari valeatis inuiti, Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, nec non statutis, & consuetudinibus Monasterij, & Ordinis prædictorum, quibuscumque, etiam iuramento, confirmatione Apostolicâ, vel quacumque firmitate aliâ roboratis, ceterisque contrarijs nequaquam obstantibus, deuotioni vestræ auctoritate Apostolicâ tenore præsentium indulgemus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ concessions, infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri,

tri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursum. Dat. Romæ apud Sanctos Apostolos. v. Idus Martij, Pontificatus nostri Anno nono.

## XXXII. PRIVILEGIUM,

Martini Papæ V. concessum Priori & Conuentui

Sancti Benedicti Vallisoletani. Anno

Incarnationis Dominicæ 1426.

## SVMMARIVM PRIVILEGII.

*Tempore interdicti licet admittere familiares, serui oves, continuos Monasterij ad audienda diuina officia, ianuis clausis, exclusis interdictis dummodo Monachi, vel sic admissi non dederint causam interdicto, et licet eis Sacramenta ministrare, et eorum corpora in Ecclesia sepelire.*

MARTINVS Episcopus seruus seruorum Dei. Dilectis filijs Priori & Conuentui Monasterij Sancti Benedicti de Valleoleu per Priorem Iohanni gubernati Ordinis eiusdem Sancti Palentin. Diocesis, Salutem & Apostolicam Benedictionem Favor sacre Religionis exposcit, & laudabilis vitæ vestre merita nos inducunt, vt votis vestris, ijs quæ fertur, quæ honestati congruunt, & salutem animarum respiciunt favorabiliter annuamus. Hinc est, quod nos carissimi in Christo filij nostri Ioannis Castellæ, & Legionis Regis Illustris nobis super hoc humiliter supplicantis, ac vestris in hac parte supplicationibus inclinati, vt cum in ciuitate vel Diocesi Palentin. generale fuerit interdictum, liceat vobis familiares, & seruitores, continuos,

K Mona-

## XXXIII. PRIVILEGIUM

naſterij prælibati præſentes, & futuros in Eccleſiâ dicti Monaſterij clauſis anuſis, interdictis, & excommunicatis excluſis, nõ puſſatis campanis, ad audiendam Miſſam, & alia diuina officia, dummodo vobis id aliàs liceat, ac vos, vel illi cauſam non dederitis interdicto, nec etiam id vobis, vel eis ſpecialiter contigerit interdici, recipere, & admittere, nec non eis Euchariſtiâ, & alia Sacramenta Eccleſiaſtica miniſtrare, eorumque corpora, ſi apud dictum Monaſterium elegerint ſepeliri, in dicta Eccleſiâ, ſeu eius cemeterio, etiam huiuſmodi tempore interdicti tumulari facere, deuotioni veſtræ tenore præſentium auctoritate Apoſtolicâ indulgenus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ conſeſionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Dat. Romæ apud Sanctos Apoſtolos. v. Idus Martij, Pontificatus noſtri Anno nono.

## XXXIII. PRIVILEGIUM,

Martini Papæ V. conſeſſum Priori, & Conuentui

Sancti Benedicti Valliſoletani. Anno

Incarnationis Dominice 1428.

## SUMMARIVM PRIVILEGII.

Dispensat in voto clauſuræ, ut poſſint adire Romanam Curiam pro negotijs Monaſterij, & Eccleſiæ conuerſalis,

salis, vel Principis terræ prosequendis, ad generalem  
 Ræoni seu Prouinciæ Synodum, tempore famis, morta-  
 litatis, vel guerrarum, ad fundationem, & reforma-  
 tionem Monasteriorum, Priaratum, & Grangiarum  
 Ordinis, ad recipiēdos Ordines, cum infirmis, debilibus  
 sandalosis, minus vtilibus, senibus septuagenariis, ele-  
 ctis in Superiores locorū quorūcumq; Cōgregationis, &  
 ad procuranda negotia Monasterij, & hoc de Prioris  
 licentiā, ac maioris partis Conuentus, Prior verò de li-  
 centiā, & consensu duarum partium sui Conuentus.

MARTINVS Episcopus seruus seruorum Dei. Di-  
 lectis filijs Priori, & Conuentui Monasterij Sancti Be-  
 nedicti de Valleoleti, Ordinis eiusdem Sancti Palentiñ. Dico-  
 ces. Salutem & Apostolicam Benedictionem. Et si promerente  
 Religionis honestate cunctos obseruantiz regulari vacan-  
 tes, vt cōliberius, quò quietius Altissimo famulari valeant, pa-  
 ternis confouere debeamus affectibus, illorū tamen, qui se per  
 arctioris huiusmodi regularis obseruantiz semitas, adstrictius  
 Altissimo deuouerunt petitionibus eò amplius annuere non  
 conuenit, quòd ex eis pium ipforum propositum valeat ad lau-  
 dem diuini nominis fructuosius adimplere. Sanè pro parte  
 vestra nobis nuper exhibita petitio continebat, quòd licet  
 Prior Conuentualis, ac omnes, & singuli Monachi, & Con-  
 uerſi Monasterij vestri pro tempore existentes, secundum  
 eiusdem Monasterij consuetudinem reclusi existant, & tem-  
 pore quo inibi eorum singuli professionem emittent solem-  
 niter promittant perpetuam inibi seruare clausuram, tamen  
 nonnunquam pro necessitate, vel vtilitate dicti Monaste-  
 rij, aut singulorum vestrorum plures casus occurrunt in qui-  
 bus vobis expediret eiusdem Monasterij ambitus, vel septa

XXIII. PRIVILEGIUM

exire, & an Monachis, & Conuersis licentia Prioris super hoc ab eo petita, & obtenta sufficiat, Priori vero præfatos pro huiusmodi necessitate, vel vtilitate id liceat merito dubitatis, & nihilominus an Monachos, & Conuersos licentia, ac Priorem præfatos vtilitas huiusmodi ab obseruantia eiusdem solemnis promissionis exculet conscientiam vos remordet. Quare pro parte vestra fuit nobis humiliter supplicatum, vt providere vobis super ijs opportune de benignitate Apostolicâ dignamur. Nos igitur, qui Vniuersis Christi fidelibus conscientiarum pacem, & quietem pro viribus procuramus, huiusmodi supplicationibus inclinati cum Priore conuentuali, & successoribus suis, ac omnibus & singulis Monachis, & Conuersis præsentibus, & futuris dicti Monasterij, videlicet vt Monachi, & Conuersi ad Romanam Curiam pro ipsius Monasterij & vniuersalis Ecclesiæ, ac Principis terræ negotijs prosequendis, vel alijs ad generalem Regni, seu Prouincię Synodum celebrandum, aut famis, mortalitatis, vel guerrarum temporibus, nec non ad fundationem, & reformationem quorumcumq; dicti Ordinis Monasteriorum, Prioratum, & Grangiarum faciendam, & ad omnes Ordines recipiendos, & nihilominus infirmi, debiles, scandalosi, minus vtilis, ac senes septuagenarij, nec non electi, seu postulati, aut prouisi, vt Monasteriorum, Prioratum, seu Grangiarum, aut Ecclesiarum regimibus præficiantur, & quotiens verisimiliter præsumeretur, quod nisi ipsi Monachi, vel Conuersi pro negotijs, causis, & libris ipsius Monasterij prosequendis exirent Monasterium ipsum, aut Religiosi eiusdem nimiam iacturam in spiritualibus, vel temporalibus paterentur, de præfati Prioris consilio & licentiâ, ac maioris partis Conuentus prædictorum: Prior conuentualis vero prædicti pro tempore existentes de consilio, & licentiâ ad minus duarum partium Conuentus eiusdem Monasterij, præstito prius per eum in Capitulo illius capitulariter congregato, quod non exquisito colore,



lore, sed ex aliquâ de causis prædictis vult Monasteriû ipsum exire coram notario, & testibus solemniter iuramento, ita tamen, quod ipsi Prior, & Monachi prouisi liberè, electi verò, aut postulati de ipsius Prioris dumtaxat licentiâ Monasterium exire licitè valeant, auctoritate Apostolicâ tenore præsentii dispensamus, eisque super ijs licentiam elargimur, ac volumus quod causâ seu causis, pro quibus Monasterium ipsum exierint cessantibus, quam citius honestate saluâ, commodè poterunt redire ad præfatum Monasterium teneantur. Si verò aliquis ipforum renuerit, vt præfertur ad Monasterium ipsum redire, per Abbatem nunc, & pro tempore existentem Monasterij Sancti Claudij extra muros Legionen. prædicti Ordinis, si hoc maior pars Conuentus prædictorum viderit expedire ad id per censuram Ecclesiasticam compellatur. Non obstantibus præmissis constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, nec non statutis, & consuetudinibus Monasterij vestri, & Ordinis prædictorum, etiam iuramento, confirmatione Apostolicâ vel quacumque firmitate alia roboratis, ceterisque contrarijs quibuscumque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ dispensationis, concessionis & voluntatis infringere, vel ei auluo temerario contraire. Si quis autè hoc attentare præsumperit indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursum. Datis Romæ apud Sanctos Apostolos Kalendas Nouembriis, Pontificatus nostri Anno vndecimo.

XXXIII. PRIVILEGIUM,

Martini Papæ V. concessum Priori & Conuentui

Sancti Benedicti Vallisoletani, Anno

Incarnationis Domini-

cæ 1430.

1430

K 3

SV M-

SUMMARIVM PRIVILEGII.

Quoties alicuius causse Ecclesiastica, seu secularis cognitio, aut executio aliquarum litterarum per Sedem Apostolicam, seu aliquos Legatos Priori, vel alicui ex Conventu fuerint commissæ, eas absq; inobedientia notâ seu censurarum, & pœnarum in ipsis litteris contentarum incursu remittere valeant, dummodo tales causse fidẽ catholicam non concernant.

MARTINVS Episcopus servus servorum Dei Dilectis filiis Priori & Conventui Monasterij Sancti Benedicti de Valleleti per Priorem soliti gubernari, Ordinis eiusdem Sancti Palentini Diœces Salutem, & Apostolicam Benedictionem. In decore sacre Religionis, sub quâ mundanis abiectis illecebris deuotum, & sedulam exhibetis Altissimo famulatum, ingenti mentis exultatione relecti, libenter vos Apostolici fauoris præsidio ita prosequimur, vt diuinæ contemplationi, ad quam estis supernâ dispositione vocati liberius, & intentius vacare, Deo propitio, valeatis. Cum itaque sicut exhibita nobis nuper pro parte carissimi in Christo filij nostri Ioannis Regis Castellæ, & Legionis Illustris petitio continebat, idem Rex cupiat, quod in Monasterio vestro, quod olim per suos prædecessores Reges Castellæ, & Legionis Illustris fundatum exitit, & in quo sub regulari obseruatâ, & clausurâ perpetuâ estis diuino obsequio mancipati, & ad quod prætere ipse Rex deuotionem gerit in Domino singularem causse, seu negotia aliqua pro tempore minime pertractentur, ne illorum discussio, quæ ab actiuâ vitâ dependet, seculare sçque tumultus, & strepitus ad se trahit, mentes vestras à cœlestium meditationibus distrahat, & à superiorum contemplationibus alienet, sed caus-

sis,

sis, & negotijs ipsis ab examine vestro seclusis, vos debite quieti relictis possitis ei, cui soli placere nouistis, commodius, atque feruentius deseruire. Nos ipsius Regis desiderium huiusmodi plurimum in Domino commédantes, eius in hac parte supplicationibus inclinati, vt quotiescumque & quandocumque in futurum vobis, vel alicui vestrum, per quascumque Apostolicæ Sedis, aut Legatorum eius litteras cognitionem quarumcunque caussarum, siue etiam executionem quorumcumque negotiorum, tam spiritualium, quam temporalium, & tam Ecclesiasticarum, seu Ecclesiasticorum, quam profanarum, seu profanorum sub quibusuis modis, & formis committi cõtigerit, vos, & vestrum singuli, quibus commissiones huiusmodi factæ fuerint causas, & negotia ipsa etiam si in litteris eisdem, quod cognitio, & executio prædictæ per vos fieri debeant, sententiæ, censuræ, aut poenæ quæcumque adiectæ fuerint, dum modo aliqua caussarum, seu aliquod negotiorum huiusmodi, fidem catholicam non concernat, ad Sedem, siue Legatos eisdem, absque alicuius in obedientiæ notâ, ipsarumque sententiarum, censurarum, seu poenarum incursum remittere liberè, & licitè valeatis, vobis auctoritate Apostolicâ tenore præsentium indulgemus. Non obstantibus constitutionibus Apostolicis, & alijs contrarijs quibuscumque. Nulli ergo omnino hominû liceat hanc paginam nostræ concessionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attétare præsumpserit indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se noverit incursum. Datis Roma apud Sanctos Apostolos, Nonæ Kalendas Septembris, Pontificatus nostri, Anno Tertio decimo.

**XXXV. BRIVILEGIUM**

Eugenij Papæ III. concessum Priori Sancti

Benedicti, Anno Incarnationis Do-

minicæ. 1433.

## SUMMARIVM PRIVILEGII.

*Prior Sancti Benedicti potest admittere ad professionē  
 doctorum obedientie, paupertatis, & castitatis ali-  
 quos, qui fratres nominentur, qui bona Monasterij ad-  
 ministrare, & eius negotia pertractare possint.*

**E**VGENIVS Episcopus servus servorum Dei ad futu-  
 ram rei memoriam. Ad hoc circa regularis obseruantie  
 professores, eò diligentius paternæ sollicitudinis vias impendi-  
 mus, quò fecundius illorum Religio fructum in eis afferat sa-  
 lutarem, & laudabilibus in Domino possint illi proficere iugi-  
 ter incrementis. Dudum siquidem pro parte carissimi in Chri-  
 sto filij nostri Ioannis Castellæ, & Legionis Regis Illustris, feli-  
 cis recordationis Martino Papa Quinto prædecessori nostro  
 exposito, quod cum Prior, Monachi, & Conuersi pro tempore  
 existentes Monasterij Sancti Benedicti de Valleoleti, per Prio-  
 rem soliti gubernari Ordinis prædicti Sancti Palentini diocesi-  
 quod per eiusdem Regis prædecessores fundatum fuerat, &  
 ad quod ipse Rex obpiam, & laudabilem vitam, quæ sub regu-  
 lari obseruantia inibi incessanter ducebatur, singularem gere-  
 bat deuotionis affectum, quodque propterea summè cupiebat  
 à noxijs continè præseruari, sub clausurâ perpetuâ viuerent,  
 illiusq; septa nulluseorum egrediebatur, administratio bono-  
 rum, & pertractatio negotiorum ipsius Monasterij propterea  
 meris laicis sæpius de necessitate relictæ minus diligenter, & mi-  
 nus vtiliter tanquam per eos, per quos aliena res agebatur, geri  
 conspiciebantur, ex quibus dictum Monasterium grauia ple-  
 rumque sustinebat dispendia, & etiam detrimenta, & si in ipso  
 Monasterio per eundem Priorem, & dilectos filios eiusdē Mo-

naсте-

nasterij Conuentum personæ aliquæ non Monachi, nec Conuerfi, sed fratres nominandæ, & ad regularem Monachorum, & Conuerforum eorundem obseruantiam minime obligandæ, sed solum obedientiam inibi professuræ, ac eidem Monasterio intra, & extra illud in opportunis quibuslibet seruituræ pro tēpore reciperentur, & retinerentur, verisimiliter per eas, vt pote ipsi Monasterio iugiter obnoxias, & quasi rem propriâ peragentes, diligentius, & vtilius bona administrari, & negotia huiusmodi pertractari valerent, ac exinde cessantibus dispendijs, & detrimentis ante dictis, eidem Monasterio votiûæ prosperitatis succederent incrementa, dictus prædecessor per suas litteras præfatis Priori, & Conuentui personas de quibus eis videretur, & quarum singulas non ad clausuram, seu regularem obseruantiam prædictas, aut alia quæcumque in Regula eiusdem Sancti Benedicti contenta, sed solum, & dumtaxat ad obedientiam perpetuam adstringi, siue obligari, & eam solum in manibus Prioris Claustralis pro tempore existentis dicti Monasterij, coram aliquibus ex Monachis præfatis, infra tempus probationis alijs Religionem ingredientibus, ad regularem professionem emittendam à iure statutum, profiteri, seu promittere, ac post promissionem huiusmodi obedientiam ipsam serua re, nec non eidem Monasterio intra, & extra illud in omnibus, & singulis rebus, & factis ei expedientibus, & necessarijs deferre: in vestibus autem scapulario breuiori, illo quod ijdē Monachi, & Conuerfi deferebant cum caputio ab illo separato, aut non suto pro comodiori operum manualium insistentiâ, exue do intra, extra ipsum Monasterium verò in via induendo, nec non vbi, & quando dictus Prior Claustralis decerneret mantello giseo, seu de panno pardo vti, seu illa deferre: ordinationes quoque, & statuta per dictum Priorem Claustralem, qui ad hoc omnimodam potestatem haberet, cum aliquibus ipsorum Monachorum senioribus faciendâ, & si sibi de consilio dictorum seniorum secundum varietates temporum placeret.

## XXXV. PRIVILEGIUM.

in toto, vel in parte mutanda, augenda, minuenda, & corrigenda, seu etiam de nouo edenda obseruare, & illos forsan contrafaciendo spiritualem alicuius peccati poenam non incidere, sed tantummodo poenis, & correctionibus, ac poenitentis temporalibus in eisdem statutis, & ordinationibus apponendis, super quibus idem Prior Claustralis dispensandi etiam potestate haberet, subici, & summitti: circa verò diuinum officium, non Horas Canonicas, sed Orationem Dominicam, videlicet Pater noster, quemadmodum in eisdem ordinationibus, & statutis caueretur dicere, matrimonium nequaquam contrahere, bona tamen Monasterij huiusmodi de licentiâ dicti Prioris Claustralis procurare, & administrare, omnibusq; & singulis tam Apostolicis, quam Regiis, & aliis quibuslibet priuilegiis, indulgentiis, immunitatibus, exemptionibus, libertatibus & gratiis, quibus Monasterium, Priores, & Conuentus huiusmodi eatenus vti, & gaudere consueuerant, ac in posterum gauderent, & vterentur gaudere, & vti debere voluit, statuit, atq; decreuit deinceps perpetuis futuris temporibus recipiendi, & retinendi licentiam, & facultatem plenas, atq; liberas elargitus fuit. Et subsequenter pro parte dicti filij, Prioris Conuentualis eiusdem Monasterij, & dictorum Conuentus nobis, qui praefato praedeceffore, sicut Altissimo placuit sublato de medio, diuina fauente clementiâ ad apicem summi Apostolatus assumpti fuimus, exposito, quod Prior Claustralis eiusdem Monasterij pro tempore existens ad nutum dicti Prioris Conuentualis esse consueuerat, ac propterea incongruum esse videretur, quod in praemissis Prior Claustralis praefatus maiorem potestatem, quam dictus Prior Conuentualis habere nosceretur: nos aliis nostris litteris licentiam, & facultatem praedictas, de praemissis iuxta litterarum praedecefforis huiusmodi continentiam, per eundem Priorem Claustralem, vt praemittitur faciendis, ex tunc in antea perpetuis futuris temporibus a Priore Claustrali huiusmodi, in Priorem Conuentualem praedictum, aut quamcumq; aliam personam,

seu

seu Prælatum in eodem Monasterio in capite pro tēpore Præ-  
 sidentem penitus, & omnino transtulimus, ita quod ad illum  
 dumtaxat pro tēpore pertineret, & spectaret, prout in præ-  
 dictis litteris plenius continetur. Cum autem sicut eadem pe-  
 titio subiungebat, aliquæ ex personis pro suarum semouendis  
 conscientiarum scrupulis, etiam paupertatis, & castitatis emit-  
 tere vota feruenter exoptent: Nos itaq; dictorum Cōuentua-  
 lis Prioris, & Conuentus in hac parte supplicationibus inclina-  
 ti, præfato Priori Conuentuali, vt à quibusuis personis, quæ in  
 fratres ipsius Monasterij ritè receptæ fuerint præsentibus, atq;  
 futuris etiam huiusmodi paupertatis, & castitatis emittere vo-  
 ta spontè volentibus, ea recipiendi, & admittendi auctoritate  
 Apostolicâ concedimus tenore præsentium facultatem, præ-  
 missis litteris alias in suo robore permanfuris. Non obstantibus  
 statutis, & consuetudinibus Monasterij, ac Ordinis eorundem  
 iuramento, confirmatione Apostolicâ, vel quauis alia firmitate  
 roboratis, cæterisq; contrariis quibuscunq;. Nulli ergo om-  
 nino hominum liceat hanc paginam nostræ concessionis in-  
 fringere, vel ei ausu temerario contraire: Si quis autem hoc attē-  
 tare præsumpserit indignationem Omnipotentis Dei, & Bea-  
 torum Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursum.  
 Datis Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Do-  
 minicæ Millesimo Quadringentesimo Tricesimo tertio. No-  
 no Kalend. Junij, Pontificatus nostri Anno tertio.

## XXXVI. PRIVILEGIUM,

Eugenij Papæ IIII. concessum Priori & Conuen-  
 tui Sancti Benedicti Vallisoletani,

Anno Incarnationis Domini

cæ 1433.

SVMMA

## XXXVI. PRIVILEGIUM.

## SUMMARIVM PRIVILEGII.

1. Monachi possunt recipere omnes sacros ordines unâ & eadem die, & extra tempora, approbati tantummodo à Priore.
2. Prior Sancti Benedicti potest dirigere, & transferre Monachos de uno Monasterio ad aliud, legitimis subsistentibus causis.

**E**VGENIVS Episcopus servus servorum Dei ad perpetuam rei memoriam. Apostolica nobis desuper iniuncte servitutis officium iugiter mentem nostram excitat, & inducit, ut circa ea, quæ pro statu prospero Monasteriorum, aliorumque piorum locorum, nec non in illis sub Religionis observantia assidue studio piæ vitæ vacantium personarum profutura conspiciamus, & per quæ eorum indemnitatibus consulitur, operosis studiis intedamus. Hinc est, quod nos carissimi in Christo filij nostri Ioannis Castellæ, & Legionis Regis Illustris, ac dilectorum filiorum Prioris, & Conventus Monasterij Sancti Benedicti Vallisoletiad Romanam Ecclesiã nullo medio pertinentis, quod sub perpetuâ clausurâ est, & per Priorem gubernari consuevit, Ordinis eiusdem Sancti Palentiñ. diocesis, asserentium, quod per eos, siue aliquo sex ipsius Monasterij Monachis, & personis Monasterium Sancti Claudij extra muros Legionens. eiusdem Ordinis in regulari observantia, & sub simili clausurâ reformatum fuit, ipsique Monasterio Sancti Benedicti Manasteriũ Beatæ Mariæ de Consolatione Ordinis & diocesis. eorundem subiectum est, in hac parte supplicationibus inclinati, ut singuli Monachi præsentis, & futuri Sancti Benedicti, & Beatæ Mariæ Monasteriorum prædictorum ad id idonei,



1 nei, & quos dictus Prior, ad hoc pro tempore elegerit, siue  
 nominauerit semel dumtaxat anno quolibet omnes etiam sa-  
 cros Ordines vnâ, & eadem die, etiam extra tempora à iure sta-  
 tuta, à quibuscumque catholicis Antistitibus gratiam & com-  
 munionem Sedis Apostolicæ habentibus, cuiusuis super hoc  
 licentiâ minime requisitâ suscipere, dictique Antistites eisdẽ  
 Monachis Ordines huiusmodi tunc conferre possint. Ac ipse  
 Prior cum consilio illorum ex huiusmodi Conuentu, qui sibi  
 in gerendis inibi negotijs assistere consueuerint ad quęcumq̃;  
 alia Monasteria prædicti Ordinis in partibus illis pro tempore  
 2 consistentia, & in quibus huiusmodi Religio tunc non vigue-  
 rit aliquos eorundem Sancti Benedicti, & Beatæ Mariæ Mona-  
 steriorum, de quibus sibi videbitur Monachos, qui inibi sub si-  
 milibus clausurâ & obseruantia, quoad vixerint, vel ad tem-  
 pus degant, & perseuerent dirigere, ac Sancti Benedicti nec nõ  
 Beatæ Mariæ, sancti Claudij, & aliorum qui similiter reformari  
 cõtingerit Monasteriorum huiusmodi Monachis, & personis  
 quoties id congruere prospexerit, vt infirmitatis, & alijs legiti-  
 mis subsistentibus causis de illis in quibus tunc fuerint ad alia  
 ex prædictis Monasterijs transire, nec non inibi quandiu sibi vi-  
 sum fuerit permanere valeant, licentiâ concedere possit, au-  
 thoritate Apostolica tenore præsentium, indulgemus. Nõ ob-  
 stantibus constitutionibus Apostolicis, & voto super huiusmo-  
 di clausurâ per eosdem Monachos, & personas pro tempore  
 emissis, nec non Monasteriorum & Ordinis prædictorum iuri-  
 mento, confirmatione Apostolicâ, vel quauis alia firmitate ro-  
 boratis, statutis & consuetudinibus, ceterisq̃; cõtrarijs quibuf-  
 cumque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc pagi-  
 nam nostræ concessions infringere, vel ei ausu temera-  
 rio contraire. Si quis autem hoc attentare præsumperit in-  
 dignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli  
 Apostolorum eius se noverit incursum. Datis Romę apud  
 Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo

XXXVII. PRIVILEGIUM,

Quadragesimo Tricesimo tertio. Nono Kalend. Junij, Pontificatus nostri Anno Tertio.

¶ Quis quæ numero 1. conceduntur obstat Concilium Trident. quatenus Sess. 23. de reformat. c. 12. statuit, vt Regulares sine Episcopi examine non ordinentur. & cap. 13. vt duo sacri Ordines non eodem die, etiam Regularibus conferantur, privilegii quibusvis non obstantibus.

TRICESIMVM SEPTIMVM.

Indulgentiæ quas concesserunt Urbanus III. Martinus V. & Eugenius III. vniuersis fidelibus, in

festo Corporis Christi. Anno Dominicæ

Incarnationis 1433.

**EUGENIVS** Episcopus seruus seruorum Dei ad perpetuam rei memoriam. Excellētissimum corporis & sanguinis Domini nostri Iesu Christi Sacramentū, quod appropinquante passionis eius horâ Dominus ipse signo præcipui, quoniam nos dilexit amoris salubriter instituit, eiusq; commemorationem sacratissimâ iugis mentis exultatione contēplantes, ad hoc inter singulos huiusmodi meritos sanguine spiritualia dispensare munera votis exposcimus, vt illi condignis assurgentes laudibus, sua frequētius ad ipsius venerationē Sacramenti corda dirigant, & eo quo corporalis habetur præsentia Saluatoris Viatico fructus vitæ complectentes æterna, cælestia cōscendant, ipsum, qui se nobis in edulium tribuit perpetuò cōspecturi. Sanè dudū piæ memorię Urbanus Papa III. prædecessor noster ad orthodoxæ corroboracionē, & exaltacionem fidei dignè & laudabiliter statuens, vt de tanto Sacramēto præter illā, quæ dictum in Ecclesiā fieret annuatim memoria solēnior, & specialior haberetur, & ad celebrandū eius tam excellētum, tamq; gloriosum festum

festū Quintam post octauas Penthecostes feriam designans, ac  
 Christū fideles quoslibet ad colādum, illud donis spiritualibus  
 animare volens, omnibus verè poenitentibus, & confessis, qui  
 in matutinali officio festi eiusdē in Ecclesiā, in qua illud cele-  
 braretur, interessent centū, qui verò Missæ totidē, & qui in pri-  
 mis ipsius festi Vesperis similiter centū, qui autem in secundis  
 totidem, illis verò, qui Primæ, Tertie, Sextæ, Nonæ, & Com-  
 pletorij Horarum officiis pro qualibet ipsarum Quadraginta,  
 eis autem, qui per octauas ipsius festi Matutinalibus, Vesperti-  
 nis, Missæ, ac prædictarum Horarum officiis interessent singu-  
 lis octauarum ipsarum diebus similiter centum: & subsequen-  
 ter felicis recordationis Martinus Papa V. etiam prædecessor  
 noster fideleseisdem ad impertiendā pro veneratione Sacra-  
 menti huiusmodi potiora reuerentiæ, & deuotionis exercitia  
 firmare cupiens, singulis ex eis verè poenitentibus, & confessis,  
 qui & quotiens in ipsius Sacramenti pro festo ieiunium, vel  
 loco illius aliud pium iuxta suorum consilia Confessorū opus  
 facerent, etiam centum, & qui præmissis in Ecclesiis, in qui-  
 bus illa celebrari contigerit officiis interessent, nec non Epif-  
 copis, & aliis Prælatiis superioribus, qui dictis officiis libenter  
 interessent, sed quominus eis in ipsis Ecclesiis interesse pos-  
 sent pro conseruandis suarum dignitatum iuribus, & aliās  
 tunc legitimè impeditis pro Matutinali ducentos, & pro Mis-  
 sæ officiis totidem, ac pro qualibet Vesperarum etiam ducen-  
 tos, reliquarum verò videlicet Primæ, & Tertie, Sextæ No-  
 næ, & Completorij festi octuaginta: rursus autem in qui-  
 buslibet octauarum diebus pro singulis Matutinalium Missa-  
 rum, & Vesperarum similiter centum nec non reliquarum  
 Horarum officiorum huiusmodi quadraginta: illis præterea,  
 qui processiones, in quibus ipsum viuificum Sacramentū di-  
 octo festo iuxta præfatarum ritus Ecclesiarum deferretur conti-  
 nuo sequuti forent, ac quibuslibet in festo, & octauarum die-  
 bus huiusmodi pro pace, & tranquillitate Ecclesiæ Missas  
 deu te

deuotè celebrantibus pro singulis ipsarum, ne non alijs in eo-  
dem festo Eucharistiæ Sacramentum deuotè sumētibus, etiam  
centum singulis annis profecto vice qualibet eis, qui dū Cor-  
pus Domini cum communicandis deferretur infirmis, illud  
cum incenso, luminari, præcedendo, vel sequendo venerantur-  
tur similiter centum, & qui tunc illud alia deuotè sequuti fo-  
rent quinquaginta dies de iniunctis eis poenitentijs misericor-  
diter relaxantur, ac etiam ipse Martinus prædecessor quod in  
festis, & diebus octauarum huiusmodi in terris, & locis Ecce-  
lesiastico quouis auctoritate suppositis interdicto, pulsatis campa-  
nis, ianuis apertis, & alta voce, excommunicatis prorsus exclu-  
sis, sed interdictis vt citius reconciliari studerent admissis, & il-  
lis qui causam vel occasionem huiusmodi interdicto dedisset  
altari tunc nullatenus appropinquantibus, Missæ & officia præ-  
missa licite celebrari possent auctoritate Apostolicâ duxit cõ-  
cedendum. Nos verò quos interim ad summi Apostolatus vi-  
cem diuina clementia pro uexit, etiam pro frequentiori huius-  
modi ueneratione Sacramēti summis gestientes affectibus no-  
stræ partis ministeriũ salubriter impertiri, nec nõ relaxationes,  
& concessionem prædictas Apostolici robore inuincuntis ip-  
sorum notioni fidelium committentes præmissis per eundem  
Martinum prædecessorem vt præfertur relaxatis diebus, alios  
totidem dies pariformiter ab ipsis fidelibus consequendos ad-  
iicimus per præsentis, & in super vniuersos Patriarchas, Archie-  
piscopos, Episcopos, & alios Ecclesiarum Prælatos monemus,  
& hortamur in Domino ac eis per Apostolica scripta in virtu-  
te sanctæ obedientiæ districtè præcipiendo mandamus, & in  
remissionem peccaminum iniungimus, vt per se vel alios co-  
rum subditis per singulas harum ciuitatum & diocesi. Eccle-  
sias in Dominicâ feriam & festum prædicta proximè præcedē-  
te salutaribus ad uenerationem potissimè Sacramēti huiusmo-  
di monitis, & exhortationibus præsentium, quarum etiam te-  
nor inter Matutinales festi, nec non dierum octauarum huius-

modi electiones recitetur litterarum continentiam, & effectū publicare, & insinuare procurent, vt eiusdem Sacramenti suffragante mysterio subditi, & fideles ipsi spiritualium gratiarū vberiori fulciantur augmento, & ab illo, qui se pro ipsis immolauit hostiam post huius vitæ cursum ad gloriam perducantur æternam. Verū quia difficile foret huiusmodi litteras singulis exhiberi, volumus, & eadem auctoritate decernimus, quod ipsarum transumpto manu publicā, & sigillo alicuius Episcopalis vel superioris Ecclesiasticæ Curia munito tāquam præfatis, si originales exhiberentur litteris plena fides adhibeatur, & perinde stetur ac si originales litteræ forent exhibitæ, vel ostensæ. Datis Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo Quadringentesimo Tricesimo tertio, Septimo Kalendas Iunij, Pontificatus nostri Anno tertio.

XXXVIII. PRIVILEGIUM,  
Eugenij Papæ IIII. concessum Prioribus Sancti Benedicti Vallisoletani, & Beatæ Mariæ de Conso-  
latione in fauorem Monachorum illegiti-  
morum, Anno Incarnationis Do-  
minicæ 1433.

SVMMARIVM PRIVILEGII.

*Priores possunt dispensare in defectu natalium Monachorum, quamdiu sub clausurâ, & regulari obseruatiâ inibi fuerint, ita vt si decem annorum spatio steterint in Religione, possint assummi ad dignitates, & administrare quæcumq; officia.*

## XXXVIII. PRIVILEGIUM.

**E**VGENIVS Episcopus servus servorum Dei ad futuram rei memoriam. Ad ea ex Apostolicę servitutis officio libenter intendimus, per quę Monasteriorum, aliorumq; piorum locorū, nec non in eis Altissimo pię studio vite famulatiū statui, & in demeritis, valeat opportunē prouideri. Hinc est, quod nos dilectorū filiorū S. Benedicti Vallisoleti ad Romanam Ecclesiā nullo medio pertinentis, & ei subiecti Beatę Marię de Consolatione per Priores gubernari solitorū, Ordinis eiusdē Sancti, Palentiū. Diocesis. Monasteriorum, Priorū & Conuentuū in hac parte supplicationibus inclinati cū omnibus, & singulis Monasteriorum prædictorum, nec non Membrorum eorundem Monachis presentibus, & futuris quoscūq; natalium defectus patientibus, quam diu sub claurā, & regulari obseruantia inibi fuerint, vt postquam dictam Ordinē expressē professi in Monasteriis, vel Membris huiusmodi decē annorum spatio steterint, aliās canonicē ad quęcūq; Dignitates, ac Prioratus etiam Conuentuales, nec non personatus administrationes, & officia per Monachos dicti Ordinis gubernari consueca, etiam si ad ea consueuerint, per electionem assummi, ipsiq; cura imineat animarū eligi, & assummi, illisq; præfici, ac ea recipere, & retinere, nec non in spiritualibus, & temporalibus regere, gubernareq; liberē, & licitē valeant, defectibus præmissis ac Prętauen. Concilij, & quibusuis aliis Apostolicis cōstitutionibus, necnō Monasteriorū, atq; locorū, quorū, seu in quibus Dignitates, Prioratus, personatus administrationes, & officia huiusmodi forsan fuerint, ac eiusdē Ordinis iuramento, cōfirmatione Apostolicā, vel quauis alia firmitate roboratis, statutis & cōsuetudinibus, ceterisq; cōtrariis nequaquam obstātibus, auctoritate Apostolicā, tenore presentiu, de speciali gratiā dispensamus. Nulli ergo omnino hominū liceat hanc paginā nostrę dispēsationis infringere, vel ei ausu temerario cōtraire: Si quis autē hoc attētare præsumperit, indignationē Omnipotentis Dei, & Beatorū Petri, & Pauli Apostolorū eius se no-

uerit

uerit incurfurū. Datis Romę apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicę Millesimo, Quadringentesimo, Tricesimo tertio, Nono Kalēd. Iulij, Pōtificatus nostri anno tertio.

## XXIX. PRIVILEGIUM,

Eugenij Papę III. concessum Priori & Conuentui  
Sancti Benedicti Vallisoletani, Anno  
Incarnationis Domini-

cę 1433.

## SUMMARIVM PRIVILEGII.

- 1 Concedit Priori, & Monachis quamdiu vixerint sub clausurā & regulari obseruantia, semel in mortis articulo plenam remissionem omnium peccatorum, per Confessores idoneos praestandam, iniunctā satisfactio-  
ne, si fuerit alicui alteri persone faciendā, quam vel per se, vel per alios faciant.
- 2 Qui ex confidentiā remissionis huiusmodi peccauerint quoad illud eis non suffragetur.
- 3 A die qua quis valuerit gaudere hac concessione, per unum annum singulis sextis feriis ieiunare debet, modo quo hic continetur.

**E**Vgenius Episcopus seruus seruorum Dei ad perpetuam rei memoriam. Iniunctum nobis desuper Apostolicę seruitutis officium dignę peragere non ambigimus, si ad ea solita benignitatis extendamus affectum, per quę Christi fideles deuotę conscientię pacę consequi, & animarū suarum saluti afferre valeant incrementū. Hinc est, quod nos dilectorū filiorum Prioris, & Cōuentus Monasterij S. Benedicti Vallisoleti ad Romanā Ecclesiā nullo medio pertinētis, & per Priorē gubernari

## XXXIX. PRIVILEGIUM

soliti, Ordinis eiusdem Sancti Palentini. Dioces. in hac parte supplicationibus inclinati, omnibus, & singulis Monasterij prædicti Monachis, religiosiq; personis præsentibus & futuris quamdiu sub clausurâ, nec non regulari obseruantia inibi fuerint, auctoritate Apostolicâ tenore præsentium indulgemus, **1** vt Confessores idonei, quos duxerint eligendos, omnium suorum peccatorum, de quibus corde contriti, & ore confessi fuerint, **2** semel tantum in mortis articulo plenam remissionem eis in sinceritate fidei, vnitæ sanctæ Romanæ Ecclesiæ, ac obedientiâ, & deuotione nostrâ, vel successorum nostrorum Romanorum Pontificum canonicè intrantium persistentibus, eadem auctoritate concedere valeant. Sic tamen quod ipsi Confessores de iis, de quibus fuerit alteri satisfactio impendenda, eâ dictis Monachis, & personis per se, vel per alios vt congruerit **2** faciendam iniungant, quam ipsi facere teneantur. Et ne, quod absit Monachi, & personæ prædicti propterea procliuiores reddatur ad illicita in posterum committenda, volumus, quod si ex confidentiâ remissionis huiusmodi aliqua forte commiserint, quo ad illa eis prædicta remissio nullatenus suffragetur. **3** Quodq; singuli monachi & personæ præfati, à tempore quo concessione huiusmodi gaudere voluerint, per vnum annum singulis sextis feriis, impedimento cessante legitimo, **4** ieiuent, & si prædictis feriis, ex præcepto Ecclesiæ, in iunctâ poenitentiâ, voto, vel aliâs ieiunare teneantur, vna aliâ die singularum septimanarû eiusdem anni, quâ ad ieiunandum, vt præmittitur non sint adstricti ieiuent: quodq; si in dicto anno, vel aliqua eius parte impediti legitime fuerint, anno sequenti, vel aliâs quamprimum poterunt modo simili supplere huiusmodi ieiunium teneantur. Verùm si forsitan aliâs præfatum ieiunium in toto, vel in parte quodcumq; adimplere commodè nequuerint, eo casu Confessores idonei, quos ad id elegerint, ipsum in aliâ pietatis opera, prout suarum animarum saluti expedire viderint, commutare valeât, quæ dicti Monachi, & per-



& personæ parimodo debeant adimplere, alioquin quoad eos ipsa concessio nullius sit roboris, vel momenti. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ concessionis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire: Si quis autem hoc attentare præsumpserit indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se noverit incursum. Datis Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo Quadringentesimo Tricesimo tertio, Nonas Iulij, Pontificatus nostri Anno tertio.

X L. PRIVILEGIUM,

Eugenij Papæ IIII. concessum Prioribus Sancti Benedicti Vallisoletani, & Sanctæ Mariæ de Consolatione. Anno Dominicæ Incarnationis 1433.

*SUMMARIUM PRIVILEGII.*

*Bulla Conservatoria, nominat iudices Episcopum Palentinum, Abbatem Sancti Facundi, & Priorem Ecclesiæ secularis & Collegiæ Vallisoletanæ.*

**EUGENIUS** Episcopus servus servorum Dei. Venerabili fratri Episcopo Palentini. & Dilectis filiis Abbati Monasterij Sancti Facundi, ac Priori secularis, & Collegiæ Ecclesiæ Vallisoleti Palentini. Diocesis. Salutem & Apostolicam Benedictionem. Militanti Ecclesiæ licet immeriti disponente Domino præsidentes circa curam Ecclesiarum & Monasteriorum omnium solertiâ reddimur indefessâ solliciti, ut iuxta debitum Pastoralis officij eorum occurramus dispendiis, & profectibus divinâ cooperante clementiâ salu-

*XL. PRIVILEGIUM.*

briter intendamus. Sane dilectorum filiorum Sancti Benedicti Vallisoleti, ad Romanam Ecclesiam nullo medio pertinentis, & eisabiekti Beatæ Mariæ de Consolatione per Priores gubernari solitorum, Ordinis eiusdem Sancti Palentin. Dioces. Monasteriorû Priorum, & Cõuentuum cõquestione percepimus, quod nõnulli Archiepiscopi, Episcopi, aliq; Ecclesiarû Prelati, & clerici, ac Ecclesiasticę personæ tam religiosæ, quàm seculares, necnon Duces, Marchiones, Comites, Barones, Nobiles, Milites, & Laici, Cõmunia ciuitatû, Vniuersitates opidorû, castrorû, villarum, & aliorû locorum, & aliæ singulare personæ ciuitatû & dioces. & aliarum partiû diuersarû occuparunt, & occupari fecerût castra, villas, & alia loca, terras, domos, possessiones, iura, & iurisdictiones, necnõ fructus, census, redditus, & prouitus dictorû Monasteriorû, & nõnulla alia bona mobilia, & immobilia, spiritualia, & tẽporalia ad Priores Conuentus, ac Monasteria huiusmodi expectãtia, & ea detinēt in debite occupata, seu ea detinētibus præstāt auxilium, cõsilium, vel fauorẽ: nõnulli etiã ciuitatum dioces. & partium prædictarû, qui nomen Dñi in vacuum recipere nõ formidãt, eisdem Prioribus, & Cõuentibus super prædictis castris, villis, & locis aliis, terris, domibus, possessionibus, iuribus, & iurisdictionibus, fructibus, cõsibus, redditibus, & prouentibus eorûdem, & quibuscumq; aliis bonis mobilibus, & immobilibus, spiritualibus, & tẽporalibus, & aliis rebus ad Priores, Cõuentus, ac Monasteria huiusmodi expectãtib; multiplices molestias, & iniurias inferunt, & iacturas: Quare dicti Priores, & Conuentus nobis humiliter supplicarunt, vt cû eisdem valde reddatur difficile pro singulis querelis ad Apostolicã Sedẽ habere recursum, prouidere ipsis super hoc, paternã diligentia curaremus. Nos igitur aduersus occupatores, detentores, præsumptores, molestatores, & iniuriatores, huiusmodi illo volẽtes eisdẽ Prioribus, & Cõuentibus remedio subuenire, per quod ipsorum cõpescatur temeritas, & aliis aditus cõmittendi similia præcludatur, discretioni vestræ

per

per Apostolica scripta mādamus, quatenus vos, vel duo, aut vn<sup>o</sup> vestru, per vos vel alium, seu alios, etiā si sint extra loca, in quib<sup>9</sup> deputati estis Cōseruatores, & Iudices, ipsis Prioribus, & Conuentibus efficacis defensionis præsidio assistentes, nō permittatis eosdē super iis, & quibuslibet aliis bonis, & iuribus ad Priores, Cōuentus, & Monasteria huiusmodi cōmuniter, vel diuisim spectatibus, ab eis dē, vel quibusuis aliis indebitē molestari, aut eis grauamina, seu damna, vel iniurias irrogari, facturi dictis Prioribus & Conuentibus, cum ab eis, vel Procuratoribus suis, aut eorū aliquo fueritis requisiti de prædictis, & aliis personis, quibuslibet, super restitutione huiusmodi castrorū, villarum, terrarū, & aliorum locorū iurisdictionum, iurium, & bonorū mobilium, & immobilium, reddituum, quoq; ac prouētuum, & aliorum quorūcumq; bonorum, nec nō de quibuslibet molestiis, iniuriis, atq; dānis præsentibus, & futuris in illis, videlicet, quæ iudiciālē requirunt indaginē, summariē, & de plano, sine strepitu, & figurā iudicij, in aliis verò, prout qualitas eorū exegerit iustitiæ cōplementum: occupatores, seu detentores, præsumptores, molestatores, & iniuriatores huiusmodi, nec nō cōtractores quoslibet, & rebelles cuiuscumq; dignitatis, status, ordinis, vel cōditionis extiterint, quādocumq; & quotiescūq; expedierit, auctoritate nostrā per censuram Ecclesiasticam appellatione postpositā compescendo, inuocato ad hoc si opus fuerit auxilio brachij secularis. Non obstantibus tam felicitis recordationis Bonifacij Papæ VIII. prædecessoris nostri, in quibus cauetur, ne aliquis extra suam ciuitatē, & diocesim, nisi in certis exceptis casibus, & in illis intra vnā diētam à fine suæ diocesis ad iudiciū euocetur, seu ne Iudices, & Cōseruatores à Sede deputati prædictā, extra ciuitatem, & diocesim, in quibus deputati fuerint contra quoscumque procedere, siue alij, vel aliis vices suas committere, aut aliquos ultra vnā diētam à fine diocesis eorundem trahere præsumant, dum modo ultra duas diētas aliquis auctoritate presentiu non trahatur.

XL. PRIVILEGIUM.

seu quod de aliis, quàm de manifestis iniuriis, ac violentiis, & aliis, quæ iudicalem requirunt indaginem pœnis in eos, si secus egerint, & in id procurantes adiectis, Conseruatores se nullatenus intromittât, quàm aliis quibuscûq; constitutionibus à prædecessoribus nostris & romanis Pôtificibus tam de Iudicib<sup>9</sup> De legatis, & Cõseruatoribus, quàm personis vltra certû numerû ad iudiciû non vocandis, aut aliis editis, quæ vestra possint in hac parte iurisdictioni, aut potestati, eiusque libero exercitio quomodolibet obuiare, seu si aliquibus communiter, vel diuisim à prædictâ sit Sede indultû, quod excõmunicari, suspendi, vel interdici, aut extra, vel vltra certa loca ad iudiciû euocari nõ possint per litteras Apostolicas, nõ facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbû de indulto huiusmodi, & eorum personis, locis, ordinibus, & nominibus propriis mentionem, & qualibet aliâ indulgentiâ dictæ Sedis generali, vel speciali cuiuscumq; tenoris existat, per quâ præsentibus nõ expressam, vel totaliter nõ insertâ vestra iurisdictionis explicatio, in hac parte valeat quomodolibet impediri, & de qua, cuiusq; toto tenore de verbo ad verbû in litteris vestris habenda sit mētio specialis. Ceterû volumus, & Apostolicâ auctoritate decernimus, quod quilibet vestrû prosequi valeat articulû, etiâ per aliâ inchoatû, quamuis idem inchoans, nullo fuerit impedimēto canonico præpeditus, quodq; à datis præsentû sit vobis, & vnicuiq; vestrû in præmissis omnibus, & eorû singulis cœptis, & nõ cœptis præsentibus, & futuris perpetuata potestas, & iurisdictionis attributa, vt eo vigore, eaq; firmitate possitis in præmissis omnibus cœptis, & non cœptis, præsentibus, & futuris, & prædictis procedere, ac si prædicta omnia, & singula corâ vobis cœpta fuissent, & iurisdictionis vestra, & cuiuslibet vestrû in prædictis omnibus, & singulis, per citationē, vel modû alium perpetuata legitimû exiisset, constitutione prædictâ super Conseruatoribus, & alia qualibet in contrarium editâ non obstâte: præsentibus quo ad vtrûq; Monasteriorû huiusmodi, quâdiu

regu-

regularis inibi obseruatiã viguerit, dũtaxat duraturis. Datis Romę apud Sanctũ Petrum, Anno Incarnationis Dominicę Millesimo, Quadringentesimo, Tricesimo tertio. Decimo nono Kalendas Septembris, Pontificatus nostri Anno tertio.

XLI. PRIVILEGIUM,

Eugenij Papę IIII. concessum Priori & Conuentui S. Benedicti Vallisoletani. Anno Incarnationis Dominicę 1446.

SUMMARIVM PRIVILEGII.

- 1 Confirmat plures gratias tam a se, quàm ab aliis Pontificibus concessas.
- 2 Et extendit eas ad Monasteria de nouo erecta, reformata, & reformanda totius Congregationis.

**EUGENIVS** Episcopus seruus seruorum Dei. Venerabili fratri Episcopo Abulen. & dilecto filio Archidiacono de Palengueta in Ecclesia Burgen. Salutem & Apostolicam Benedictionẽ. Sedis Apostolicę gratiosa benignitas Ecclesiasticarum, quarumlibet presertim sub regulari obseruantia Domino famulantium personarum votis per quę ipsarum religio fructum in eis afferat salutarem, & laudabilibus in Domino iugiter proficiant incrementis libenter annuit, eaq; fauoribus prosequitur opportunis. Sanẽ pro parte dilectorum filiorum Prioris, & Couentus Monasterij Sancti Benedicti Vallisoleti, per Priorem soliti gubernari, Ordinis eiusdem Sancti Palentin. Diocesi. nobis nuper exhibita petitiõ continebat. Quod olim per nos, & antea per felicis recordationis Martinum Papam V. predecessorẽ nostrum, ac quondã Petrum de Lunã in suã obedientia, de quã partes illæ tunc erant, Benedictum XIII. nun-

cupatum de remittendo delicta, excessus, & crimina ipsam Monasterium ingredientibus, & stabilitatem in illo perpetuam promittentibus: de audiendo confessiones eorumdem, & aliarum personarum etiam laicalium, seruatorum, etiam extra septa eiusdem Monasterij commorantium, & ad illud confluentium, de absoluedo etiam ab excommunicationum, suspensionum, & interdicti, ac quibuscumque aliis etiam iuris sententiis, censuris, & poenis, ac in casibus Sedi Apostolicę quouis modo referatis: de ministrando Ecclesiastica Sacramenta, iniungendo poenitentias, commutando vota, dispensando super irregularitate, habilitando inhabiles: de faciendo promoueri in vicesimo secundo suę ætatis anno constitutos, & alios Monachos præfati Monasterij, ad omnes etiam sacros Ordines vna die simul, & semel in anno, etiam extra tempora à iure statuta: de reuocando, & reducendo apostatas, & transeuntes, ac de non transeundo ad alia Monasteria, & Ordines: de faciendo orationes, & de modo habendi in dormitorio, & in cellis, ieiuniaque, labores manuum, lectiones, tempora dormitionis, ac vigiliarum mutandi, & alleuiandi, ac ad aliquas Horas, Psalmos, Preces, & ceremonias, nisi ad ea quę in regulâ continentur non tenendi: de celebrando tempore interdicti, & modo recipiendi, ad diuina, seruitores, familiares, & alia tunc expressa faciendi: de non cognoscendo, vel audiendo causas quascumque beneficiales, ciuiles, & criminales, aut exequendo quęcunquę negotia secularia, vel mundana: de recipiendo laicos, & iubendi eis, normam tradendo, ac super formam habitus ipsorum, qui fratres nuncupantur assignata, cum eis propter labores, siue aliàs dispensando, gratiisque Monasterij, & certis aliis gaudendo, super voto inclusionis in certis casibus, ac super defectu natalium cum Monachis dispensando: de recipiendo, & retinendo bona ingredientium, etiam minus legitime ex beneficiis Ecclesiasticis acquisita: de habendo ratum quicquid in ipso Monasterio fuit, vel erit factum, quamuis in aliquo fuerit defectus in poenitentis,

tijs, absolutionibus, ceremoniis, fundatione, constitutionibus, statutis, & obligationibus, de absoluendo Monachos in foro conscientia ab omni excommunicationis sententiâ, etiam si talis sit propter quæ Sedes ipsa sit merito cõsulenda, & diuersis alijs dicti Monasterij Priori, ac successoribus suis diuersa concessiones, & indulta concessa fuerunt, ac dictũ Monasterium exemptum, & Romanæ Ecclesiæ in mediata subiectum, nec non eidem Monasterio Conseruatoria perpetua in formâ Militanti Ecclesiæ, & visitantibus certis diebus ipsius Monasterij Ecclesiam, ac eiusdem Monasterij Prælati, Monachis, Conuersis, Fratribus, Nouitijs, Donatis, Oblatis & Commissis in eo de gentibus, & diuinis inter essentibus, atque alijs etiam pro ceremoniis Ordinis, pro solemnitate, ac tota festiuitate, siue ueneratione Corporis Christi varia indulgentiæ, confessionale perpetuum, & in mortis articulo etiam plenaria indulgentia, cum ieiunio, alijs cum Psalmis, siue orationibus, ac illa in alijs commutando, siue dispensando concessa extiterunt, prout in diuersis nostris, & Martini prædecessoris, ac Petri de Luna prædictorum litteris super illis, uel aliquibus eorum confectis dicitur plenius contineri. Cum autem sicut eadem petitio subiungebat, licet Prior, & Conuentus prædicti pro honestate, & incremento Religionis dicti Ordinis in illis partibus per aliquos ex ipsius Monasterij Monachis, Religiosis, ac personis, Sancti Claudij extramuros Legionen. & Sancti Ioannis Baptista extramuros Burgen. reformauerint, & ad Regularem obseruantiam sub voto inclusionis reducerint, nec non Beatæ Mariæ de Consolatione loci de Calabagnos, & Sanctæ Mariæ de Misericordia de Framesta, Ordinis, & diocesis eorundem Monasteria de nouo sub dicta obseruantia construxerint, seu fundarint, etiam quamplura ex bonis ipsius Monasterij Sancti Benedicti, uidelicet pecunias, libros, ornamenta, & alia localia eidem Monasteriis conferendo, siue donando, ac solerti curâ alia eiusdem

## XLI. PRIVILEGIUM

eiusdem Ordinis ad obseruantiam huiusmodi reducere, & no-  
 ua construere, siue fundare quærant, reformata quoque pro tẽ-  
 pore, & de nouo constructa, siue fundata Monasteria pro ma-  
 iori ipsorũ parte membra dicti Monasterii Sancti Benedicti  
 sint, & esse censeantur, ac tam ex voluntate huiusmodi Mona-  
 steria, siue loca à principio dotantium, siue concedentium, ac  
 illareformari, siue fundari volentium, quàm aliàs etiam ex cõ-  
 cessione, & dispositione Sedis prædictæ illi sint, & erunt subie-  
 cta, & propterea personæ reformatorum, ac de nouo constru-  
 ctorum, siue fundatorum pro tempore Monasteriorum cen-  
 seri debeant personæ ipsius Monasterij Sancti Benedicti: Nos  
 que etiam per diuersas alias nostras litteras, aliquibus ex dictis  
 Monasteriis concesserimus; quod omnibus & singulis priui-  
 legiis, gratiis, immunitatibus, exemptionibus, indulgentiis, &  
 indultis dicto Monasterio Sancti Benedicti in genere, & in  
 specie concessis, ac etiam concedendis, vti & gaudere possint,  
 tamen à pluribus vertatur in dubium, an dicta Monasteria præ-  
 fatas, ac omnibus & singulis priuilegiis, gratiis, immunitatibus,  
 exemptionibus, indulgentiis, & indultis præfato Monasterio  
 Sancti Benedicti quomodolibet concessis vti, & gaudere va-  
 leant: Nos vt supradictorum, & aliorum, quæ per Priorem &  
 Conuentum prædictos ex Monachis, religiosis, ac aliis perso-  
 nis Sancti Benedicti, aut singulorum supradictorum, seu etiam  
 pro tempore sub obseruantia huiusmodi degentium Mona-  
 steriorũ sub eisdẽ, vel similius ipsorum Monasteriorũ regula-  
 ri obseruatia, & inclusione reformari, cõstrui, fundari, seu aliàs  
 quomodolibet reparari cõtigerit, Monasteriorũ etiam pro tẽ-  
 pore statui, & indẽnitatibus, ac decori salubriter prouidere; vt  
 illorum personæ eò deuotius, quò quietius Altissimo famu-  
 lentur, ac sincerioribus mentibus, & purioribus cordibus diui-  
 nis contemplationibus intendant, nec non diuinis officiis in-  
 ter sint, quo maioribus fauoribus, & gratiis per nos fue-  
 rint. communitæ, carissimi in Christo filij nostri Ioannis



Castellæ & Legionis, Regis Illustris nobis super hoc humiliter supplicantis, ac Prioris, & Conuentus prædictorum in hac parte supplicationibus inclinati discretioni vestræ, per Apostolica scripta mandamus, quatenus vos, vel alter vestrum si & postquam, tam nostris quam Martini prædecessoris, & Benedicti litteris huiusmodi diligenter inspectis, per earum inspectione vobis apparuerit illas fore legitimas, & quavis suspectione carere, super quo vestram conscientiam oneramus, reformationes, fundationes, erectiones, dotationes, donationes, ac etiam virtute priuilegiorum, & gratiarum huiusmodi prætextu prælibatæ concessions factas, absolutiones, & dispensationes, habilitationes, promotiones, ordinationes, omisiones, seu quavis aliàs dispositiones, ac omnia alia & singula impræmissis, vel circa ea etiam pro tempore facta approbare, & confirmare, sup-  
 1 plereque omnes & singulos defectus iuris, solemnitatum, & facti, si qui forsan interuenerint in eisdem auctoritate nostrâ curetis. Nos enim si approbationem, cõfirmationem, & suppletionem prædictas, vigore præsentium fieri contigerit, volumus, & Apostolicâ auctoritate, tenore præsentium concedimus pariter, & decernimus, quod omnia & singula, concessiones, exèptiones, indulgètiæ, & indulta præfata, ac quæcûq; alia præfato Monasterio Sæcti Benedicti, siue illius Monachis, quomodolibet concessa, ad omnia & singula supradicta, ac alia, quæ in posterum reformabuntur, & de nouo construuntur, eisque aggregabuntur, vel subiicietür Monasteria, & ipsorum membra, illorumque prælatos, & personas, ac visitantes, integre, & plenariè se extendant, ipsaque supradicta, & quæ reformabuntur, construuntur, aggregabuntur, & subiicientur Monasteria, & membra, Prælati, personæ, & visitantes, illis omnibus ac singulis uti, frui, & gaudere possint, & debeant, iuxta omnem eorum formam, ac concessiones, exemptiones, indulgètiæ & indulta sint, censeantur, & habeantur perinde in omnibus, & per omnia, ac si pro ipsis omnibus, & singulis, ac quolibet

## XLII. PRIVILEGIUM,

libet eorum specificè, singulariter, & indiuiduè concessa fuissent, & pro eis, ac quolibet ipsorum originaliter emanassent. Volumus autè quod in confluentiũ ad ipsos pro tẽpore personarũ confefsionibus audiendis, & absolutionibus eis impendendis, licentia, seu consensus Ordinariorũ locorũ interueniat, quodque præsentes nostrę litterę, & in eis cõtenta dũtaxat ad illa ex Monasterijs, Prioratibus, atq; locis præfatis se extendant, & de illis intelligatur, nec nõ extẽdi, & intelligi debeãt, prout extendimus, & intelligimus per præsentes, in quibus pro tẽpore fuerit numerus duodecim ad minus, & quãdiu vixerint in obseruantiã regulari: quodque per hoc alijs priuilegijs, gratijs, indulgentijs concessionibus, exẽptionibus, & quibusuis alijs indulgentijs huiusmodi Monasterijs quomodolibet competentibus, aut quę in posterũ competere poterunt nullatenus derogetur, & quod ea omnia quantũ ad ipsorum fauorẽ perpetuo in suo plenario robore permaneant: non obstantibus omnibus illis quę nos ac prædecessor, & Benedictus prædicti in singulis litteris præfatis non ob stare volumus, constitutionibus quoq; & ordinationibus Apostolicis, nec non Monasteriorum, & Ordinis prædictorum iuramento, confirmatione Apostolicã, vel quauis alia firmitate roboratis, statutis, & consuetudinibus, ceterisque contrarijs quibuscũq; Datis Romę apud Sanctum Petrũ, Anno Incarnationis Dominicę Millesimo, Quadringentesimo, Quadragesimo sexto, Decimo Octauo Kalendas Ianuarij, Pontificatus nostri Anno sexto decimo,

## XLII. PRIVILEGIUM,

Eugenij Papę IIII. concessum Priori & Conuentui Sancti Benedicti, Anno Incarnationis

Dominicę. 1437.

SUMMARIUM PRIVILEGII.

Conceditur Priori & Conuentui Sancti Benedicti, ut  
quan-

quamdiu sub obseruantia regulari, steterint possint ex bonis Monasterij minus utilibus, quotiens opportunū fuerit vendere, vel alienare, dummodo ea commutent in alia bona Monasterij usq; ad valorem ducentorū florenorum auri de Camerā, consulto tamen, & annuēte Episcopo Palentino, cui per informationem constet, hoc fieri in euidentem Monasterij utilitatem.

**E**VGENIVS Episcopus seruus seruorum Dei. Venerabili fratri Episcopo Palentiū. Salutem & Apostolicā Benedictionem. Pastoralis officij debitum mētem nostram excitat, & inducit, vt circa ea, quæ pro Religionis cuiusuis salubri propagatione, ac personarum sub regulari obseruantia Altissimo famulantium indemnitate, & statu prospero opportuna fore prospicimus, nostræ partes sollicitudinis exquisitiū impendamus. Sanè pro parte dilectorum filiorum Prioris & Conuentus Monasterij Sancti Benedicti de Valle oleti per Priorem soliti gubernari, Ordiniseiusdem Sancti tuę Diœces. nobis nuper exhibita petitio continebat: quod plerumq; nonnulla ex immobilibus ad dictum Monasterium pertinentibus bonis, vendendi, & quandoque aliqua ex eis pro alijs immobilibus dicto Monasterio magis utilibus, & accomodis bonis permutandi, vel nonnulla alijs personis in emphiteosim perpetuam, vel ad certum tempus concedendi opportunitas, & nonnunquā necessitas occurrit, pro parte Prioris, & Conuentus prædictorum nobis fuit humiliter supplicatum, vt super ijs eis opportunè prouiderere de benignitate Apostolicā dignaremur. Nos itaque qui de præmissis certā notitiā nō habemus, huiusmodi supplicationibus inclinati, tibi, & successoribus tuis Episcopis Palentiū. de præmissis omnibus, & singulis eorūq; circumstantijs vniuersis, auctoritate nostra vos informādi, & quoties per informationē huiusmodi præmissa in euidentem utilitatem dicti Monaste-

### *XLIII. PRIVILEGIUM.*

rij cedere repereritis, super quo tuam, & dictorum succes-  
forum conscientias oneramus, & quādiu regularis obseruan-  
tia in dicto Monasterio durauerit, eisdem Priori, & Conuentui  
vt illa, ex bonis præfatis, de quibus eis visum, & quotiēs oppor-  
tunum fuerit, vsque ad valorem ducentorum florenorum au-  
ri de Camera, secundum communem æstimationem pro vice  
qualibet, pro congruo pretio vendere, vel pro alijs dicto Mo-  
nasterio magis vtilibus, & accommodis bonis permutare, siue  
in ex cambium dare, vel quibusuis personis, etiam laicis, cum  
quibus ipsius Monasterij cōditionem euidenter meliorem fa-  
cere possint, in emphiteosim perpetuam, vel ad tēpus, de quo  
eis visum fuerit sub certo censu annuo, seu canone dicto Mo-  
nasterio, annis singulis persoluendo, licentiam concedere va-  
leatis, eadem auctoritate concedimus facultatem. Volumus au-  
tem, quod pretium ipsum, si & postquam traditum fuerit, vt  
inde alia immobilia bona, ad opus eiusdem Monasterij eman-  
tur, & acquirantur, ad hoc integrè, & totaliter exponatur, in a-  
lios vsus nullatenus conuertendum. Non obstantibus consti-  
tutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac Monasterij, & Or-  
dinis prædictorum, iuramento, confirmatione Apostolicā, vel  
quauis aliā firmitate roboratis, statutis, & consuetudinibus, ce-  
terisque contrarijs quibuscumque. Datis Bononiæ Anno In-  
carnationis Dominicæ Millesimo Quadringentesimo Tricesi-  
mo Septimo, quarto Nonas Aprilis, Pontificatus nostri Anno  
septimo.

### *QUADRAGESIMVM TERTIVM.*

Indultum Eugenij Papæ. III. concessum viuæ vocis  
oraculo Priori & Conuentui Sancti Benedicti  
Vallisoletani, & alijs Congregationis,  
Anno Incarnationis Do-  
minicæ. 1438.

## SYMMARIVM INDVLTI.

1. Conceditur plenaria potestas Monachis recipiendi beneficium absolutionis à quibuscumque castibus, & ut cum eis dispensetur super quibuscumque irregularitatibus, & inhabilitatibus præterquam bigamie, voluntaria mutilationis membri, ac voluntarij homicidij, & hoc semel dumtaxat. Item ut possint absolui à quibuscumque excommunicationibus, suspensionibus, & Ecclesiasticis sententijs, censuris, & penis.
2. Similis absolutio conceditur in vero mortis articulo, nisi de iis quæ ex confidentiâ absolutionis fuerint perpetrata, dummodo recitet per annum sextis feriis, septem Psalmos, &c. & quamdiu vixerint in obseruantia regulari.

**B**EATISSIME Pater, Cum Monasterium Sancti Benedicti de Valleleti, Ordinis eiusdem Sancti, Palentinæ Diocesis in regulari obseruantia, & perpetua clausura constitutum sit, ac per illius Monasterij Monachos, siue religiosos in obseruantia, & sub clausura similibus Sancti Claudij extra muros Legionensium, Sancti Ioannis extra muros Burgenis, reformata, nec non eidem Monasterio Sancti Benedicti subiecta Sanctæ Mariæ de Consolatione loci de Calabacanos, Sanctæ Mariæ de Misericordia loci de Fromesta Ordinis, & Diocesis prædictorum de nouo fundata Monasteria fore noscantur, ut igitur degentes pro tempore in obseruantia huiusmodi puris cordibus, & mundis corporibus Altissimo Domino vota sua exoluere valeant, supplicatur hu-

M militer

XLVI. PRIVILEGIUM.

militer Sanctitati Vestrae, pro parte Prioris & Conuentus dicti Monasterij sancti Benedicti quatenus illius, ac reformatorum, & fundatorum praedictorum, necnon omnium & singulorum aliorum Monasteriorum, quae in futurum praedicto Monasterio sancti Benedicti subiici, aut per eiusdem Monasterij Priorem, siue Superiorem pro tempore ex subiectis sibi, aut subiiciendis Monachis, siue religiosis pro tempore existentibus in regulari obseruantia fundari, institui, siue reformari, ac in fraternitate, constitutionibus, & ordinationibus, habitu, & modo viuendi sibi aggregare Domino disponente contingat, Superioribus, quibuscumque nominibus appellentur pro tempore praesentibus, & futuris concedere dignemini, vt ipsi per se & presbyteri monachi per quemuis eorum pro audiendis confessionibus pro tempore deputandi, & ad nutum reuocandi, omnes & singulos nunc existentes, & qui pro tempore fuerint singulorum Monasteriorum praedictorum Monachos professos, Conuersos, Fratres, & quoscumque religiosos, perpetuosq; Donatos, & Oblatos, ac sub poena reincidentiae Nouitios, si forsan professionem non emittant, ab omnibus & singulis suis praedictis criminibus, excessibus, vel delictis etiam quantumcumque enormibus ante, & post ingressum Religionis, in quibuscumque casibus, etiam Sedi Apostolicae reuerentis commissis, necnon a quibuscumque excommunicationum, suspensionum, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a iure, vel ab homine Apostolica, vel alia quauis auctoritate, aut per Prouincialium, Synodaliu, aut generalium Conciliorum constitutiones, siue per regularia dicti Ordinis instituta in specie, vel in genere promulgatis, si quas ante vel post ingressum Religionis incurrerint, etiam si propterea ad Sedem Apostolicam specialis habendus foret recursus absoluerent, necnon cum singulis ex praedictis super quibuscumque irregularitatibus, & inhabilitatibus,

tatibus, quouis modo contractis, in quibuscumque casibus etiam dictæ Sedi specialiter reseruatis, præterquam in bigamiz, voluntariæ mutilationis membri, ac voluntarij homicidij propria manu, vel de expresso mandato, vel consilio commissi casibus, cum professis, aut profiteri volentibus, cum in ipso professionis actu fuerint, vt nihilominus non promoti ad omnes etiam sacros Ordines promoueri, ac ipsi promoti in illis ministrare, & ad quæcumque Dignitates, administrationes, & officia dicti Ordinis possint etiam præfici & assumi, dispensare, & eos habilitare semel dumtaxat. Necnon etiam quocumque tempore omnes, & singulos supradictos, ac indistinctè quoscumque Nouitios, Donatos, Oblatos, familiares, & seruitores commensales præsentis, & futuros dictorum Monasteriorum, in quibuscumque casibus Sedi Apostolicæ minimè reseruatis. Item à quibuscumque excommunicationum, suspensionum, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris & pœnis à iure, vel ab homine prolatis, vel proferendis, aut fulminandis in genere tantum, vel in specie non nominatâ personâ specialiter, & expressè, si quas incurrerunt, aut in futurum forsan ex in aduertentiâ, ignorantia, vel negligentia incurrere contigerit absoluere, ac super irregularitatibus, & inhabilitatibus prænistorum occasione quomodolibet contractis, aut si quas in futurum ex huiusmodi sententiis sic, vt præmittitur contrahere contigerit dispensare, & eos habilitare, ipsisque omnibus, & singulis Eucharistiæ, Extremæ vnctionis, & alia Ecclesiæ Sacramenta ministrare, ac pœnitentias eis salutare iniungere toties, quoties opus fuerit, aut deuotioni prædictorum videbitur expedire, auctoritate Apostolica liberè & licitè valeant, & possint de gratiâ speciali. Ac Superiores ipsi præmissâ omnia, & singula, si opus fuerit, vt supra religiosis aliis idoneis sacerdotibus

committere ac etiam in præmissis Confessores sibi cum facultate præmissa electos, & electos, & alios huiusmodi commutare, quotiens eis videri fuerit auctoritate prædictâ valeant, & quod gratia sit perpetua: ac quod per præsentem concessionem V. S. non intendit aliquo alio privilegio, indultis, & concessionibus Monasteriorum obseruantia, & Ordinis prædictorum in specie, vel in genere à Sede Apostolicâ, seu alias quomodolibet competentibus, seu competendis, aut concedendis eorum fauorem quomodolibet respicientibus, sed ea etiam in ipsorum fauorem in suo plenario robore permanere præsentibus perpetuis futuris temporibus duraturis concedere, & indulgere dignemini de gratiâ speciali: & constitutionibus Apostolicis, ac ceteris in contrarium facientibus, non obstantibus quibuscumque: & cum clausulis opportunis. Concessum ut petitur de omnibus. In præsentia Domini Nostri Papæ. C. Ariminen. & quamdiu fuerint in obseruantia regulari durent præmissa. In præsentia Domini Nostri Papæ. C. Ariminen.

**¶ ITEM** Pater Beatissime. Ut animabus religiosorum & personarum Monasteriorum prædictorum salubrius consulatur, supplicatur eidem Sanctitati Vestræ pro parte Prioris, & Conuentus præfati Monasterij Sancti Benedicti, quatenus eis ut presbyteri Monachi, vel alij sacerdotes quicumque perpetuis temporibus omnibus, & singulis Sancti Benedicti, Sancti Claudij, ipsique Monasterio Sancti Benedicti subiectorum, Sanctæ Mariæ de Consolatione, Sancti Ioannis, Sanctæ Mariæ de misericordia Monasteriorum Ordinis & Diocesis prædictorum, nec non omnium, & singulorum aliorum Monasteriorum, ut præmittitur prædicto Monasterio Sancti Benedicti subijciendorum, aut per illius Priorem, ex sibi subiectis, aut subijciendis pro tempore Monachis in regulari obseruantia fundandorum, instituendorum, siue reformandorum, ac in



fraternitate, constitutionibus, ordinationibus, habitu, & modo  
 vivendi Domino disponente, sibi aggregandorū presentibus,  
 & futuris Prioribus, Abbatibus, siue Prælatibus, Monachis pro-  
 fessis, Commissis, Fratibus religiosis, Novitiis, perpetuisq; Do-  
 natis, & Oblatis omnium suorum peccatorum, de quibus in ge-  
 nere, vel in specie corde contriti fuerint, & ore confelsi, etiã de  
 2 oblitis in vero mortis articulo plenariam remissionem, & in-  
 dulgentiam ipsis in sinceritate fidei, vnitæ Sanctæ Romanæ  
 Ecclesiæ, ac obedientiã, & deuotione vestris, aut successorum  
 vestrorum Romanorum Pontificum canonicè intrantiū per-  
 sistentibus, auctoritate Apostolicã liberè & licitè concedere  
 valeant, & possint concedere, & indulgere misericorditer di-  
 gnemini: sic tamen, quod ipsi Confessores de iis, de quibus fue-  
 rit alteri satisfactio impèdenda, eã illis, si ad hoc habiles fuerint  
 per se, vel alios, prout congruerit faciendam iniungant: & ne  
 quod absit propter huiusmodi gratiam reddantur procliuio-  
 res ad illicita in posterum committenda, quod si ex confi-  
 dentiã remissionis huiusmodi aliqua forsan committant, quoad  
 illa prædicta remissio eis nullatenus suffragetur: & insuper,  
 quod quilibet prædictorum, qui sufficientis litteraturæ fuerit  
 per vnum annum à tempore, quo concessione huiusmodi gau-  
 dere voluerit, singulis sextis feriis impedimento cessante legi-  
 timo septem Psalmos cum Letania recitet, siue legat, alij verò  
 sufficienter non literati alias orationes, iuxta Confessoris eorū  
 arbitrium, prout animarum suarum saluti Confessoribus ipsis  
 visum fuerit dicere, nec non pietatis, & aliis operibus sanctis se  
 exercere teneantur, quod si forsan impedimento detenti in di-  
 ctis anno, & feriis Psalmos cū Letania legere, aut orationes hu-  
 iusmodi commodè dicere non possint, aut obliuione, vel ali-  
 qua alia quacumq; occasione, ex tunc vna alia die singularum  
 septimanarum, etiam alterius sequentis anni, vel alias quam-  
 primum poterint lectiones, & orationes huiusmodi supplere  
 teneantur. Porro si forsan aliàs prælibatos Psalmos & oratio-

nes in toto, vel in parte quomodocumque adimplere com-  
 mode nequiverit, eo casu quilibet presbyter Psalmos, & cete-  
 ra huiusmodi in alia opera pietatis, prout suarum salutis anima-  
 rum expedire viderit commutare valeat, quae ipsi pari modo  
 debeant adimplere. Attamen quod Monasterio Sancti Benedi-  
 cti praedicto subiecta, & subijcienda Monasteria huiusmodi ra-  
 diu omnibus, & singulis praemissis in supplicationibus conten-  
 tis gaudeant, & utantur, ut praemittitur, quamdiu sub eiusdem  
 subiectione Monasterij fuerint. Concessum ut petitur, quam-  
 diu fuerint in obseruantia regulari. In praesentia Domini nostri  
 Papae. C. Ariminea.

¶ Et si placet eidem sanctitati per concessionis simplicem  
 signaturam supplicationum huiusmodi absque confectione  
 alicuius litterarum Apostolicarum plenum fortiantur effectum.  
 Concessum. C. Ariminea. Datis Ferrariae Tertio Nonas Ianua-  
 rij Anno octavo.

QUADRAGESIMVM QVARTVM  
 Indultum Eugenij Papae IIII, concessum Priori &  
 Conuentui S. Benedicti Vallisoletani, An-  
 no Incarnationis Dominicae 1438.

*SUMMARIVM INDVLT.*

Quamdiu fuerint sub obseruantia regulari, Prior possit  
 exponere tres vel quatuor Monachos, qui personarum  
 quarumcumque utriusque sexus confessiones audire. Et  
 eas a quibuscumque peccatis etiam Episcopo reseruatiss ab-  
 soluere possint, atque etiam a quibuscumque sententijs, et  
 praesentis excommunicationum, et c. satisfactione premis-  
 sa, et eas habilitare, et Eucharistiae Sacramentum eis  
 conferre, atque etiam dispensare super votis Episcopo re-  
 seruatiss, atque ea commutare in alia pietatis opera.

BEATISSIME Pater. Cum ad Ecclesiam Monasterij Sancti Benedicti de Valleoleti Ordinis eiusdem Sancti Palenti. Diocesis. ad quod etiam Illustrimus Princeps Dominus Ioannes Castellæ, & Legionis Rex specialem gerit affectionem nonnulli nobiles, & alij quam plures de Regno, ac loco Vallisoleti prædicto, nec non de diuersis mundi partibus singularis causâ deuotionis Christi fideles ad dictum Monasterium confluant, propter Monachorum illius regularem obseruantiam, & inclusionem, desiderentq; illis sua peccata confiteri, & ab eis spiritualiter cõsolari, vt igitur Pater Beatissime fidelium ipsorum animarum salutis sanctitatis vestræ ministerio salubrius consulatur, supplicatur Sanctitati Vestræ pro parte Prioris, & Conuentus dicti Monasterij quatenus eis, vt Prior siue Præsides dicti Monasterij pro tempore existens, & tres vel quatuor idonei presbyteri Monachi per dictum Priorem, siue Præsidentem ad hoc pro tempore deputandi, & ad ipsius Prioris, siue Præsidentis nutum reuocandi, quorumcumq; vtriusq; sexus fidelium ad dictum Monasterium, seu ipsius Ecclesiam, aut in ipsis quacumq; ex causâ pro tempore confluentium, cõmõrantium, sine existentium cuiuscumq; gradus existant confessiones diligenter audire, nec non ipsos à quibusuis peccatis, criminibus excessibus, & delictis suis in omnibus, & singulis casibus: etiã Episcopo referuatis absoluerè, nec non ab omnibus & singulis Ecclesiasticis sententijs, cõsuris, & pœnis fulminationibus, excõmunicationum suspensionum, & interdicti à iure, vel ab homine prolati contractis, in genere tantum, satisfactione, vel, mandato de satisfaciendo, si personæ huiusmodi ad id habiles fuerint præmissis, etiam absoluerè, ac eos habitare in prædictis casibus, pœnitentijsq; eis salutare inungere Eucharistiæ Sacramentum conferre, ac cum eis, & eorum quolibet dispensare super votis, etiã Episcopo referuatis, & ea cõmutare, in alia pietatis opera, toties quoties deuotioni prædictorum videbitur expedire, auctoritate Apostolicâ libere, & licite possint, & valeat,

## XLV. PRIVILEGIUM

Parochialis presbyteri, & alterius cuiuscūq; Episcopi, vel Superioris super præmissis omnibus, & singulis, vel eorū aliquo licet iā, vel assensu nullatenus requisitis, & quod huiusmodi gratia sit perpetua cōcedere, & indulgere misericorditer dignemini de gratiā speciali, cōstitutionibus Apostolicis, ceterisq; in cōtrarium facientibus non obstantibus quibuscumq; & cū clausulis opportunis. Concessum ut petitur de omnibus, quamdiu fuerint in obseruatiā regulari. In præsentia Domini nostri Papæ. C. Ariminen. *1438.*

Et si placet vestræ Sanctitati sola signatura huiusmodi concessionis sufficiat eis, sine confectioe aliarum litterarum Apostolicarum. Concessum. C. Ariminen. Datis Ferrariæ, Tertio Non. Ianuarij, Anno octauo.

Intellige de Confessoribus expositis iuxta formam Sacri Concilij Trident. ut habes supra in fine noni Priuilegij, fol. 34. pag. 2.

**QVADRAGESIMVM QVINTVM.**  
Indultum Eugenij Papæ IIII. viuæ vocis oraculo, concessum Monasterij Sancti Benedicti, & aliis totius Congregationis. Anno Incarnationis Dominicæ 1438.

### SVMMARIVM PRIVILEGII.

*1 Amplissima facultas recipiendi beneficium absolutio-  
nis à quibuscumque criminibus, etiam Sedi Aposto-  
lica reseruatis, & quibuscumque excommunicatio-  
nibus.*

*2 Dispensatio in quibuscumque irregularitatibus, & in  
habilita-*

habilitatibus exceptis tribus casibus, quæ omnia etiã ad Nouitios in ipso professionis actu extenduntur.

3 Possint præfici huiusmodi dispensati dignitatibus, & officiis Congregationis.

4 Absolutio generalis à quibuscumque excommunicationibus, & sententiis, & censuris Ecclesiasticis ex ignorantia, vel negligentia incurris cum potestate eligendi confessorum.

**B**EATISSIME Pater. Cum Monasterium Sãcti Benedicti de Valleolci, Ordinis eiusdem Sancti Palentiũ. Diocesi. in regulari obseruantia, & sub perpetua clausura constitutum sit, ac per illius Monasterij Monachos, siue religiosos in obseruantia, & sub clausura similibus Sancti Claudij extra muros Legionẽ. Sancti Ioannis extra muros Burgeñ. reformata, nec non eidem Monasterio Sancti Benedicti, subiecta Sãctæ Mariæ de Consolatione loci de Calabaçanos, Sanctæ Mariæ de Misericordia loci de Fromesta, Ordinis & Diocesi. prædictorum de nouo fundata, Monasteria fore noscantur: vt igitur de gẽtes pro tempore in obseruantia huiusmodi puris cordibus, & mundis corporibus Altissimo Domino vota sua exolueri valeant supplicatur humiliter. S. V. pro parte Prioris & Conuentus dicti Monasterij Sancti Benedicti, quatenus illius, ac reformatorum, & fundatorum prædictorum, nec non omnium, & singulorum aliorum Monasteriorum, quæ in futurũ prædicto Monasterio Sancti Benedicti subiecti, aut per eiusdem Monasterij, siue Superiorem pro tempore ex subiectis sibi, aut subiiciendis Monachis, siue religiosis pro tempore existẽtibus in regulari obseruantia fundari, institui, siue reformari, aut in fraternitate constitutionibus, & ordinationibus, habitu, & modo viuendi, sibi aggregari Domino disponente contingat Su-

**XLV. PRIVILEGIUM,**

perioribus quibuscumque nominibus appellentur pro tem-  
 pore præsentibus, & futuris concedere dignemini; ut ipsi  
 per se, & presbyteri Monachi per quemvis eorum pro au-  
 diendis confessionibus pro tempore deputandis, & ad nu-  
 tum reuocandi. Omnes & singulos nunc existentes, & qui  
 pro tempore fuerint singulorum Monasteriorum prædictorum  
 Monachos professos, Conuersos, Fratres, & quoscumque reli-  
 giosos perpetuoq; Donatos & Oblatos, ac sub poena reinci-  
 dentia Nouitios, si forsan professionem non emittant, ab  
 omnibus & singulis suis peccatis criminibus, excessibus, &  
 delictis, etiam quantumcumque enormibus ante & post in-  
 gressum religionis in quibuscumque casibus, etiam Sedi  
 apostolicæ referuatis, commissis: Necnon à quibuscumque  
 ex communicationum, suspensionum, & interdicti, aliisque Ec-  
 clesiasticis sententiis, césuris, & poenis à iure, vel ab homine Se-  
 dis Apostolicæ, vel aliâ quauis auctoritate, aut per Prouincia-  
 liū Synodaliū, aut generalium Conciliorum constitutiones,  
 siue per regularia dicti Ordinis instituta in genere, vel in spe-  
 cie promulgatis, si quas ante, vel post ingressum religionis in-  
 currerint, etiam si propterea ad Sedē Apostolicam specialis ha-  
 bendus foret recursus absoluerē: necnon cum singulis ex supra  
 dictis super quibuscumque irregularitatibus, & inhabilitatibus  
 quouis modo contractis, in quibuscumque casibus, etiam di-  
 ctæ Sedi specialiter referuatis, præterquam in Bigamiæ, volun-  
 tarię mutilationis membri, ac voluntarij homicidij propria ma-  
 nu, vel de expresso mandato, vel consilio commissi, casibus  
 cum professis, aut profiteri volentibus, cum in ipso professio-  
 nis actu fuerint, ut nihilominus non promoti ad omnes etiam  
 sacros Ordines promoueri, & promoti in illis ministrare, &  
 ad quæcumque dignitates, administrationes, & officia dicti  
 Ordinis possint etiam præfici, & assumi dispensare, ac  
 eos habilitate semel dumtaxat, necnon etiam quocumque  
 tempore omnes, & singulos supradictos, ac indistincte quos-  
 cumque

4 cumque Nouitios Donatos, Oblatos præsentis & futuros dictorum Monasteriorum in quibuscumque casibus Sedi Apostolicæ minimè reservatis. Item à quibuscumque excommunicationum, suspensionum & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à iure vel ab homine prolatis, vel proferendis, aut fulminandis in genere tantum, vel specie non nominata personam specialiter, & expressè, si quas incurrerunt, aut in futurum forsitan ex inaduertentiâ, ignorantia, vel negligentia incurrere contigerit absoluerè, ac super irregularitatibus, & inhabilitatibus præmissorum occasione quomodolibet contractis, aut si quas in futurum ex huiusmodi sententiis, sicut præmittitur contrahere contigerit dispensare, & eos habilitare, ipsisque omnibus, & singulis Eucharistiæ Extremæ vnctionis, & alia Ecclesiæ Sacramenta ministrare, ac pœnitentias eis salutares iniungere, totiens quotiens opus fuerit, aut deuotioni prædictorum videbitur expedire auctoritate Apostolicâ liberè, & licitè valeant, & possint de gratiâ speciali, ac superiores ipsi præmissa omnia & singula si opus fuerit, vt supra religionis aliis idoneis sacerdotibus committere, ac etiam in præmissis Confessores, sibi cum facultate præmissa eligere, & electos & alios huiusmodi commutare quotiens eis visum fuerit auctoritate prædictâ valeant, & quod gratia sit perpetua, ac quod per præsentem concessionem Vestra Sanctitas non intendit aliquo alio priuilegio indulgentiis, & concessionibus Monasteriorum obseruantia & Ordinis prædictorum in specie vel in genere à Sede Apostolicâ, seu alias quomodolibet competentibus, seu competendis, aut cõcedendis eorum fauorem quomodolibet respicientibus, sed ea etiam in ipsorum fauore in suo plenario robore permaneant, præsentibus perpetuis futuris temporibus duraturis concedere, & indulgere dignemini de gratiâ speciali. Cõstitutionibus Apostolicis, aut ceteris in contrariū factis.

non obstantibus quibuscumque, & cum clausulis opportunis. Concessum ut petitur de omnibus. In presentia D. N. Papae Io. Car. Sancti Pauli, & quod sola signatura sufficiat absque litterarum Apostolicarum confectione. Concessum. Ioan. Cardo Sancti Pauli.

QUADRAGESIMUM SEXTUM.

Indultum Eugenij Papae IIII. concessum vitae vocis oraculo Priori, & Monachis Sancti Benedicti Vallisoletani. Anno Dominicae Incarnationis 1438.

SVM MARIVM INDULTI.

- 1 Casus in quibus non obstante perpetua clausura possunt Monachi a Monasterio exire.
- 2 Priores non exoant de Monasterio, nisi ob similem aliquam causam iurata, & circa Monasterium Sancti Claudij, & Sanctae Mariae de Consolatione nonnulla.
- 3 Facultates, & indulta concessa Monasterio Sancti Benedicti ad reliqua reformata, seu reformanda ipsius Congregationis extenduntur, & casus etiam in quibus possunt Monachi exire, &c.
- 4 Congregationis Monachis, quando infirmi fuerint loco officij divini dicant aliquas orationes ad arbitrium Superiorum.
- 5 Possunt celebrare per unam horam ante lucem.



- 6 Superiores possunt dispensare cum illegitimis ad officia Congregationis, dum modo non sint perpetua.
- 7 Non teneantur colere alias festiuitates præter obseruatas ab vniuersali Ecclesiâ, vel ex locorum consuetudine, vel Superioris mandato.
- 8 Superiores possunt dispensare cum Donatis, Oblatis, & Commissis, circa vota peregrinationis quæcumque, etiam ultra marina, ac Sanctorum Petri, & Pauli, ac Iacobi Apostolorum, & ea commutare in alia opera pietatis. Gregorij, seu
- 9 Celebrans tercenarium Sancti Lamberti satisfaciat, etiam si interim celebret aliam Missam.
- 10 Tempore interdicti cui causam non dederint, possint admittere ad audiendam Missam, aut alia officia quoscumque familiares, officiales, & seruitores, ac eis sacramenta ministrare, ac eorum corpora tumulare ianuis clausis, & campanis non pulsatis.
- 11 Monachi in sacris non constituti non teneantur ex debito ad Horas Canonicas recitandas, sed loco earum aliquid aliud, ad Superioris arbitrium recitent.
- 12 Possunt recipere, & retinere legata quæcunque pro perpetuis capellaniis, sine prædicto onere, heredum, vel aliorum, quorum interest, si haberi possunt, consensu accedente, ipsi tamen defuncti participes sint benefactorum communium in Monasteriis faciendorum.
- 13 Prior Sancti Benedicti cum consilio seniorum potest inter-

*interpretari declarare & moderari dubia Regula Sã  
cti Benedicti, seruat is tamen ipsius substantialibus,  
ac rectã scientiã. Et sano intellectu, Et possit differ-  
sare in omnibus contentis in constitutionibus Benedi-  
cti Duodecimi.*

14 *Omnia hæc sunt communia vniuersæ congrega-  
tioni.*

**B**EATISSIME Pater. Dudum Felicis recordationis Mar-  
tinus Papa Quintus Vestræ Sanctitatis prædecessor cum  
Priore Conuentali Monasterij Sancti Benedicti de Valleole-  
ti, Ordinis eiusdem Sancti, Palentiñ. Dioces. pro tunc existen-  
ti, & successoribus suis ac omnibus, & singulis Monachis, &  
Cõuersis præsentibus, & futuris dicti Monasterij pro eo quod,  
secundum eiusdem Monasterij consuetudinem reclusi exi-  
stunt, & tempore, quo singuli eorum professionem dictorum  
Monasterij, & Ordinis emittunt, perpetuam in eo etiam pro-  
mittunt seruare clausuram, vt videlicet præmissis non obstan-  
tibus ipsi Monachi, & Conuersi ad Romanam Curiam pro ip-  
sius Monasterij, ac vniuersalis Ecclesiæ, & Principis terræ nego-  
tjjs prosequendis, vel alijs ad generalem Regni, seu Prouinciæ  
Synodum celebrandum, aut famis, mortalitatis, vel guerrarum  
temporibus, nec non ad fundationem, & reformationem quo-  
rumcumq; dicti Ordinis Monasteriorum, Prioratum, &  
Grangiarum faciendam, & ad omnes Ordines recipiendos, &  
nihilominus infirmi, debiles, scandalosi, minus vtilis, ac senes  
septuagenarij, nec non electi, seu postulati, aut prouisi, vt Mo-  
nasteriorum, Prioratum, Grangiarum, aut Ecclesiarum regi-  
minibus præficiantur, & quotiens verisimiliter præsumeretur,  
quod nisi ipsi Monachi, vel Conuersi pro negotijs causis, & li-  
tibus ipsius Monasterij prosequendis exirent, Monasterium  
ipsum

ipsum, aut Religiosi eiusdem nimiam iacturam in spiritualibus, vel temporalibus paterentur, & de præfati Prioris consilio, & licentiâ, ac maioris partis Conuentus prædictorum. Prior Conuentualis verò pro tempore existens de consilio, & licentiâ ad minus duarum partium Conuentus eiusdem Monasterij, præstito per eum prius in Capitulo illius capitulariter congregato, solemniter iuramento coram notario, & testibus, quod non exquisito colore, sed ex aliquâ de causis prædictis vult Monasterium ipsum exire. Ita tamen, quod ipsi Prior, & Monachi prouisi liberè, electi vero, & postulati de ipsius dumtaxat Prioris licentiâ dictum Monasterium sub alijs etiâ modo, poenâ, & formâ inibi expressis exire possint, & valeant, misericorditer, & gratiôsè dispensauit, atque concessit primo. Et deinde Sanctitas Vestra, post ipsius Sanctitatis ad summi Apostolatus apicem assumptionem ad supplicationem deuotissimi eiusdem Sanctitatis filij Ioannis Castellæ, & Legionis Regis Illustrissimi, ac Prioris, & Conuentus dicti Monasterij afferentium, quod per eos siue aliquos ex ipsius Monasterij Monachis, & personis Monasterium Sancti Claudij extra muros Legionens. eiusdem Ordinis in regulari obseruantia, & sub simili clausurâ reformatum fuerat, ipsique Monasterio Sancti Benedicti Monasterium Sanctæ Mariæ de Consolatione, Ordinis, & Diocesis eorundem subiectum erat inter alia, vt ipse Prior cum consilio illorum ex huiusmodi Conuentu, qui sibi ingrendis inibi negotijs consistere consueuerint ad quæcumque alia Monasteria præfati Ordinis in partibus illis consistentia, & in quibus huiusmodi religio tunc non vigerit, aliquos eorundem Sancti Benedicti, & Beatæ Mariæ Monasteriorum Monachos, de quibus sibi videbitur qui inibi sub similibus clausurâ & obseruantia, quoad vixerint, vel ad tempus degant, & perseverent dirigere, ac Sancti Benedicti, nec non Beatæ Mariæ, ac Sancti Claudij & aliorum, quæ similiter reformari cõtingit Monasteriũ huiusmodi Monachis, & personis quotiès id

XLVI. PRIVILEGIUM.

congruere prospexerit vt infirmitatis, & aliis legitimis sub-  
 stentibuscaussis de illis, in quibus tunc fuerint ad alia ex præ-  
 dictis Monasteriis transire, nec non inibi quamdiu sibi visum  
 fuerit permanere valeant, etiam præmissò voto non obstante,  
 licentiam concedere possit; concessit siue indulxit, prout in  
 Sanctitatis Vestræ, ac dicti Domini Martini super hoc confe-  
 ctis litteris, quarum tenores eadem Sanctitas Vestra hic habere  
 dignetur pro sufficienter expressis, etiam latius continetur.

/// Sunt deniq; Pater Beatissime, ex post etiam duo alia videlicet  
 Sancti Ioannis Baptistæ extra muros Burgen. & Sanctæ Mariæ  
 de Misericordia loci de Fromesta dictæ Diocesis Palentiæ. Mo-  
 nasteria sub similibus clausurâ & regulari obseruatiâ præmis-  
 so modo reformata, siue fundata dicto Monasterio Sancti Be-  
 nedicti subiecta, speraturq; Omnipotentis Dei disponete cle-  
 mentiâ plura alia dicti Ordinis in futurum Monasteria sub si-  
 mili modo viuendi per Priorem, siue Superiorem, Monachos,  
 siue religiosos pro tempore existentes Sancti Benedicti, aut sin-  
 gulorum Monasteriorum obseruantia huiusmodi prædicto-  
 rum, etiam pro tempore existentium reformari, fundari, ædifi-  
 cari, siue de nouo institui, aliaq; sibi aggregari, aut subiici, ad  
 quæ, seu eorum religiosos & personas nullatenus dicti Marti-  
 ni concessiones, siue dispensationes prædictæ, ac illæ Vestræ  
 Sanctitatis minus clarè, siue plenariè se extendunt, supplicatur  
 igitur Sanctitati Vestræ pro parte Prioris moderni, ac Conuen-  
 tus dicti Monasterij Sancti Benedicti, quatenus eis, ac Mona-  
 steriis obseruantia huiusmodi prædictis de dono eiusdè San-  
 ctitatis vberiore gratiam facientes, vt prædicta reformata,  
 fundata, & subiecta, ac omnia & singula alia dicti Ordinis, quæ  
 in futurum, sub prædictis regulari obseruatiâ & clausurâ re-  
 formari, fundari, ædificari, siue de nouo institui, aut eis aggrega-  
 ri, vel subiici contigerit Monasteria, ac omnes & singuli eorū-  
 dem Prælati Monachi, & Conuersi, omnibus & singulis dispē-  
 sationibus, concessionibus, & indultis, ac cū eisdem, siue simi-  
 libus

libus clausulis modo, formâ, & pœnis in prædictis litteris dicti Domini Martini contentis, & designatis, dum tamen in Monasteriis nunc subiectis, & quæ subici pro tempore Monasterio Sancti Benedicti prædicto contingat eiusdem Monasterij Prioris, siue Prælati licentia in huiusmodi faciendis interueniat, vt & gaudere; nec non, vt singula facultates, & indulta etiam per Sanctitatem Vestram, in eiusdem litteris prædictis Priori sancti Benedicti circa Monachos, & personas singulorum Monasteriorum ibidem expressorum concessa, etiam in omnibus & singulis prædictis Monasteriis obseruantia huiusmodi, ac eorum Monachis Conuersis, & personis præsentibus & futuris, ipse Prior, siue Prælati, pro tempore existens dicti Monasterij sancti Benedicti exercere, siue communicare plenariè liberè, ac licitè in perpetuum possint, & valeant, & ad illa illos, & illas sic se extendere debere decernere: pro maioriq; ipsius obseruantia conseruatione & dilatactione Priori, siue Superiori pro tempore sancti Benedicti prædicto, vt ipse vnà cū duobus Monachis, siue religiosis, aut alijs idonei Monachi dicti Monasterij, aut obseruantia huiusmodi per eum ad hoc pro tempore deputandi, de consilio seniorum, aut maioris, siue sanioris partis Cōuentus dicti Monasterij, etiam prædicto voto inclusionis non obstante honeste semel ad minus quolibet anno ad omnia dicto Monasterio sancti Benedicti nūc subiecta, & quæ in futurū, sibi subici cōtingat, vel ad eius visitationē spectent Monasteria, siue loca personaliter accedant ac Deū præoculis habendo illa in capite, & in membris, ac in spiritualibus & temporalijs visitent: excessus quoq; defectus, & crimina corrigant, puniant, & emendent, necnō debite reformationis & visitationis officij in eisde Monasterijs impendant, ac euellant dissipent & edificent, & placent, & ad statū debitiū singula deformatâ, si qua reppererint reformet restaurēt, & reducāt, ac vt præmittur ad videndū aliqua Monasteria reformanda, siue edificada, ac situs, siue loca pro eisde fundandis, siue de nouo erigendis eligenda exant,

## XLIX. PRIVILEGIUM.

da exeant, vadant, & accedant toties quoties Priori, & Conuentui dicti Monasterij sancti Benedicti huiusmodi casus se offerant, si eis occurrant, quod ea velint recipere, reformare, aut fundare, siue de nouo erigere, vt scire possint & videant, si huiusmodi Monasteria, ac situs, siue loca prædicta sint apta, congrua, & honesta, ac talia, quæ Ordini, religioni, statui, ac eorum modo viuendi conueniant, & concordent, licentiam & facultatem concedere, & indulgere. ac super præmissis, & singulis misericorditer Apostolicâ auctoritate, prout expediat dispensare dignemini, præmissis, ac statutis, & consuetudinibus dictorum Monasteriorum etiam iuramento, confirmatione Apostolicâ, vel quavis alia auctoritate roboratis, ceterisque contrariis non obstantibus quibuscumque, & cum clausulis opportunis. Itateni quod prædicta omnia locum habeant, & concessa sint pro Monasteriis in Regnis, & Dominis Castellæ & Legionis Regis, etiam pro tempore existentibus, presentibus & futuris. Concessum vt petitur de omnibus, quamdiu vixerint in obseruantia regulari. In præsentia Domini nostri Papæ. C. Ariminen.

¶ I T E M Beatissime Pater, vt sancti Benedicti Vallisoti, S. Claudij extramuros Legionen. ac sanctæ Mariæ de Consolatione loci de Calabaçanos, sancti Ioannis Baptistæ extramuros Burgen. ac sanctæ Mariæ de Misericordia loci de Fromesta Diocesis Palentiñ. necnon omnibus aliis & singulis dicti Ordinis sancti Benedicti Monasteriis supradictis, quæ sub regulari obseruantia & perpetuæ inclusionis voto, vt præmittitur reformari, fundari, edificari, siue de nouo institui, aut eis aggregari, vel subici contigerit ministerio Vestre sanctitatis, ac largiffimæ caritatis maiora bona succedant: dignetur eadem sanctitas Vestra pro ipsorum religiosorum consolatione, religionis propagatione, ac diuini cultus incremento auctoritate Apostolicâ, pio affectu cōcedere, quæ sequuntur. Et primo. Cūm Religionibus Monachorū præcipuè, vbi obseruata viget regula-

ris magis sit Monachis vacandum, circa studium conscientia, quam scientia: Quod Prælati, aut Conuentus dictorum Monasteriorum quorumlibet obseruantia huiusmodi, etiam pro tempore existentium non teneantur de cetero mittere quemquam Monachum, siue religiosum ad quod vis studium litterarum generale, vel particulare, neque in dictis Monasteriis habere instructores, siue magistrum in primitiuis, neque aliis scientiis maximè propter votum inclusionis prædictum, & quia ij, qui clerici esse debent in huiusmodi Monasteriis competenter instructi recipiuntur ad Ordines, non obstantibus Clementinâ, ac quibuscumque aliis constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, etiâ Benedicti XII. incipien. Fulgès, &c. aut alterius cuiuscûq; Sûmi Pontificis, nec non statutis, & cõsuetudinibus ordinis, ac Monasteriorû huiusmodi super hoc quomodolibet editis, ac ededis, ceterisq; cõtrariis quibuscûq;

- 4 Et quia sæpè cõtingit, quod Monachi infirmi grauentur in dicendo officiu diuinu, ad quod tenentur, quod quilibet pro tẽpore Abbas, Prior, siue Prælati cuiuslibet Monasteriorû huiusmodi possit libere dispensare cû omnibus, & singulis præsentibus & futuris Monachis, siue religiosis quorûcumq; Monasteriorû huiusmodi, qui sine padio nõ possunt dicere Horas Canonicas, quòd tẽpore infirmitatis, vel postquã conualuerint, loco Horarû atq; officiorû, ad quæ alias tenentur, dicant aliquid certû ad arbitrium ipsorum Monasteriorû Superiorum, & nõ teneatur ad aliud Canonicum officium: ac cû Prælati ipsis simili modo quilibet presbyter Monachus, per quem uiscorum
- 5 eligendus, etiam dispensare possit. Item, quod in dictis Monasteriis obseruantia liberè & licitè possint celebrare, ac Missam dicere ante lucem: dum tamen per vnã horam, quasi ante diem propter Donatos, siue seruitores, & alios, qui debent operari, & propter non nullas alias deuotas, siue honestas causas.
- 6 Et quia aliqui illegitimi, licet boni zelatores Ordinis sint in adiutorium regimini animarum assumi non possunt, quod

XLVI. PRIVILEGIUM

- quilibet pro tēpore Abbas, Prior, siue Prælatuſ cuiuſlibet Monasteriorum huiusmodi possit liberè & licitè auctoritate Apostolicâ dispensare cum quocumque illegitimo Monasterio huiusmodi Ordinem professu, quod possit esse Prior, vel Superior, aut Decanus, Sacrista, Confessor, & similia dicti Ordinis habere officia dummodo nullum istorum fuerit perpetuum.
- 7 Item, quod in huiusmodi Monasteriis non teneatur seruare, siue colere alias festiuitates, nisi illas præcipuè, quæ per vniuersalem Ecclesiam obseruantur, alias licitè vacare laboribus, & consuetis exercitiis, vel occurrentibus possint, nisi communiter ab omnibus secundum consuetudinem locorum, vbi Monasteria sita fuerint, vel Superioris mandato obseruentur, quibus sine scandalo in huiusmodi laboribus fiendis contrahere non possent. Item, quod vnusquisque Abbas Prior, siue Superior cuiusuis monasteriorum prædictorum obseruantia huiusmodi possit liberè & licitè Apostolicâ auctoritate dispensare cum omnibus, & singulis præsentibus & futuris Donatis, & Oblatis, ac Commissis dictorum Monasteriorum, ab omnibus & singulis votis peregrinationis, etiam vltra marino, ac Sanctorum Petri & Pauli, ac Iacobi Apostolorum, & quibusuis aliis votis, etiam si talia sint propter quæ Sedes Apostolica merito consulenda sit, & ea commutare in alia pietatis opera voto religionis dumtaxat excepto, quamdiu in societate Monasteriorum huiusmodi obseruantia fuerint. Quodq; si aliquis eorum recesserit teneatur, vel redire, vel vota sua, vt de iure fuerit cõre.
- 9 Item, quod celebrans missas Tercenarij Sancti Gregorij, seu Lamberti in huiusmodi Monasteriis satisfaciat, etiam si infra dictam Tercenariu sibi occurrat, quod celebret aliquã aliam Missam putã maiorem, matutinalem, vel aliam in Conuentu.
- 10 Item, quod tempore interdicti generalis, vel specialis à iure vel ab homine quomodocumq; lati, & in futurum ferendi liberè, & licitè in dictis Monasteriis, siue Ecclesiis, aut capellis eorum eadem possint recipere, ad audiendum Missam, & alia diuina officia



officia omnes & singulos præsentēs, & futuros Donatos, Oblatos, Cómmissos, ac quoscumq; familiares, officiales, & seruitores quorumlibet Monasteriorum huiusmodi, ac eis Eucharistiã & alia Ecclesiastica Sacramenta ministrare, eorumque corpora tumulare, siue tumulari facere, dum tamen nullus istorum dederit causam interdicto, secreto tamen modo, ianuis clausis, & campanis non pulsatis. Item quod huiusmodi Monasteriorum præsentēs & futuri Monachi ac clerici in sacris tamen nõ constituti, etiam si professi, ad Canonicas Horas recitandas siue legendas ex debito minime teneantur. Debeat tamen Superior aut Præsidentis cuiusvis Monasteriorum eis aliquos Psalmos aut Pater noster, aut officium quod de consuetudine in Monasterijs huiusmodi laicis Monachis iniungitur huiusmodi Monachis, aut clericis, qui aliqua forte honestã utili, aut rationabili causã Canonicas Horas, vt dictum est non recitauerint iniungere, vt illud Apostolicum in omnibus compleatur, qui mädurat quod laboret. Item quod quæcumque etiam pro tempore per quascumque personas dictis Monasterijs huiusmodi obseruantiæ legata pro perpetuis Capellaniis liberè & licitè possint ea recipere, habere, & retinere sine prædicto onere, heredum defunctorum, vel aliorum quorum interest, si haberi possint, cõsensu accedente, ipsi tamen defuncti participes sint benefactorum communium in dictis Monasterijs fiendorum. Item vt Monachi, & Religiosi dictorum Monasteriorum etiam pro tempore existentium, vt præmittitur eo quietius, & liberius feruori deuotionis intendere valeant, quod Prior, siue Superior pro tempore existens Monasterij Sancti Benedicti Vallisoletani prædicti, à quo huiusmodi obseruantia, & inclusio principum habuerunt, cum consilio illorum ex huiusmodi Cõuentu, qui sibi in gerendis inibi negotijs assistere cõsueuerint, ac aliorum Seniorum & prouidorum Religiosorum in suo capitulo cõsueto, prout sibi visum fuerit, possint interpretari, & modificare, declarare, & exponere, ac moderari quæcumque dubia, ac passus

XLVI. PRIVILEGIUM.

Regulæ Sæcti Benedicti, quomodocumq; ac quancocumq; inter professores dictorû Monasteriorû obseruantia huiusmodi quæstio, vel dubitatio, circa dictæ Regulæ custodiam, seu cõseruationem, vel intellectum quomodolibet oriatur, seruatiamen substantialibus ipsius Regulæ, ac recta conscientia, & sano intellectu, ne scandalum, vel dissolutio ex talibus sequatur, possit etiam libere dispensare in omnibus & singulis contentis in constitutionibus Benedicti XII. simul, vel successiuè totiens quoties sibi videbitur. Et quod omnia & singula supradicta, Pater Beatissime, intelligantur, & sint cõcessa omnibus, & 14 singulis supradictis Monasteriis Ordinis obseruantie, & inclusionis huiusmodi etiam pro tempore existentibus, ac eorum Prælati, Monachis, Religiosis, & personis eorundem præsentibus & futuris, vt supra dictum est amodo, & in perpetuum cum omnibus clausulis opportunis. Non obstantibus quibuscumq; priuilegiis, statutis, indultis, ordinationibus, constitutionibus, ac dispositionib<sup>9</sup> Apostolicis, ac dictorû Monasteriorû, & Ordinis editis, & edendis quocumq; modo disponant, etiã iuramento, confirmatione Apostolicâ, vel alia quacumq; firmitate roboratis, ceterisq; contrariis, non obstantibus quibuscumque. Et quod per præsentis concessiones, Vestra Sanctitas, non intendit aliquo modo aliis priuilegiis, indultis, & cõcessionibus, ac consuetudinibus Monasteriorum obseruantia, & inclusionis, ac Ordinis huiusmodi prædictorum in specie, vel in genere à Sede Apostolicâ, seu aliàs eis quomodolibet competentibus, siue competituris, aut concessis, seu concedendis aliquatenus derogare: sed quod ea omnia, & quantum ad ipsorum fauorem in suo semper plenario robore perpetuo permaneant, ac quam diu sub prædictis obseruantia, & inclusione fuerint valeat præmissa, licet aliàs in supradictis, ac aliis casibus, quibus eis etiã pro tempore huiusmodi libertas exeundi Monasteria concessa sit, aut permissa libere exire possint, & insuper subiecta nunc, & quæ in futurum Monasterio Sancti Benedicti subici contin-

gat Monasteria huiusmodi tamdiu etiam illis gaudeant, quamdiu in eadem subiectione, & obediencia fuerint. Ita tamen, quod prædicta omnia locum habeant, & concessa consistant pro Monasteriis in Regnis, & Dominiis Castellæ & Legionis Regis etiam pro tempore existentibus, præsentibus, & futuris. Concessum ut petitur de omnibus, quamdiu vixerint in obseruantia regulari. In præsentia Domini nostri Papæ. C. Ariminese.

Et si placet eidem Sanctitati simplex concessionis signatura supplicationum huiusmodi prædictarum eis sufficiat, & plenum per eas sortiantur effectum, ac si litteræ Apostolicæ de super conficerentur. Concessum. C. Ariminese.

### QVADRAGESIMVM SEPTIMVM.

Indultum Eugenij Papæ IIII. concessum Priori & Conuentui Sancti Benedicti Vallisoletani, & aliquibus Congregationis. Anno Dominicæ

Incarnationis 1439.

### SVMMARIVM INDVLTII.

1 *Monachi debiles, infirmi, aut occupati obtineant indulgentias quomodocunque concessas existentibus in officii diuini in festo Corporis Christi, & processione, ac per eius octauas, ac si essent presentes.*

2 *Monachi statim, ac vicesimum quartum annum attigerint, possint promoveri ad sacerdotium, & Missam cantare.*

XLVII. PRIVILEGIUM.

**B**EATISSIME Pater. Supplicans humiliter sanctita-  
 ti Vestrae, eiusdem sanctitatis oratores Prior, & Cōuentus  
 Monasterij sancti Benedicti de Valleoleti, Ordinis eiusdē san-  
 cti Palentiā. Dioeces. quatenus eis pro consolatione Pręlato-  
 rum, Monachorū, & religiosorū præfati Monasterij, necnō Sā-  
 cti Claudij extramuros Legionē. ac Sancti Ioannis Baptistæ  
 extramuros Burgeñ. reformatorū, ac Sanctæ Mariæ de Conso-  
 latione loci de Calabaçanos, & Sanctæ Mariæ de Misericordiā  
 loci de Fromesta dictę Dioeces. Palentiñ. fundatorū Monaste-  
 riorū, sub regulari obseruantia dicti Ordinis, ac inclusione per  
 Monachos, iue religiosos prædicti Monasterij Sancti. Benedi-  
 cti cōcedere Apostolicā auctoritate dignemini de gratiā spe-  
 ciali, quod omnes & singuli supradictorum Monasteriorū præ-  
 sentes, & futuri Pręlati, Monachi, professi, Conuersi, Fratres, &  
 1 Nouitij cum fuerint debiles, infirmi, aut occupati, obtineant  
 perpetuis temporibus quascumq; indulgentias à Sanctitate Ve-  
 stra, & aliis Romanis Pontificibus existentibus in diuinis offi-  
 ciis in festo Corporis Christi, per eiusq; octauas, necnon in pro-  
 cessione, ac veneratione eiusdem quomodolibet concessas, ac  
 si præsentēs in illo tunc ibidem essent, & cetera alia in veneratione  
 eiusdem Dominici Corporis peregissent. In contrarium  
 facientibus non obstantibus quibuscumq;.

**Q**UANTUM I T E M Pater Beatissime, dignetur etiam Vestra Beati-  
 tudo misericorditer de gratiā singulari dispensare cum omni-  
 bus, & singulis Monasteriorum sancti Claudij, dictoq; Mona-  
 sterio Sancti Benedicti Vallisoleti subiecti Sanctę Mariæ de  
 Cōsolatione, Sancti Ioannis Baptistæ, Sanctę Mariæ de Miseri-  
 cordiā Ordinis, & Dioecesum prædictorum præsentibus, & fu-  
 2 turis Monachis professis, quod quamprimū vicessimū quar-  
 tum annum attigerint possint promoueri ad sacerdotium, &  
 Missam cantare, defectu ætatis huiusmodi, ceterisque in con-  
 trarium facientibus non obstantibus. Concessum vt petitur  
 pro

pro omnibus, de vtroq; quamdiu vixerint in obseruantia regulari. In presentia Domini nostri Papæ C. Arimineni.

Et si Placet eadem Sanctitati sola signatura supplicationum supradictarum huiusmodi eis sufficiat sine confectione litterarum, ac Monasterio sancti Benedicti prædicto subiecta Monasteria huiusmodi tamdiu illius gaudeant, quamdiu in eadē subiectione, & obedientia fuerint. Concessum vt petitur. C. Arimineni. Datis Florentiæ quarto Idus Nouembris. Anno nono.   
 ¶ Is, quæ numero 2. conceduntur, obstat Concil. Trident. quatenus Sess. 23. de reformat. cap. 12. statuit, vt nullus ad Ordinem presbyteratus, ante vigesimum quintum ætatis suæ annū promoueatur, etiamsi regularis sit, priuilegiis, quæ ad hoc pœnitus exclusis.

### QVADRAGESIMVM OCTAVVM.

Explicationes quædam, & concessiones, & moderationes, circa regulam Diui P. N. Benedicti, & bonum & commoditatem Religiosorum Congregationis factæ, de mandato & commissione Eugenij Papæ IIII. viuz vocis oraculo per Ludouicum Episcopum Taruisin. Anno 1439.

& sunt notandæ.

**L**VDVICVS Dei gratia Episcopus Teruisin. De uotis Fratris Priori, & Conuentui Monasterij sancti Benedicti Valisoleti, Ordinis eiusdem sancti Palentin. Diocesis alijsq; Sancti Claudij extramuros Legionen. ac Sanctæ Mariæ de Consolatione loci de Calabaçanos, & sancti Ioannis Baptistæ extramuros Burgen. ac sanctæ Mariæ de Misericordia loci de Fromesta Palentin. Diocel. necnon aliorum Monasteriorū prædicto sancti Benedicti Monasterio subiectorum, & subij-

*fuit Abbas  
S<sup>us</sup> Rufine*

ciendorum, ac per illius Priorem, siue Superiorem pro tempore, & sibi subiectis, aut subijciendis, siue sub regulari obseruantia, & inclusione viuentibus pro tempore Monachis, siue Religiosis fundandorum, instituendorum, ac reformandorum Monasteriorum dicti Ordinis Abbatibus, Prioribus, Monachis, Cõuentibus, & personis sub regulari obseruatia, ac voto inclusionis pro tempore degentibus Fratribus nostris in Christo dilectis presentibus, & futuris salutis, & omnis boni spiritualis incrementũ. Dudũ vestra Fraternitates postularũt humiliter nonnulla concernẽtia bonũ, & cõmoditatẽ Religiosorum huiusmodi Monasteriorũ prædictorũ, ac cõseruationẽ Status Monastici, & Regulæ S. Benedicti, sub quã in illius obseruantia regulari, degitis, & vitã vestram cõtinuare proponitis, per Sãctissimum in Christo Patrẽ, & Dominũ nostrũ Dominum Eugeniũ Diuinã prouidentia Papã Quartũ, nostro ad id auxilio possibili suffragante concedi, ac eorũ etiam aliqua declarari pariter, & moderari. Vnde ipse Dominus noster, qui viros Monasticos præsertim obseruantia Regulare Ordinis, in quo se Deo obtulerunt amplectentes toto conamine, totisq; viribus & affectibus conseruare, ac in eorũ petitionibus exaudire consuevit, illas quantũ cũ Deo fuerint possibles nullatenus denegando, regularis obseruatia & vestra deuotionis intuitu infra scriptas petitiones propria manu nostra in fine cuiuslibet earũ signatas, quemadmodũ per ordinẽ sequũtur ad Religionis, deuotionis, & personarum vestrarum conseruationem, corroborationem, & consolationem, viuz vocis oraculo per me vobis moderari, declarari, & cõcedi gratiosẽ indulgit, vnde eiusdẽ Dñi Nostri oratores fideles esse debeat, vt Altissimus eum ad vniuersalis Ecclesie suæ Sanctæ regimen, & gubernationem prosperum cõseruet, & felicem. Nosq; Ludouicus præfatus vestris pijs orationibus sedulis simus effectualiter recommissus.

¶ In primis enim petitur, & supplicatur, quod Prior siue Superior pro tempore Monasterij Sancti Benedicti prædicti,

dicti, à quo huiusmodi regularis obseruantia, & inclusio emanarunt, cum consilio prouidorum, ac seniorum Religiosorum possit in suo consueto Capitulo disponere, si in dormitorijs huiusmodi Monasteriorum de obseruantia habeant cellas, sicut Monachi de obseruantia in Italiae partibus habent, dum tamen fiat foramen ad portam cellæ, vt Visitator possit videre, quid faciat Monachus. Placet, & conceditur eum foramine, & non claudantur cum clauibus, vt liber pateat accessus Visitatori, præter cellas Prioris, qui non debet visitari à subiectis, & Cellarij, qui habet conseruare substantiam Monasterij. Ludouicus Taruisin.

2. ¶ Item, quod in huiusmodi Monasterijs possint habere in coquina secularem honestum ad excusandum Monachum. Hęc petitio cõtradicit Regulæ, quæ vult neminem excusari ab officio coquinæ præter Abbatem, Cellarium, & qui fuerint vtilioribus negotijs occupati. Sed placet, & ita cõceditur, vbi fuerit minor Congregatio fiat per aliquam honestam personam, vbi fuerit maior Congregatio seruetur Regula, vel saltem per Conuersos, Oblatos, aut Commissos impleatur illud officium, vt fiscalij melius possint vacare diuinis, & alijs vtilioribus occupationibus, iuxta regulam. Illa dicitur maior Congregatio, vbi fuerint à duodecim Monachis supra. L. Tar.

3. ¶ Item, quod quando cõtingat religiosis, siue Monachis extra Monasteria in casibus eis concessis, aut concedendis exire, absque serupulo possint licite cum minori tunicâ, siue stamineâ, & scapulari dormire, etiam si sint tales in Monasterio debiles, infirmi, aut qui non possint dormire specialiter tempore æstiuo, aut alio tempore. Placet, & est discreta concessio, & sic practicat Congregatio nostra Sanctæ Iustine, in qua cum magna discretionem, & diligentiam totius Regulæ Sancti Benedicti sit plena obseruantia. L. Tar.

4. ¶ Item, quod Prior, siue Superior dicti Monasterij cum consilio illorum ex huiusmodi Conuentu, qui sibi in gerendis inter negotijs assistere conseruauerunt, possit dispensare cum

- Monachis, & Religiosis professis dictorum Monasteriorum, si sint infirmi debiles, scandalosi, aut minus utiles, aut propter aliquam iustam, necessariam, vel nimium expediētem causam, quod possint transire ad alium quemcumque Ordine, siue Religionem parem, vel arctiorem prout eis visum fuerit. Conceditur, & hoc etiam conceditur commune. *L. Tar. sub. mod.*
- 5 *mu* Item, quod in dispositione Priorum, Abbatum, siue Superiorum Monasteriorum obseruantie huiusmodi sit dispensare, quod temporibus, quibus Religiosi possunt cenare concedere vnum pulmentum. Conceditur, & sic seruant communiter serui Dei in partibus nostris Italiae. *L. Tar. T. au. i. ob. s. i. v. s.*
- 6 *oo* Item, quod die Natalis Domini possint Religiosi Monasteriorum huiusmodi cenare, & vnum pulmentum habere, quocumque die occurrat Natalis, etiam diebus celeberrimis per vniuersalem Ecclesiam, sicut de Apostolis, &c. Conceditur de die Natalis Domini, & duobus diebus sequentibus semper, & de festis solemnibus quae à clero & populo custodiuntur, si in feria sexta non venerint. *L. Tar. T. au. i. ob. s. i. v. s.*
- 7 *uu* Item, quod Praesidentes Monasteriorum huiusmodi possint licentiam Religiosis concedere dormiendi post vigiliis. Conceditur pro indigentibus, aut petentibus licentiam, sed ne fiat per generalem ordinationem, praeter festiui tempore, quo propter breuitatem noctium, propter calorem, & alia impedimenta malè possunt dormire, nam & regula monet Patrem, vt sic tēperet omnia, quo animae saluentur, & quicquid faciunt Monachi absque murmure faciant. *L. Tar. T. au. i. ob. s. i. v. s.*
- 8 *uo* Item Priores, Abbates, siue Superiores Monasteriorum huiusmodi, dum commodè possint, semper comedant cum Monachis in Conuētu, nisi quando sibi cum aliquibus hospitibus, vel Religiosis, aut propter aliquas expediētes, vel honestas causas aliter videbitur expedire. Laudabilem petitionem, istam concedimus, & sic semper practicaui tempore quo fui Abbas Sanctae Iustinae. Placet, & obseruetis. *L. Tan. ex. m. r. l. i. v. s.*
- uu* Item,



9 ¶ Item, quod quilibet Prior, Abbas, siue Prælatuſ dictorum Monasteriorum possit dispensare cum Conuentu ubi præest, & ordinare, quas Horas, & quibus diebus Monachi dicant officium cum cantu in Choro, vel sine cantu. Conceditur: & placet vt petitur, & moderatè statuunt circa hoc, quia obseruantibus regulam graue est totum officium cantare. L. Tar.

10 ¶ Item, quod Prior Sancti Benedicti, aut Superior de consilio prouidorum, ac Seniorum Religiosorum possit ordinare quas Horas, & quomodo dicant officium dictorum Monasteriorum Conuersi, & alij qui non sunt in sacris, quia nil de eis continetur in Regula. Super hoc est sciendum, quod Monachi professi, & qui sciunt legere, competenter tenentur dicere officium totum, qui autem minus benè legunt ad minus debent dicere officium de Domina. Conceditur ergo Prioribus, aut alijs Superioribus vt discernant qui sciunt cõpetenter legere, qui nõ, pro his autem qui nesciunt legere ordinent pro Horis certum numerum Pater noster, & Aue Maria. L. Tar.

11 ¶ Item, quod quilibet Prior, Abbas, siue Superior dictorum Monasteriorum cum consensu presbyterorum, possit dispensare circa minora Regule, seruata tamen substantiã & sano intellectu. Placet, & hoc magis specialiter obtinui à Domino Noſtro, sed cum maturitate fiat vt non laxetur obseruantia Regule circa ea quæ sunt clara, & portabilia: circa ea quæ propter obscuritatem litterarũ videntur grauiã ad obseruandum iuxta litteram liberè declaretis & moderetis, vt omnia sine murmure fiant, iuxta eorum regularũ monita. L. Tar.

12 ¶ Item, quod quilibet Prior, siue Superior Monasteriorũ huiusmodi possit exercere, moderari, dispensare, cucullam & habitum benedicere, professionem à religiosis, & recipere, in omnibus etiam, & per omnia facere, & disponere, in quibus Abbas secundum regulam facere, disponere, &c. potest. Conceditur, & sic est tenendum, quod circa predicta sic possit Prior Cõtactualis, aut alius Superior principalis, sicut potest Abbas, qui quo

quo ad regimen Monachorum, & regulæ directionem nõ est vis in nomine, dum tamen ille sit Principalis Rector Monasterij. L. Tar.

13 ¶ Item, quod Nouitij possint comedere, & dormire simul cum professis, ac si essent professi. De dormitione placet, de comestione vtilius est, quod aliquantulum seorsum, in mensâ ad hoc pro eis deputata sedcant, causâ seruandæ reuerentiæ, quâ debent habere Nouitij Professis. L. Tar.

14 ¶ Item, quod quilibet Prior, Abbas siue Superior dictorum Monasteriorum, obseruantie huiusmodi, possit dispensare cû Monachis, & Conuersis, ac Religiosis, Fratribus, & Oblatis dictorum Monasteriorû, vt in dormitorio, seu dormitorijs clausis siue apertis cellis contemplationi vacare legere, & studere, valeant, nec non cisterunia, labores manuum, lectiones, ac tempora dormitionis, vigiliarum mutare, & alleuiare possint, prout secundum Deum animarum suarum saluti expedire viderint. Placet de omnibus, seruato quod supra in principio diximus de cellis. L. Tar.

15 ¶ Item, quod nullus Prior, Abbas, siue Prælati, nec Monachi professi, & quicumque Religiosi Monasteriorum huiusmodi, & ad aliquas Horas, Psalmos, Suffragia, Recitationes, Preces, Deuotiones, & Ceremonias, nisi ad ea dumtaxat, quæ in Regulâ Sancti Benedicti continentur minimè teneantur, nisi in quantum ex deuotionis seruore, seu aliâ sua liberâ, & spontaneâ voluntate processerit. Placet, quia magis est Deo accepta paucorum Psalmorum decantatio cum iubilo, quam multorum Psalmorum cum fastidio. Congregatio Sanctæ Iustini, nõ quâ dicit Preces, etiâ in feriis, nec de mortuis in Choro, nisi in quadragesimâ, nec de Domina in festis duplicibus, licet extra Chorum ex deuotione nullus est, qui non dicat officium de Domina. L. Tar.

¶ Quæ omnia, & singula vobis modo, quo supra concessa declarata, ac moderata sunt, non obstantibus quibuscumque

constitutionibus Apostolicis, ac regularibus statutis, & consue-  
tudinibus Monasteriorum, obseruantia, & Ordinis prædicto-  
rum, etiam iuramento, confirmatione Apostolicæ, vel qua-  
cumque firmitate aliâ roboratis, ceterisque contrarijs quibus-  
cumque. Per præsentibus tamen concessiones, declarationes, ac  
moderationes Sanctissimus Dominus noster non intendit ali-  
qualiter alijs priuilegijs, indultis, & concessionibus Monaste-  
riorum obseruantia, & Ordinis prædictorum in specie vel in  
genere à Sede Apostolicâ, seu aliâs vobis, aut Monasterijs huius  
modi quomodolibet competentibus, seu competendis aliqua  
tenus derogare, sed quod ea omnia perpetuè ad vestrû ac ipso-  
rum Monasteriorum fauorem in suo plenario robore perman-  
neant. Placet, tamen quod durante obseruantia & inclusio-  
ne, nisi in casibus, in quibus vobis conceditur, aut concedetur  
exire durent præmissa. Verumtamen Monasteria nunc subie-  
cta, & subiicienda Monasterio Sancti Benedicti prædicto, tam-  
diu illis gaudeant, quam diu in eadem subiectione fuerint: re for-  
manda autem ac fundanda siue de nouo erigenda dicto Mona-  
sterio Sancti Benedicti non subiecta dum fraternitate consti-  
tutionibus & ordinationibus, habitu & modo viuendi Mona-  
sterio Sancti Benedicti prædicto conformia fuerint, & vnita.  
Ad quorum omnium, & singulorum præmissorum corrobora-  
tionem, pariter & fidem in dubiam adhibendam pro ipso-  
rum tutelâ, & firmitate perpetuis futuris temporibus duratu-  
râ cum ita existat quemadmodum præmittitur, de volunta-  
te, & assensu viue vocis ipsius Sanctissimi Domini Nostri ora-  
culo nobis Ludouico præfato factis ad perpetuam rei memo-  
riam, pro vestrarum etiam conscientiarum maiori seruatione  
præsentibus litteras nostri sigilli appensione fecimus com-  
muniri. Datis Florentiæ Anno Incarnationis Dominicæ Mil-  
lesimo, Quadragesimo, Tricesimo Nono, Decimo ter-  
tio Kalendas Augusti, Pontificatus præfati Domini No-  
stri Eugenij Papæ Quarti, Anno nono. Ita est sicut supra

narratur

101 XLIX. PRIVILEGIUM.

narratur per scriptorem. In quorum fidem concessiones de manu propria scripti & hic etiam ego Ludouicus Episcopus Tarraconensis prædictus.

XLIX. PRIVILEGIUM

Eugenij Papæ III. concessum Monasterio Sancti Benedicti, & aliis totius Congregationis.

Anno Dominicæ Incarnationis 1446.

SUMMARIVM PRIVILEGII.

*Possumt Monasteria Congregationis recipere reliquias à quibuscumque personis, & eas collocare in suis Ecclesiis absque pena in cursu.*

**E**VGENIVS Episcopus servus servorum Dei. Dilectis filiis Priori, & Conuentui Monasterij sancti Benedicti de Valleoleti per Priorem soliti gubernari, Ordinis eiusdem sancti Palentini, Diocesis. Salutem & Apostolicam Benedictionem. In iunctum nobis desuper Apostolicæ seruitutis officium tunc peragere non ambigimus, si ad ea solita benignitatis extendamus incuitum, quæ ex deuotionis ardore prodire conspiciamus, & animarum salutis afferre valeat incrementum. Cum itaq; sicut exhibita nobis nuper pro parte vestra petitio continebat, nonnullæ etiam Ecclesiasticæ tam seculares, quàm Ordinum quorumcumq; regulares, ac laicæ in partibus Hispaniæ commorantes personæ, ad vestram Monasterium sancti Benedicti de Valleoleti, Ordinis eiusdem sancti Palentini Diocesis, ob perpetuam clausuram, & regularem obseruanciam,

etiam, sub quibus in præfato Monasterio Altissimo famulamini, & diuinum officium, quod inibi cõtinuò deuotè Altissimo celebratis singularem gerentes deuotionis affectum, & propterea dictum sancti Benedicti, aliaq; pro tempore per vos reformata, seu vobis aggregata, & vnita Monasteria, atque loca specialibus fauoribus prosequi cupientes aliquas Sanctorum reliquias, quæ in suis Monasteriis, seu Ecclesiis sunt reconditæ vobis ad illas in vestro, seu aliis Monasteriis, atque locis huiusmodi, seu in illorum Ecclesiis conseruandas libenter, & gratuite offerrent, si sibi de super à nobis licentia concederetur: pro parte vestra nobis fuit humiliter supplicatum, vt personarum huiusmodi pro desiderio in præmissis annuere de benignitate Apostolicâ dignaremur. Nos igitur huiusmodi supplicationibus inclinati, quibuscumque Ecclesiasticis secularibus, & Ordinum quorumcumq; regularibus personis, in dictis partibus consistentibus, cuiuscumq; status, gradus, ordinis, vel cõditionis fuerint, quod quascumq; & qualescumq; Sanctorum reliquias de ipsorum Ecclesiis, seu locis vbi reconditæ existunt accipere, & illas vobis liberaliter donare possint, vobisq; quod reliquias sic vobis donatas huiusmodi recipere, & in præfato Sancti Benedicti, vel alio quocumque ex Monasteriis, siue locis vobis vnitis, seu per vos iam reformatis, & vobis aggregatis, seu quæ per vos reformari, aut vobis aggregari in posterum contigerit, vel eorû, aut alicuius ipsorum Ecclesiis in loco ad id honesto collocare, & reponere valeatis, absq; alicuius pœnæ incursum liberè, & licitè auctoritate Apostolicâ tenore præsentium de speciali dono gratiæ concedimus, pariter, & indulgemus. Nõ obstantibus, ordinationibus Apostolicis, nec non Ecclesiarum & Monasteriorum, in quibus huiusmodi reliquiæ forsan reconditæ fuerint, ac Ordinum eorundem, si aliquorum extiterint iuramento, confirmatione Apostolicâ, vel quauis alia firmitate roboratis, priuilegiis, quoq; , & litteris Apostolicis, generalibus, vel specialibus quorumcumq; tenorem existant, illis præ-

sertim, quibus etiam sub excommunicationis poenâ expressè inhiberetur, ne huiusmodi reliquiæ de loco ubi reconditæ fuerint auferri, & ad alia loca transferri possint, quibus omnibus illis aliâ in suo robore permanfuris, quoad præmissa derogare intendimus, & expressè derogamus per præseutes: ceterisque contrarijs quibuscumque. Nulli ergo omnino hominû liccat hanc paginam nostræ concessions, intentionis, & derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autè hoc attentare præsumperit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se noverit incursum. Datis Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo, Quadringentesimo, Quadragesimo Sexto, Septimo Idus Februarij, Pontificatus nostri Anno sexto decimo.

### QVINQVAGESIMVM.

Indultum Eugenij Papæ. IIII. concessum Monasterio Sancti Benedicti Vallisoletani, & alijs Congregationis, Anno Incarnationis Dominicæ. 1446.

### SVMMARIVM INDVLTII.

**B**EATISSIME Pater. Cum quam plures Christi fideles tam laicæ quàm Ecclesiasticæ secularesque personæ, & Ordinum quorumcumque regulares in partibus Hispaniæ cômorantes ad Monasterium Diui Benedicti Vallisoleti, per Priorem solitum gubernari Ordinis eiusdem Sancti propter perpetuam inclusionem, & obseruantiam regularem. quæ in præfato Monasterio Deo cooperante habentur & obseruantur: Nec non propter obsequium Dei, & officium diuinum, quòd

continùè inibi deuotè expletur, & ordinatur singularem gerentes deuotionis affectum, ac sperantes, quod Sanctorum reliquiarum inibi cum maximâ reuerentiâ & ueneratione teneretur, & conseruarentur, pro ornamento, & maiori tam illius, quàm ad ipsum pro tempore confluentium personarum deuotione aliquas sanctorum reliquias, quæ in suis Ecclesiis, seu Monasteriis consistunt præfatis, & aliis monasteriis illi aggregatis, seu per eius personas reformati traderentur libenter, & gratanter offerrentur, si eis desuper A. S. R. licentia concederetur. Supplicat E. S. Prior, & Conuentus præfati Monasterij. Quatenus omnibus, & singulis fidelibus prædictis, & specialiter Abbati Monasterij Sancti Igidori Legionensi. Ordinis Sancti Augustini, quas cumque Sanctorum reliquias de eorum Ecclesiis ad Sancti Benedicti, & quas cumque alia Monasteria, seu loca aggregata, seu reformata prædicta transferendi illis que donandi, & concedendi, nec non Priori, & Conuentui præfatis aliisque personis dictorum Monasteriorum huiusmodi reliquias recipiendi, & illas in eorum Ecclesiis in loco congruo, & honesto collocandi, & conseruandi, absque alicuius pœnæ, & excommunicationis, vel alterius pœnæ incurso plenam, & liberam licentiam concedere dignemini de gratiâ speciali, non obstantibus quibuscumque etiam sub pœna excommunicationis late sententiæ per Sedem Apostolicam, vel alia factis prohibitionibus, sub quibuscumque uerborum formis inhibitionibus, & prohibitionibus, nec non constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac statutis, & consuetudinibus etiam iuramento, &c. Caterisque contrariis quibuscumque, cum clausulis opportunis. Concessum ut petitur. In præsentia Domini nostri Papæ Ioan. Card. S. Pauli, & quod sola signatura sufficiat absque litterarum Apostolicarum confectioe. Concessum Ioan. Cardin. Sancti Pauli. Datum Romæ apud Sanctum Petrum Septimo Idus Februarij, Anno sexto decimo.

# LI. PRIVILEGIUM.

Eugenij Papæ. III. concessum Congregationi Sãcti  
 cti Benedicti Vallisoletanæ, Anno Incarna-  
 tionis Dõminicæ. 1446.

## SUMMARIVM PRIVILEGII.

1. A Monasterijs reformatis, & reformandis nullus Mo-  
 nachus siue Conuersus professus potest transire ad loca  
 secularia quacumq; seu aliud Monasterium cuius-  
 cumq; Ordinis, præter Chartusianum, vigore etiam  
 quarumcumq; litterarum Apostolicarum, non facien-  
 tium de hoc indulto & eius datis mentionem, & nul-  
 lus eos recipere potest.
2. Aliter transuentis infra sex dies redeant ad sua Mo-  
 nasteria cum omnibus, quæ secum asportauerunt, &  
 receptores requisiti illos restituant, alias ipsi, & auxi-  
 lium ipsis quomodocumq; præstantes excommunican-  
 tur ipso facto,
3. Nisi infra sex dies redierint, vt Fugitiue, & Aposta-  
 ta recipiantur.
4. Bona quacumq;, quæ tempore absentia acquisierint,  
 etiam si ad loca alia translata sint suis proprijs Mo-  
 nasterijs restituantur.
5. Redeuntes ad Monasteria possunt sui Superiores ab-  
 soluere ab excommunicatione, & cum illis dispensa-  
 re super irregularitate, occasione Apostasia contracta  
 & absoluere illorum inhabilitatem, seu infamiam.

E VGE-



**E**VGENIVS Episcopus seruus seruorum Dei ad futuram  
 rei memoriam. Pastor bonus, diligens, operosus, & perui-  
 gil, oues suas errabundas, & deuias ne lacerentur, ac deuorentur  
 lupinis à moribus, ad caulam reducere satagens sollicitè, & pru-  
 denter super illas, & alias suę custodię deputatas instituit custo-  
 dias excubias, sibi ac eis in spiritualibus, & temporalibus salu-  
 tares. Sanè ad nostrum, non sine mentis turbatione peruenerat  
 auditum, quod plerumque ex nonnullis Sancti Benedicti Val-  
 lesoleti Palenti. Diocesi. & Sancti Claudi extra muros Legio-  
 nen. ac Sanctę Marię de Consolatione de Calabaçanos, nec  
 non eiusdè S. Marię de Misericordia de Fromesta dictę Dico-  
 cesi. & Sancti Ioannis extramuros Burge. Ordinis Sancti Bene-  
 dicti Monasteriorum Monachis, & Conuersis stabilitatis pro-  
 fessionis violato proposito, quidam sub specie melioris, seu ar-  
 etioris vite, aut obseruantię regularis, alijsque varijs coloribus,  
 & figmentis exquisitis, de Sedis Apostolicę, vel Superiorum  
 suorum licentiã, aliqui verò etiam absque licentiã huiusmodi  
 temeritate propriã ad alia, vel eiusdem, seu alterius Ordinum  
 Monasteria, atque loca se transtulerunt, quidam autem habitu  
 primo dictorum Monasteriorum per eos non derelicto, quan-  
 doque vagati fuerunt, & vagantur in seculo in Religionis hu-  
 iusmodi contemptum, & vilipendium, perniciosum quoque  
 exemplum, ac scandalum plurimorum. Nos igitur ex Aposto-  
 licę pietatis abundantia talium periculis animarum occurrere  
 sum mopere affectantes, & vt Monachis, ac Conuersis huius-  
 modi extra sua Monasteria, atque loca vagandi materia ampu-  
 tetur opportunè providere volentes, auctoritate Apostolicã  
 hac perpeuã, & irrefragabili constitutione districtiùs inhibe-  
 mus vniuersis, & siogulis Monachis, & Conuersis primo di-  
 ctorum, & quę per eos in posterum reformari, nec non  
 fundari aut ipsis primo dictis Monasterijs aggregari contige-  
 rit, aliorum Monasteriorum, atque locorum præsentibus, &  
 futuris, ac quibuscumque laicis, & tam secularibus, quàm Ordi-

# LI. PRIVILEGIUM.

nis cuiuscumq; regularibus personis, vbi libet cōstitutis, Monachis videlicet, & Cōuersis presentibus, & futuris ne postquam inibi regularem professionem expressè, seu tacitè emiserint cuiuscumq; licentię, seu indulti Apostolici, aut Pœnitentiarię nostrę curę gerentis; vel alia quauis auctoritate, etiã per quascūq; nostras, seu dictę Sedis litteras, vel Legatorū eius, aut aliorū quorumcūq; sub quauis verborū formã, vel expressione cōcessorum, seu in posterū forsitan cōcedendorum, nisi in ipsis per nos, vel Sedem prædictã cōcedendis litteris specialis, & expressa, ac de verbo ad verbū de presentibus litteris, earumq; datis mētio fiat vigore, ad alia quauis Monasteria, seu loca secularia, vel prædicti, seu alterius cuiuscūq; etiã mendicantium, præterquã Carthusien. Ordinem trāsire, vel à suis Monasteriis, seu locis recedere: necnō alius personis præfatis ne trāsentes, vel recedentes Monachos, & Cōuersos huiusmodi recipere, & admittere, seu ad hoc recipiãtur, & admittãtur, vel aliis quibusuis auxiliū, vel fauorem dare de cetero præsumant. Nos omnes, & singulosex Monachis, & Cōuersis prædictis, qui contra inhibitionem nostrã huiusmodi venire præsumperint, transeuntes videlicet, & etiã nunc, ac in posterū vagantes, nisi infra sex dies, quorū duos pro primo, & duos pro secundo, & reliquos pro tertio, ac peremptorio termino eis assignamus à die monitionis, sibi desuper, per eorū Superiores pro tempore faciendæ, ad priora Monasteria, seu loca cū omnibus eorū bonis, si quæ forsitan secum asportauerunt redierint, ac receptores, & admittentes, seu ad hoc vt admittãtur, & recipiantur auxiliū, consiliū, vel fauorē præstantes, huiusmodi cuiuscūq; dignitatis, status, gradus, Ordinis, nobilitatis, vel conditionis fuerint, etiã si Patriarchali, Archiepiscopali, Episcopali, Abbatiali, vel aliã quauis Ecclesiasticã, seu mundanã præfulgeãt dignitate, nisi infra sex dies, quos similiter eis pro duobus, & tertio peremptorio terminis assignamus à die requisitionis eis desuper à dictis Superioribus faciendæ per eos receptos, & admissos dictis suis Superioribus reituerint,

vel

vel si forsitan eos, ne ipsis restituerentur occultassent, illos diuini  
 Superioribus propalauerint realiter, & cum effectu eos ultra  
 rias nullatenus admittunt, aut occultaturi sententiam excom-  
 municationis, à qua non nisi per Romanum Pontificem præ-  
 terquam in mortis articulo constituti absolui possint, incur-  
 3 rere decernimus eo ipso. Et in super Superioribus prædictis præ-  
 sentibus, & futuris transeuntes, seu vagantes, & post monitionem  
 eis factam huiusmodi ad dicta eorum Monasteria, seu loca non redeuntes veluti notorios Apostatas, & excomuni-  
 catos, per se, vel alium, seu alios capiendi, & capi faciendi, ac ca-  
 ptos carceribus mancipandi, & alias contra eos, prout opus, &  
 de iure fuerit faciendi, etiam cum inuocatione brachij secula-  
 4 ris procedendi. Necnon omnia, & singula mobilia, & immo-  
 bilia bona, & se mouentia per huiusmodi transeuntes, seu va-  
 gantes Monachos, vel Conuersos quouis modo eisdem Mo-  
 nasteriis, siue locis acquisita, quæ etiam si de eisdem Mona-  
 steriis, siue locis ad quæuis alia Monasteria, vel loca huiusmo-  
 di transferint, ad dicta prima Monasteria, seu loca perpetuò  
 spectare, & pertinere decernimus, à quibuscumque illa deti-  
 5 nentibus vendicandi, & petendi. Necnon illos ex Monachis  
 transeuntibus, seu vagantibus prædictis, qui de præmissis do-  
 lentes ad eorum Monasteria, siue loca redierint perpetuò per-  
 mansuri ab excommunicationis sententiâ, & Apostasiæ reatu hu-  
 iusmodi iniunctis, sibi pro modo culpæ poenitentia salutari, &  
 aliis, quæ de iure fuerint iniungenda, in formâ Ecclesiæ cõsuetâ  
 absoluedi, ac secum super irregularitate, si quam huiusmo-  
 di sententiâ ligati Missas, & alia diuina officia, non tamen  
 in contemptum clauium, celebrando, aut se illis immiscen-  
 do quomodolibet pro tempore contraxerint, dispensan-  
 di, omnemque inhabilitatis ab eis infamix maculam, siue  
 notam præmissorum occasione contractam abolendi, ple-  
 nam, & liberam concedimus auctoritate Apostolicâ tenore  
 præsentium facultatem. Non obstantibus constitutionibus,

## LII. PRIVILEGIUM.

& ordinationibus, ac priuilegiis, indulgentiis, & litteris Apostolicis generalibus, vel specialibus, quorumcumq; tenorum existant, per quæ præsentibus non expressa, vel totaliter non inserta, effectus earum impediri valeat, quomodolibet, vel differri, & de quibus quorumque totis tenoribus habenda sit in nostris litteris mentio specialis. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ inhibitionis, cõstitutionis, & concessionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumperit indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se noverit incursum. Datis Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ, Millesimo, Quadringentesimo, Quadragesimo sexto. Tertio Kalend. Decembris, Pontificatus nostri, Anno sexto decimo.

## LII. PRIVILEGIUM

Eugenij Papæ III. concessum Priori, & Conuentui Sancti Benedicti. Anno Dominicæ Incarnationis 1446.

### *SUMMARIVM PRIVILEGII.*

- 1 Refert, & confirmat priuilegium Martini Papæ V. per quod possunt admitti pro communi seruitio Monasterij aliqua persona, que fratres nominentur, & promittant obedientiam perpetuam in manibus Prioris claustralis dicti Monasterij, & tam intra, quam extra illud in omnibus, & singulis rebus deseruiant Monasterio necessariis.*
- 2 Deferant scapulare breue, & quãdo dictus Prior uoluerit mantello de panno pardo uti possunt.*

3 *Habet dictus Prior potestatem condendi cum aliquibus Senioribus Monasterij statuta circa modum viuendi illorum, quæ tamen peccati penam non contineant, & recitent Pater noster, & Aue Maria loco Horarum Canoniarum.*

4 *Non contrahant matrimonium, & gaudeant priuilegiis, & gratiis, quibus gaudent Monachi, & c.*

**EUGENIUS** Episcopus seruus seruorum Dei ad futuram rei memoriã. Prouisionis nostræ debet prouenire subsidiũ, vt ius suum cui libet seruetur illæsum. Hinc est quod nos tenorẽ quarũdã litterarũ felicis recordationis Martini Papæ. V. prædecessoris nostri, in ei⁹ registro repertũ pro eo quod sicut exhibita nobis nuper pro parte dilectorũ filiorũ Prioris, & Cõuentus Monasterij S. Benedicti de Valleoleti per Priorẽ soliti gubernari, Ordinis S. Benedicti Palentiũ. Diocesis. petitio continebat, ipsæ litteræ casualiter sunt amissæ de registro ipso de verbo ad verbũ transcribi, & ad eorundẽ Prioris, & Cõuentus petitionis instantiã præsentibus annotari fecimus, quĩ talis est. Martinus Episcopus seruus seruorũ Dei ad perpetuã rei memoriã. Roman. Põtif. iater cetera suæ Pastoralis sollicitudini in cõubentia, ad hoc præcipue intendere cõuenit, atq; decet, vt per rênis prouidetiæ ministeriũ Ecclesiarũ & Monasteriorum omniũ, quorũ sibi cura imminet generalis occurratur dispendijs, & cõmodis diuinã cooperãte clementiã salubrite consulatur. Sanè pro parte carissimi in Christo filij nostri Ioãnis Regis Castellæ, & Legionis Illustris nobis nuper exhibita petitio continebat. Quod cũ Prior Monachi & Cõuersi pro tẽpore existentes Monasterij S. Benedicti de Valleoleti per Priorẽ soliti gubernari, Ordinis S. Benedicti prædicti Palentiũ. Diocesis. quod per eiusdẽ Regis prædecessores sũdatũ fuit, & ad quod ipse Rex, propter piã & laudabilẽ vitã, quẽ sub regulari obseruãtia inibi ducitur incessanter, singularẽ gerit deuotionis affectũ, quodq; propte-

LII. PRIVILEGIUM.

reâ summè cupit à noxiis cōtinuò præseruari, sub clausurâ per-  
 petuâ viuât, illiusq; septa nullus eorū egrediatur, administratio  
 bonorū, & pertractatio negotiorū ipsius Monasterij propterea  
 meris laicis sæpius de necessitate relicte minus diligēter, & mi-  
 nus vtiliter tanquā per eos, per quos aliena res agitur geri cōspi-  
 ciuntur, ex quibus dictū Monasterium grauiasperūq; sustinet  
 dispendia, ac etiā detrimenta, verū si in ipso Monasterio per eū-  
 dem Priorē, & dilectos filios eiusdē Monasterij Cōuentū per-  
 sonę aliquę nō Monachi, nec Cōuersi, sed fratres nominādę, &  
 ad regularē Monachorum, & Conuersorū eorundem obseruā-  
 tiā minimè obligandę, sed solā obedientiā inibi professurę,  
 ac eidē Monasterio intra, & extra illud in opportunis, quibusli-  
 bet seruiturę pro tēpore reciperentur, & reuerentur, verisimi-  
 liter per eas, vt potē ipsi Monasterio iugiter obnoxias, & quasi  
 rē propriā peragentes diligentius, & vtilius bona administra-  
 ri, & negotia huiusmodi pertractari valerent, ac exinde cessan-  
 tibus dispendiis, & detrimētis ante dictis eidē Monasterio vo-  
 tiuę prosperitatis succederent incrementa: Quare pro parte di-  
 cti Regis nobis fuit humiliter supplicatū, vt ipsius Monasterij  
 indēnitatib<sup>9</sup> super præmissis opportunè providere de benigni-  
 tate Apostolicā dignaremur. Nos igitur, qui religiosorū locorū,  
 potissimè insigniū quorūlibet felicem statū intensis deside-  
 riis affectamus, huiusmodi supplicationibus inclinati præfatis  
 Priori, & Cōuentui personas, de quibuseis videbitur, & quarū  
 singulas nō ad clausurā, seu regularē obseruantiam prædictas, aut  
 alia quęcūq; in Regulā S. Benedicti cōtenta, sed solū, & dūta-  
 xat ad obedientiā perpetuā adstringi, siue obligari, & eam solā  
 in manibus Prioris Claustralis pro tēpore existētis dicti Mona-  
 sterij corā aliquibus ex Monachis præfatis, infra tēpus probatio-  
 nis alius Religionē ingrediētibus ad regularē professionē emit-  
 tendā à iure staturū, profiteri, seu promittere, ac per pmissiōnē  
 huiusmodi obedientiam ipsam seruare, nec nō eidem Monaste-  
 rio intra, & extra illud in omnibus, & singulis rebus, & factis ei  
 expedientibus, & necessariis deseruire: In vestibus autē scapula-  
 rio breuiori ullo, quod iidē Monachi, & Cōuersi deserunt cū ca-

I

2

putio ab illo separato, aut nõ suto pro cõmodiori operum ma-  
 nualiu in sistentiã exuendo intra, extra ipsum Monasteriũ vero  
 in via induendo, nec nõ vbi, & quãdo dictus Prior Claustralis  
 decreuerit mantello grisseo, seu de pãno pardo vti, seu illa de-  
 ferre, Ordinationes quoq;, & statuta per eundẽ Priorem Clau-  
 stralẽ, qui ad hoc omnimodã potestãtẽ habeat cũ aliquibꝰ ipso-  
 rum Monachorũ senioribus faciendã, & si sibi de cõsilio dicto-  
 rũ seniorum secundũ varietates temporũ placuerit in toto, vel  
 in parte mutãda, augenda, minuenda, & corrigenda, seu etiã de  
 nouo edenda, obseruare, & illis forsan cõtra faciendõ spiritua-  
 lẽ alicuius peccati pœnã non incidere, sed tantũ pœnis, & cor-  
 rectionibus, ac pœnitentiis tẽporalibus in eisdẽ statutis, & ordi-  
 nationibus apponendis, super quibus idẽ Prior Claustralis dis-  
 pensandi etiã potestãtẽ habeat subiici, & submitti. Circa verò  
 diuinũ officiũ non Horas Canonicas, sed Orationẽ Dominicã,  
 videlicet Pater noster, que madmodũ in eisdẽ statutis, & ordina-  
 tionibꝰ cauebitur dicere, Matrimoniu nequaquã cõtrahere, bo-  
 na tamẽ Monasterij huiusmodi de licetiã dicti Prioris Claustra-  
 lis procurare, & administrare, omnibusq;, & singulis tam Apo-  
 postolicis, quã Regiis, & aliis quibuslibet priuilegiis, indulgẽ-  
 tiis, immunitatibus, exẽptionibus, libertatibus, & gratiis, quibꝰ  
 Monasteriũ Priores, & Cõuentus huiusmodi hactenus gaude-  
 re, & vti cõsueuerunt, ac in posterũ gaudebũt, & vtẽtur gaude-  
 re, & vti debere volumus, statuimus, atq; decernimus deinceps  
 perpetuis futuris temporibus, recipiendi, & retinendi, licentiã,  
 & facultatem plenas atq; liberas, auctoritate Apostolicã, tenore  
 præsentium elargimur: Nõ obstantibus cõstitutionibus Apo-  
 stolicis, ac statutis & consuetudinibus Monasterij, & Ordinis  
 prædictorum, etiam iuramento, cõfirmatione Apostolicã, vel  
 quauis alia firmitate roboratis, ceterisq; contrariis quibus-  
 cumq;. Nulli ergo omnino hominũ liceat hãc paginã nõstro-  
 rum voluntatis, statuti, cõstitutionis, & cõcessionis infringere,  
 vel ei ausu temerario contraire: Si quis autem hoc attentare  
 præsumperit indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorũ  
 Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursum. Datis

XLIII. PRIVILEGIUM.

Romæ apud Sanctos Apostolos Nono Kalendas Septembris, Pontificatus nostri Anno Tertio Decimo. Ceterum vt ipsarû tenor insertus prædictus omnimodam rei, seu facti certitudinem faciat auctoritate Apostolicâ dicernimus, & illud idem robur, eamque vim & eundem vigorem dictus tenor per omnia habeat, quæ haberent originales litteræ eiusdem prædecessoris, si apparent antedictæ, ac ea dem prorsus ipsi tenori fides adhibeatur quodcumque, & vbi cumque, siue in iudicio, siue alibi vbi fuerit exhibitus uel ostensus, illique stetur firmiter in omnibus, sicut in ipsis originalibus litteris staretur, si forent exhibitæ vel ostensæ, per hoc autem nullû ius dicto Priori & Cõuētui, aut cuiquã alteri de nouo acquiri volumus, sed antiquû, si quod sit tantû modo cõseruari. Nulli ergo omnino hominû liceat hanc paginã nostræ cõstitutionis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorû Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursum. Datis Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo, Quadringentesimo, Quadragesimo Sexto. Idus Decembris, Pontificatus nostri Anno sexto decimo.

QUINQVAGESIMVM TERTIVM.

Indultum Martini Papæ. V. & Eugenij Papæ III. cõcessum Priori & Conuentui S. Benedicti Vallisoletani, vt cõstat ex Memoriali, quod Frater Ioãnes Prior S. Benedicti Vallisoletani reliquit manu propria cõsignatû. & sigillo Monasterij cõmunitû, vt innotesceret futuris de quibusdã gratijs per prædictos Sûmos Põti fices, viuę vocis oraculo cõcessis absq; litterarû cõfectione, pro quiete cõscientiarû Monachorû, anno Incarnationis Dominicæ. 1436. Et est valde notandum.

Quia



**Q**UIA Memoria hominum labilis est cunctis propter  
 rea huius Monasterij Sæcti Benedicti de Valleleti Mo  
 nachis præsentibus, & futuris, nec non Prioribus pro  
 tempore existentibus per huius pagine relationem innotescat,  
 quod ego frater Ioannes de Azebedo huius dicti Monasterij  
 ad præsens Prior, quietis, & pacis tam præsentium, quam futu  
 rorum Priorum, & Monachorû, in hoc dicto Monasterio de  
 gentium desiderio infra scripta quædam ex quibus tam in quâ  
 Monachis præsentibus, & futuris, nec non conscientia scrupu  
 lositas, quod generaretur verisimiliter formidabam Summo  
 rum Pontificum Romanorum, felicis recordationis Martini  
 quondam Papæ V. & Domini nostri Eugenij Papæ IIII. Dei  
 Ecclesiam feliciter gubernantes Sanctitati per nuntios pande  
 dere curavi, vt ne quod videlicet de infra scriptis, vel eorû ali  
 quo nostras tam erga præsentia, quam futura conscientias  
 perturbaret misericorditer dispensare dignaretur. Quæ om  
 nia, & singula, quæ ab eisdem Summis Pontificibus liberè vi  
 uæ vocis oraculo, & sine confectioe Bullarum nobis sunt cõ  
 cessa: idcirco prædictarum gratiarum concessioem nostrorû  
 Priorum, & Monachorum notitiam in his litteris, ordine, quo  
 sequitur inferere curavi. Primo igitur bonæ memoriæ quon  
 dam Papa Martinus V. nobiscum, & cû successoribus nostris  
 misericorditer dispensauit: vt quia contingit nonnullos sa  
 cerdotes, & alios Beneficiatos clericos, vel aliàs in dignitatibus  
 cõstitutos ad istud Monasterium relicto seculo per expressam  
 in eo professionem, & perpetuam inclusionem transire, & nõ  
 nulla forte de bonis suis, de beneficiorum suorum fructibus ac  
 quiritis, quæ minus canonicè obtinebant ad istud Monasteriũ  
 secum deferre, ut absq; conscientia scrupulo, & sine aliqua re  
 stitutione quæcumq; forent mobilia, vel immobilia suscipere  
 valeamus. Item modo simili idem concessit, quod nos, succes  
 soresq; nostri quælibet per quascumq; personas nostro Mona  
 sterio legata pro perpetuis capellaniis, sine prædicto onere libe  
 re

rè possimus recipere, dū tamen ad id heredum defunctorū, vel illorum, quorū interest consensus accedat, voluit tamen, vt ipsi defuncti participes sint in omnibus bonis in isto Monasterio fiendis. Itē concessit, quod ego & Piores futuri huius Monasterij ieiunium, quod in quadā ballā, siue gratia pro Monachis huius Monasterij in articulo mortis plenariē aboluendi continetur, in aliud opus meritorium, absq; cōscientiæ remorsu valeamus cōmutare. Itē concessit, quod infirmi, qui Horas Canonicas infirmitatis causā cōplere, vel recitare nequiverint, quod qualiter ad earū restitutionē teneātur, maneat in arbitrio Prioris. Itē cōcessit, quod tam ego, quàm nostri successores in foro cōscientiæ huius Monasterij Monachos ab omni possimus ex cōmunicationis sententiā absoluerē, etiā si talis sit, quā ipse Sūm<sup>9</sup> Pōtifex reseruare cōsuecit, & cū eis super omni irregularitate, etiā in illis casibus in quibus Papa, sibi vicē reseruat in morte. vi delictet, & in mēbrorū trūcatione, & enormi sanguinis effusione valeamus dispērare: dum tamē aliquod horū trium nō tariū nō sit, & hoc propter scandalū. Itē concessit, vt huius Monasterij Monachi clerici, in sacrista tamen nō constituti, etiā si professi ad Canonicas Horas recitādas ex debito minimē teneātur: debet tamen Prior eis Psalmos aliquos, aut Pater noster, aut certē officium, quod de cōsuetudine in hoc Monasterio laicis Monachis iniungitur, prædictis huiusmodi Monachis clericis, qui aliqua forte rationabili causā Canonicas Horas, vt dictū est nō recitauerint iniungere, vt illud Apostolicū in omnibus cōpleatur, qui manducat quod laboret. Has siquidem præfatas gratias nobis prædictus Beatissimus PP. existente, prout tunc in vbi in eius curiā fratre Ioanne de Sācto Vincētio Monasterij S. Claudij Legionē. ciuitatis Monacho & prædicti sui Monasterij negotia procurante, ad eius prout parte nostra requisitionem concessit. Eo verò Martino V. Sūmo Pōtifice de medio sublato, nec non, & Monacho similiter diē extremum in eadem curiā agēte, tamen in Sancta Ecclesia Dei Domino nostro Eugenio III.

sibi succedente, contigit me propter aliqua, quæ in hoc Monasterio S. Benedicti emerferunt negotia, de totius nostri Cōuentus consensu duos ex huius Monasterij, Monachis pro prædictis expediendis ad eandem curiam destinare. Qui inter ceteras, quas à prædicto Sanctissimo D. N. Papa Eugenio III. obtinuerunt gratias, nobis successoribusq; nostris viuz etiã vocis oraculo, & sine cōfectione Bullæ liberè impetrarunt, vt huius Monasterij, Prior, & Cōuentus præsentis, & futuri habere in hoc dicto Monasterio, occasione cuiusdã Clementinæ in primitiuis scientiis instructorem, siue Magistrum minimè teneantur. Itè modo, quo supra cōcessit, vt Priores, & Cōuentus præsentis, & futuros huius Monasterij cōsuetio quædã Papæ, quondã Benedicti XI. de Monachis ad studiũ generale mittendis vlllo obligaret modo. Nũc verò, quia vt præmittitur præscriptę gratię cōcessionis viuz vocis oraculo, & sine cōfectione Bullarũ à prædictis Summis Põtificibus nobis successoribusq; nostris indultæ sunt, ne fortè per incuriam, seu obliuionem, aut aliàs ad nostrorum successorum Priorum, & Monachorum pro tempore existentũ noticiã deuenire nõ possint, hac ergo de causã ego præfatus frater Ioannes Prior de supradictis omnibus compendiosam istã scripturã scribi feci, quã nominis mei subscriptione roboravi, Cōuentusq; sigilli appositione munivi in fidem, & testimonium omniũ, & singulorum. Factę sunt in Monasterio isto Sãcti Benedicti, Nona die Maij, Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, Trigesimo sexto.

QVINQVAGESIMVM QVARTVM.

Indultum Nicolai Papæ V. concessum Priori Sancti Benedicti Vallisoletani. Anno Incarnationis Dominicæ

1447.

S V M M A

LIIII. PRIVILEGIUM.  
SUMMARIUM INDULTI.

*Prior Sancti Benedicti sex personas inter viros, & mulieres successiue eligere potest, quæ tempore interdicti, siue cessationis à diuinis, Missas, & diuina officia audire possint, in Monasterio, & Ecclesiastica recipere Sacramenta, & si aliquas mori contigerit ibidem sepeliri, sine solemnitate tamen dummodo Prior, vel deus, & persona non dederint causam interdicto, vel non sit positum, vel confirmatum auctoritate Apostolica.*

**I**OANNES Misericordiam diuinam Episcopus Prenestinus. Religioso viro Priori, in presentiarum existenti Monasterij Sancti Benedicti Vallisoleti, Ordinis dicti Sancti, per Priorem soliti gubernari Palentini. Diocesis. Salutem in Domino. Exhibita nobis pro parte tua petitio continebat, quod tu ad conseruandum, & augmentandum deuotionem dicti Monasterij desideras, quod tu possis, & successores tui in dicto Monasterio possint successiue eligere sex personas, quæ tempore interdicti, siue quo in dicto loco à diuinis cessatur in dicto Monasterio quando Missæ, & alia diuina officia celebrantur illis interesse, & illa audire, ac in ipso Monasterio Ecclesiastica sacramenta recipere, & si aliqua ipsarum sex personarum interim mori contingerit in Ecclesiastica sepulturâ sepeliri possit: quare supplicari fecisti humiliter, vt tibi, ac successoribus tuis pro tempore existentibus, & vt deuotio, quæ dicto Monasterio habetur eonseruetur, & augmentetur, super hoc Sedes Apostolica prouidere misericorditer dignaretur. Nos igitur, vt erga Sedem Apostolicam eo amplius crescat tua, & successiue tuorum successorum deuotionis affectus, quo eam benigniorem inueneritis, vobis faciundo

ciendo gratiam specialem, tuis in hac parte supplicationibus inclinatis, auctoritate Domini Papæ, cuius Pœnitentiariæ curam gerimus, & de eius speciali mandato super hoc viuę vocis oraculo nobis facto, vt tu, & tui successores Priores in dicto Monasterio pro tempore existentes sex personas inter viros & mulieres successiuę eligere possitis, quę personę tempore interdicti generalis, seu specialis, aut quo cessatur à diuinis in dicto Monasterio, quando Missę & alia diuina officia celebrantur, siue celebrabuntur, Missas & alia diuina officia audire, & illis interesse, ac in ipso Monasterio dicto tempore Ecclesiastica recipere Sacramenta, & si aliqua ipsarum sex personarum interim mori contigerit sepeliri in Ecclesiasticâ sepulturâ valeant, sine tamen solemnitatibus, dum modo tu, vel aliqua dictarum sex personarum, seu tui successores, vel aliquis ipsorum dicto interdicto, seu cessationi à diuinis causam non dederitis, seu dederit, & ipsum interdictum non sit positum, aut confirmatum auctoritate Apostolicâ, tibi & dictis tuis successoribus, ac dictis personis liberam concedimus licentiam, & facultatem, tecum, & cum dictis tuis successoribus, ac cum ipsis sex personis tenore presentium misericorditer dispensamus. Datis Romę apud Sanctum Petrum, sub sigillo officij Pœnitentiarię, secundo Kalendas Aprilis, Pontificatus Domini Nicolai Papæ V. Anno primo.

### LV. PRIVILEGIUM.

Nicolai Papæ V. concessum Priori Sancti Benedicti Vallisoletani. Anno Domini-  
nicę Incarnationis

1452.

P.

S V M M A

LV. PRIVILEGIUM.

SVMMARIVM PRIVILEGII.

Quia Eugenius IIII. concesserat Priori Sancti Benedicti, ut cum consilio Seniorum Monachos ex proprio Conuentu Sancti Benedicti, & ex Monasterio Beate Mariae de Consolatione dirigere posset ad alia Monasteria reformanda, concedit de nouo, ut possit ex quocumque Monasterio, Prioratu, & loco Ordinis reformato, & reformando quoscumque religiosos ad quaecumque Monasteria, & loca Congregationis pro illorum uisitatione, reformatione, aut ibi dirigenda obseruantia regulari, uel ordinatione, & directione diuini cultus, aut ipsorum conseruatione, etiam inuitos transmittere, & si uidebitur postea reuocare, qui obedire teneantur.

**N**ICOLAUS Episcopus seruus seruorum Dei. Dilectis filiis Priori, & Conuentui Sancti Benedicti de Valleoleti per Priorem soliti gubernari, Ordinis eiusdem Sancti Palentiñ. Dioces. Salutem & Apostolicam Benedictionem. Exigit sacrae Religionis honestas, & deuotionis promoteretur integritas, quã nos, & Romanam Ecclesiam reueremini, ut uotis uestris in his praesertim, per quã cum Religionis augmento uestris commodo, & indemnitate consulitur fauorabiliter annuamus. Dudum siquidem felicitis recordationis Eugenius PP. IIII. praedecessor noster carissimi in Christo filij nostri Ioannis, Castellæ, & Legionis Regis Illustris, ac uestris in ea parte supplicationibus inclinatus, uobis tunc asserentibus uos sub perpetua

petuâ clausurâ viuere, & quod Prior vestri Monasterij Sancti Benedicti Vallisoleti ad Romanam Ecclesiâ nullo medio pertinentis per Priorem soliti gubernari, Ordinis eiusdem Sancti Palentiñ. Dioces. cum consilio illorum ex vobis filij, Conuentus, qui sibi in gerendis inibi negotiis assistere consueuerant, ad quæcumq; alia Monasteria præfati Ordinis in partibus illis pro tempore existentia, in quibus huiusmodi religio tunc non vigeret aliquos eiusdem Sancti Benedicti, & Beatæ Mariæ de Consolatione Ordinis, & Dioces. prædictorum Monasteriorû, de quibus sibi videretur Monachos, qui inibi sub similibus clausurâ, & obseruantia, quoad viuerent, vel ad tempus degerent, & perseverarent dirigere posset, per suas litteras inter cetera indulgit, prout in dictis litteris plenius continetur. Cum autem sicut exhibita nuper pro parte vestrâ petitio continebat, licet ex post, quâ plura alia Monasteria, Prioratus, seu loca per vos ad regulatè obseruantiam reducta, & reformata, aliqua verò etiam de nouo fundata extiterint, & pro eo quod iuxta vobis concessa priuilegia, ac vestra regularia instituta, nec non ex voto tempore professionis cuiuslibet vestrum emissio sub perpetuâ clausurâ viuere debetis, & pro visitatione, seu reformatione aliorum Monasteriorum, vel alias pro inibi regulari obseruantia dirigenda multum expediens foret, aliquos de Monachis Monasteriorum, Prioratum, seu locorum huiusmodi ad ipsa alia Monasteria, Prioratus, seu loca dirigere, tamen cum vobis tantum de Sancti Benedicti, & Beatæ Mariæ de Consolatione Monasteriis indultum sit, vt præfertur, ab aliquibus dubitetur, an indultum huiusmodi ad alia Monasteria, seu loca prædicta extendatur, pro parte vestra nobis fuit humiliter supplicatum, vt super iis opportunè providere de benignitate Apostolicâ dignaremur. Nos igitur vestris in hac parte supplicationibus inclinati, quod tu fili Prior, & successores tui Priores dicti Monasterij Sancti Benedicti, qui erunt pro tempore cû consilio illorum, qui tibi, fili Prior, assistere consueuerunt, &

## L V. P R I V I L E G I V M.

successoribus prædictis assistent in gerendis negotiis, non modo Sancti Benedicti, & Beatæ Mariæ Monasteriorum prædictorum, sed quorumcumq; aliorum Monasteriorum, Prioratuum, & locorum Ordinis, & obseruantia eorundem, ac dicto Monasterio Sancti Benedicti subiectorum, & quæ in posterum subiciuntur, quoscumque religiosos ad præfata, necnon ad quæcumq; alia Monasteria, Prioratus, seu loca pro illorum visitatione, seu reformatione, aut inibi dirigenda obseruantia regulari, vel ordinatione, & directione diuini cultus, aut ipsorum conseruatione etiam inuitos dirigere, & transmittere, necnon ad ipsa priora Monasteria, Prioratus, seu loca reuocare liberè, ac licitè possis, & possint: quodq; sic directi, transmissi, & reuocati tibi fili Prior, & successoribus præfatis in præmissis parère, & obedire teneantur, voto perpetuæ clausuræ per religiosos huiusmodi pro tempore emisso, ac constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ceterisq; contrariis nequaquam obstâtibus, vobis auctoritate Apostolicâ, tenore præsentium concedimus pariter, & indulgemus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ cõcessionis infringere, velei ausu temerario contraire: Si quis autem hoc attentare præsumperit indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursum. Datis Romæ, apud Sanctum Petrum. Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo, Quadringentesimo, Quinquagesimo secundo: vndecimo Kalend. Decembris, Pontificatus nostri Anno sexto.

## LVI. P R I V I L E G I V M

Calisti Papæ III. concessum Priori, & Conuentui Sancti Benedicti Vallisoletani. Anno Incarnationis Dominicæ

1455.

S V M M A.



## SUMMARIVM PRIVILEGII.

Concedit, ut statibus exemptionibus, immunitatibus, gratijs, indulgijs & privilegijs per Sedem Apostolicam, vel alias Monasterijs Sancti Benedicti, & alijs ab eo dependentibus, & illi subiectis, possint eorum Superiores quoties opportunum fuerit convenire, & concordare cum quibuscumq; incolis terrarum, & locorum ubi habeant bona quaecumq; ad dicta Monasteria pertinentia super quibuscumq; contributionibus.

**CALIXTUS** Episcopus servus servorum Dei Dilectis filijs Priori, & Cöuentui Monasterij Sancti Benedicti de Valleoleti, per Priorem soliti gubernari, Ordinis eiusdem Sancti Palentini Diöces. Salutem & Apostolicam Benedictionem. Speciali gratia & favore vos illa de causâ dignos potissimè reputamus, quia sicut accepimus toto cordis affectu semper ad hoc intentis, ut per sanctæ conversationis, ac laudabilis vite studium in conspectu Dei, & hominum fulgeatis. Exhibita siquidem nobis hæc pro parte vestra petitio continebat: quod plerique Christi fideles, partium illarum deuotionis zelo ducti, diuersas possessiones, terras, domos, & vineas, aliaque plurima immobilia bona in diuersis Castellæ, & Legionis Regnorum locis consistentia, & ad eorum expectantia vestro Sancti Benedicti de Valleoleti Ordinis eiusdem Sancti Palentini Diöces. & alijs in Regnis prædictis consistentibus ab eo dependentibus, & illi subiectis Monasterijs, nec non ab eo reformata-

tis, & illorum religionis sub regulari dicti Ordinis obseruan-  
 tiâ degentibus successiue temporibus perpetuò donarunt, &  
 concefferunt: vosque & aliorum Monasteriorum eorundem  
 Priores & Monachi siue Religiosi possessiones, terras, domos,  
 vineas, & bona ipsa eis taliter donata, & concessa pro Monaste-  
 riis prædictis receptis, & receperunt ac retinetis, & ipsi Prio-  
 res, & Monachi retinent de præsentis. Cum autem sicut eadem  
 petitiõ subiungebat, ante huiusmodi donationem obtinentes  
 possessiones & bona prædicta illorum prætextu nonnulla  
 tam Regia, quam alia in locis, in quibus illa cõsistunt, solita tri-  
 buta soluere cõsueuerint, quæ quidem tributa vos, ac alij Prio-  
 res & Monachi Monasteriorum eorundem possessiones, & bo-  
 na præfata, nomine Monasteriorum huiusmodi possiden-  
 tes, ac affirmantes possessiones, & bona huiusmodi fore, prout  
 sunt ab ipsorum tributorum solutione exempta, soluere re-  
 culant, vnde inter habitatores locorũ in quibus possessiones,  
 & bona prædicta consistunt pro eo, quia tributorũ prædicto-  
 rum solutio eis, & ipsorum bonis, unde, adaugetur se gra-  
 uari sentientes, ac vos, aliosque Priores & Monachos, siue  
 Religiosos Monasteriorum prædictorum differentiz, dissen-  
 siones, & scandala aduenire sæpius videbantur, quibus vos  
 desideratis pro posse licitè obuiare, quare pro parte vestra  
 nobis fuit humiliter supplicatum, vt vobis ac alijs Priora-  
 ribus Monasteriorum prædictorum, quod super solutione  
 dictorum tributorum cum eisdem habitatoribus concordare  
 possitis, ac ipsi alij Priores possint, concedere, aliasque in  
 præmissis opportunè prouidere de benignitate Apostolicâ  
 dignemur. Nos igitur huiusmodi supplicationibus incli-  
 nati, vobis, ac omnibus, & singulis Monasteriorum prædi-  
 ctorum Prioribus, Monachis, & Religiosis præsentibus, &  
 futuris, vt cum locorum in quibus possessiones, terræ, do-  
 mus vineæ, & alia bona immobilia quæcumque ad vestrum,  
 & alia Monasteria prædicta pertinentia, & expectantia con-  
 sistunt,

sistunt, & consistent in futurum incolis, & habitatoribus etiam presentibus, & futuris super tributorum predictorum solutione per vos, ac Priores, Monachos, & Religiosos ipsos ratione possessionum terrarum, domorum, vinearum, & aliorum bonorum predictorum ad eorum Monasteria pertinentium facienda quotiens opportunum fuerit convenire, componere, & concordare, & secundum conventionem, compositionem, & concordiam huiusmodi cum incolis, & habitatoribus ipsis in solutione tributorum eorundem contribuere, & illa solvere liberè, & licitè possitis & valeatis: ipsique Priores Monachi, & Religiosi aliorum Monasteriorum predictorum possint, & valeant auctoritate Apostolicâ tenore presentium plenam, & liberam licentiam concedimus pariter, & facultatem. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, nec non statutis & consuetudinibus Monasteriorum, & Ordinis predictorum iuramento, confirmatione Apostolicâ, vel quavis alia firmitate roboratis, ceterisque contrariis quibuscumque. Per hoc autem non intendimus, exemptionibus, immunitatibus, gratiis, indulgentiis, privilegijs per Sedem Apostolicam, vel alias Monasteriis predictis, Prioribus, Monachis, & Religiosis concessis, in aliquo derogare. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ concessionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare presumpserit indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se novent incursum. Datis Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo, Quadringentesimo, Quinquagesimo quinto, Tertio decimo Kalendas Martij, Pontificatus nostri Anno primo.

LVII. PRI.

Pij Papæ II. concessum Priori, & Conuentui  
 Sancti Benedicti Vallisoletani, in fauorem  
 totius Congregationis. Anno In-  
 carnationis Dominicæ

1463.

## SUMMARIUM PRIVILEGII.

*Concedit Monachis totius Congregationis idoneis, & à  
 Superioribus electis in Confessores, ut possint audire  
 confessiones quarumcumque personarum, sicut Mona-  
 chi Confessores Sancti Benedicti Vallisoletani, & eas  
 absoluerè in casibus, in quibus illi, excepta non solutio-  
 ne decimarum.*

**P**IVS Episcopus seruus seruorum Dei. Dilectis filiis Prio-  
 ri, & Conuentui Monasterij Sancti Benedicti de opido  
 Vallisoletani per Priorem soligubernari, Ordinis eiusdem San-  
 cti Palentini. Diocesis, Salutem & Apostolicam Benedictio-  
 nem. Expõscit vestra deuotionis sinceritas, & religionis pro-  
 meretur honestas, vt illa vobis fauorabiliter concedamus,  
 quæ vestri Ordinis Monachorum augmento, & aliarum ani-  
 marum saluti fore commoda dignoscuntur. Exhibita siqui-  
 dem nobis nuper præpatte vestra petitio continebat: quod  
 ad Monasteria vestri Ordinis de obseruantia Monasterio ve-  
 stro de opido Vallisoletani annexa, seu subiecta, & illorum re-  
 ligiosos sub obseruantia, & perpetua clausurâ degentes mul-  
 ti Christi fideles illarum partium, propter huiusmodi obser-  
 uantiam, & clausuram singularem illis gerentes deuotionis  
 affe-

affectum, volentes sua confiteri peccata confluere consue-  
 runt, & confluunt quotidie: quare pro parte vestrà nobis fuit  
 humiliter supplicatum, quatenus vt fratres, seu Religiosi Mo-  
 nasteriorum prædictorum, ac etiam eidem Monasterio vestro  
 vniendorum, aut subiiciendorum per vos, aut Priorem, &  
 Conuentum, qui etiam pro tempore essent in Confessores eli-  
 gendi quorumcumq; Christi fidelium, ad eos pro confitendo  
 peccata sua confluentium confessiones audire, ac illos in om-  
 nibus casibus, in quibus Confessores eiusdè Monasterij Valli-  
 soleti tam ex concessionibus, & indultis Apostolicis, quàm  
 aliàs concessis absoluerè possent, etiam absoluerè valeant  
 concedere, & indulgere, ac aliàs super iis opportunè prouide-  
 dere de benignitate Apostolicà dignaremur. Nos igitur, qui  
 singularum salutem animarum, & religionis augmentum af-  
 fectamus, concessionibus, & indulta huiusmodi præsentibus,  
 pro expressis habentes vestris supplicationibus inclinati, om-  
 nibus, & singulis fratribus, seu religiosis Monasteriorum hu-  
 iusmodi idoneis, & in sacerdotio constitutis, dumtaxat per  
 vos, aut Priores, & Conuentum, qui pro tempore erunt ad  
 hoc eligendis, & deputandis, quod omnium, & singu-  
 lorum Christi fidelium peccata sua confiteri volentium,  
 & ad eos propterea confluentium confessiones audiendi,  
 & pro commissis, etiam in casibus, in quibus Confessores di-  
 cti vestri monasterij Vallisoleti, tam ex concessionibus, &  
 indultis Apostolicis, quàm aliàs debitam absolutionem im-  
 pendere, & poenitentiam salutarem iniungere, valeant, plenam,  
 & liberam facultatem auctoritate Apostolicà, tenore præsen-  
 tium concedimus, & indulgemus: Non obstantibus consti-  
 tutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac Ordinis, & Mo-  
 nasteriorum prædictorum statutis, & consuetudinibus, etiam  
 iuramento, confirmatione Apostolicà, vel quavis firmitate  
 alià roboratis, ceterisque contrariis quibuscumq; per hoc autem  
 non intendimus, quod ipsi deputandi per vos confessores in-

L VIII. PRIVILEGIUM.

dulgentiis vobis forsam concessis sibi confitentibus, vt de ipsis gaudeant concedere, nec etiam absoluerē quempiam super decimis non solutis, vel non soluendis possint. Nulli ergo omnino hominum liceat hac e paginam nostrae concessionis, & indulgē infringere, vel ei ausu temerario contraire: Si quis autem hoc attentare praesumpserit indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se noverit incursum. Datis Tibure, Anno Incarnationis Domini, cae Millefimo, Quadringentesimo, Sexagesimo tertio. Septimo Kalendas Augusti, Pontificatus nostri Anno quinto.

Intellige hanc concessionem iuxta decretum Concilii Trid. vt habes supra ad calcem Privilegij 9. fol. 34. pag. 2.

L VIII. PRIVILEGIUM.

Pij Papae II. concessum Priori & Conuentui Sancti Benedicti Vallisoletani. Anno Domini, ce Incarnationis 1463.

S V M M A R I V M P R I V I L E G I I.

1 Prior Sancti Benedicti potest duo vel tria Monasteria Ordinis, in quibus propter exiguitatem reddituum, tres vel quatuor Monachi sustentari nequeunt, Superiorum, & Conuentuum praedictorum accedente consensu in vnum Monasterium unire, & incorporare, vbi numerus duodecim Monachorum ad minus constitutus.

2 Potest transferre Monasteria, quae constructa sunt in locis sterilibus, vel iniquis, vel Dominorum temporalium, qui eorum bona occupant ad alia loca, nec

Opida magis commoda cum suis redditibus fructibus,  
 & prouentibus.

**P** I V S Episcopus seruus seruorum Dei. Dilecto filio Prio-  
 ri, & Conuentui Monasterij Sancti Benedicti Vallisoletj,  
 Ordinis eiusdem Sancti Benedicti, per Priorem soliti governa-  
 ri, Palentini. Diocesis, salutem, & Apostolicam Benedictionem.  
 Ex inuicemoto nobis de super Apostolicæ seruitutis officio ad ea,  
 per quæ Monasteriorum, & religiosorum locorum quorum-  
 libet, & in illis sub suaui contemplationis iugo de ditarum per-  
 sonarum commoditatibus consulitur, quatum cum Deo pos-  
 sumus libenter intendimus, & ut illa suum plenum sortiantur  
 effectum cum à nobis petitur fauorem liberale impartimur.  
 Exhibita siquidem nobis nuper pro parte vestra petitione conti-  
 nebat: quod in nonnullis domibus eiusdem Ordinis diuersa-  
 rum Diocesis. præfato Monasterio, quoad obseruantiam subie-  
 ctis propter inopiam reddituum ultra tres, vel quatuor religiosi  
 nequeunt commodè sustentari, quo fit, ut in eisdem domibus  
 regularis obseruantia ad plenum, ut decet, obseruari non possit  
 finiq; alia Monasteria dicti Ordinis, præfato Monasterio sub-  
 iecta in aliquibus ciuitatibus, opidis, villis, & locis, quorundam  
 temporalium Dominorum, qui fructus, redditus, & prouentus,  
 necnon alia bona ad ipsa Monasteria legitime expectantia oc-  
 cupant, & illa sibi appropriant, ac eisdem Monasteriis alia gra-  
 uamina inferunt, & etiam quædam alia Monasteria, ut præfer-  
 tur subiecta in tam sterilibus, & in quous locis consistant,  
 quod religiosi in eis, nisi cum maxima difficultate viuere, & mo-  
 rari non possunt, unde si duo, vel tria ex dictis Monasteriis, siue  
 domibus dicti Ordinis, in quibus propter exiguitate fructuum,  
 reddituum, & prouentuum, ut premititur, ultra tres, vel quatuor re-  
 ligiosi sustentari nequeunt inuicem vniretur, annecteretur, & incor-  
 poraretur, necnon vni ipsorum subiceretur, profecto cultus diui-  
 nus ex hoc susciperet incrementum, ac etiam Monachi ibidem

Altissi-

LIX. PRIVILEGIUM.

Altissimo deseruientes commodius sustentari possent. Quare pro parte vestra nobis fuit humiliter supplicatum, vt vnionem, annexionem, & incorporationem huiusmodi fieri mandare, aliasq; in præmissis opportunè prouidere de benignitate Apostolicâ dignaremur. Nos itaque de præmissis certam notitiam non habentes, huiusmodi supplicationibus inclinati, vobis de quorum providentiâ, & circumspectione plenam in Domino fiduciam obtinemus, si est ita, duo vel tria Monasteria, siue domos dicti Ordinis, in quibus propter exiguitatem fructuum, reddituum, & prouentuum tres, vel quatuor Monachi sustentari nequeunt, Abbatum & Conuentuum dictorum Monasteriorum expresso ad id interueniente consensu, vniendi, annectendi, & incorporandi, ac in aliquo ipserum Monasteriorum, siue domorum Monachos vsque ad numerum duodecim constituendi, & deputandi, ac alia Monasteria in locis eorundem temporalium Dominorum, vel sterilibus, & in quosis existentia, si secundum Deum hoc expedire videntis, de dictis opidis, siue locis ad alia loca vel opida transferendi, nec non fructus, redditus & proventus prædictorum omnium Monasteriorum, vt præmittitur vniendorum, quos pro expressis haberi volumus pro sustentatione Monachorum in magis accommodis domibus, & Monasterijs commorantium deputandi plenam, & liberam, tenore præsentium concedimus facultatem. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis atque nostris, illâ præsertim quâ cautetur, quod petentes beneficia Ecclesiastica alijs vniri, teneantur exprimere verum annum valorem, tam beneficij vniendi, quam illius cui vniri petitur, alioquin vnio non valeat: nec non fundatione, dotatione, translatione, concessione, aut donatione alicuius ex dictis Monasterijs vniendis huiusmodi, etiam si in illis expressè cautetur, quod in illis solitus Monachorû & Monasteriorum numerus nullatenus minuatur, & illorum genera consueta supportentur, ac statutis, & consuetudinibus



Monasteriorum, & Ordinis prædictorum iuramento, confirmatione Apostolicâ, vel quavis alia firmitate roboratis, cõtrariis quibuscumq; Prouiso, quod in vnione, annexione, & in corporatione huiusmodi, si illa vigore præsentium fiant, & effectum consequantur, debitis propterea non fraudentur obsequiis, ac cultus diuinus nullatenus diminuatur, sed in singulis sic vnitis, vel translatis Monasteriis, siue domibus per vnum idoneum Capellanum per Priorem, & Conuentum huiusmodi deputandum, cui de fructibus Monasteriorum huiusmodi necessaria congruè ministrentur, deseruiatur laudabiliter in diuinis, & ipsorum tunc vnitorum Monasteriorum supportentur onera consueta. Et in super ex nunc irritum decernimus, & inane, si secus super iis per quosquam, quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Datis Tibure, Anno Incarnationis Dominicæ, Millesimo, Quadringentesimo, Sexagesimo tertio, octauo Idus Septembris, Pontificatus nostri Anno sexto.

## LIX. PRIVILEGIUM,

Pauli Papæ II. concessum Priori, & Conuentui  
Sancti Benedicti Vallisoletani. Anno  
Dominicæ Incarnationis

1466.

## SUMMARIVM PRIVILEGII.

prout modo est in vsu.

1. Confirmatur statutum Conuentus Sancti Benedicti,  
ut eius Prior, qui omnium Monasteriorum ab eo de  
pendentium caput existit, sit triennis.

2. Electus in Generalem Superiorem statim habetur pro  
confirmato.

LIX. PRIVILEGIUM.

3<sup>a</sup> In Capitulis generalibus, quæ ipse Generalis conuocat ex omnibus Monasteriis, possunt statui, corrigi, emendari, & ordinari, quæ utilia, & rationalia, salubria, & temporibus conformia fuerint profelici regimine Congregationis, dum modo non sint contraria Religioni, & sacris Canonibus.

PAVLVS Episcopus seruus seruorum Deû ad perpetuam rei memoriam. Pastoralis officij cura, quam licet immeriti disponente Domino gerimus, nos propensius admonet, & hortatur, ut circa ea, quæ Monasteriorum, & aliorum Religiosorum locorum, necnon eis Præsidentium, aliarumq; in illis Altissimo famulantium personarum quietem, & tranquillitatem concernunt sollicitis studiis, & remediis opportunis fauorabiliter intendamus, & iis, quæ propterea succisis dissensionum, & discordiarum materiis prouidè facta sunt, ut perpetuò illibata permaneant cum à nobis petitur Apostolici adiiciamus muniminis firmitatem, aliâq; personis ipsis concedamus, quæ earum statui credimus verisimiliter profutura. Sanè pro parte dilectorum filiorum Aluari de Cigales Prioris, & Conuentus Monasterij Sancti Benedicti de Valleleti per Priorè soliti gubernari Ordinis eiusdem Sancti Palentiis. Diocesis. nobis nuper exhibita petitio continebat. Quod dudum ipsi perinde considerantes occasione perpetuitatis Prioris dicti Monasterij, qui non temporalis, sed perpetuus existeret perturbationes, dissensiones, scâdala, & damna quam plurima tam prædicto, quam aliis Monasteriis ab eo dependentibus, quorum Prior ipse caput existit, sæpenuerò eueniebant, ad obuiandû huiusmodi inconuenientis, pro eorum pace, & tranquillitate, ac felici regimine, & gubernatione defuncto quondam Ioanne Gomieli ultimo Priore dicti Monasterij cõuenientes in vnû statuerunt, quod de cetero Prior ipse sit triennalis, & factò huiusmodi statuto, eorumq; iuramento firmato ex tunc Aluarum modernum Priorè dicti Monasterij, in triennalè eiusdem Priorè concorditer elegerunt, qui

illud gratiâ Domini in felici, & tranquillo statu regit, atq; gubernat. Quare pro parte tâ carissimi in Christo filij nostri Henrici Castellę, & Legionis Regis Illustris, cuius antecessores Monasteriũ ipsam, vt asseritur fundarunt, & dotarunt, quàm venerabilis fratris nostri Ioãnis Episcopi Sabineñ, qui ad præfatum Monasteriũ, illiusq; Religiosos propter eorũ vitę sanctimoniam plurimũ afficiuntur, nobis fuit humiliter supplicatũ, vt prædicto statuto, pro illius subsistenciâ firmiori, robur Apostolicę confirmationis adiuicere, aliasq; felici regimini, & gubernationi dictorum Monasteriorum opportunẽ providere de benignitate Apostolicâ dignaremur. Nos igitur, qui inter cunctos Christi fideles, & præcipuẽ regulari obseruatia deditos pacẽ, & concordiam vigere semper, & augeri summo perẽ desideramus, Regis, & Episcopi huiusmodi supplicationibus inclinati, statutũ ipsum, & inde sequuta quęcumq; auctoritate Apostolicâ, tenore presentium confirmamus, & approbamus, ac prædictũ statutũ in perpetuis futuris tẽporibus obseruari mandamus: & nihilominus eidẽ auctoritate, ac tenore perpetuò statuimus, & ordinamus, quod Prior dicti Monasterij S. Benedicti de cetero eligendus pro cõfirmato habeatur, & quod idẽ Prior sic electus, & cõfirmatus, simul cũ Patribus, & Senioribus prædicti Monasterij S. Benedicti semel, & etiã quandocumq; de ipsorum patrum, & seniorum consensu necessarium fuerit generale Capitulum dictorum Monasteriorum conuocare, & in hoc primo Capitulo qualiter, quãdo, & per quos visitari debeat ipse Prior Sancti Benedicti in futurũ: quodq; tam in ipso primo, quàm alijs generalibus Capitulis huiusmodi omnia, & singula statui, corrigi, emendari, & ordinari possint, quę vtilia, & rationabilia, salubria, & tẽporibus conformia fuerint pro felici regimine Monasteriorũ eorundẽ, ac personarum in illis Altissimo famulantium viderint expedire, dummodo eidẽ Religioni, & sacris Canonibus cõtraria nõ existat, super quibus omnibus, & singulis Priori, Patribus, & Senioribus prædictis plenam & liberã concedimus facultatem. Non obstantibus constitutionibus, &

## LX. PRIVILEGIUM.

& ordinationibus Apostolicis, & quod dictus Prior perpetuus esse consueverit, nec non voto perpetue inclusionis, ac statutis, & consuetudinibus Monasteriorum, & Ordinis prædictorum iuramento, cõfirmatione Apostolicâ, vel quavis alia firmitate roboratis, eeterisq; contrariis quibuscûq;. Nulli ergo omnino hominû liceat hæc paginã nostrę cõfirmationis, approbationis, mandati, statuti, ordinationis, & concessionis infringere, vel ei ausu temerario contraire: Si quis autem hoc attentare præsumperit indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursum. Datis Romæ apud Sanctum Marcum, Anno Incarnationis Dominicę, Millesimo, Quadringentesimo, Sexagesimo sexto. Kaléd. Iulij. Pontificatus nostri, Anno secundo.

## SEXAGESIMUM.

Indultum Sixti Papę III. concessum Monasteriis totius Congregationis. Anno Incarnationis Dominicę 1479.

## SUMMARIVM INDVLTII.

*Persona omnes Congregationis visitantes tempore Quadragesimali altarum aliqua à Superioribus ad id deputata, consequuntur omnes et singulas indulgentias concessas visitantibus dicto tempore Ecclesias Stationum Urbis.*

**SIXTVS** Episcopus seruus seruorû Dei ad perpetuam rei memoriam. De cunctorum fidelium salute, prout nobis ex Pastoralis officij debito incumbit continuè solliciti, ad calibenter intendimus, per quæ fideles ipsi præsertim religiosi,

*Non obstantibus consuetudinibus & ac sub*

ac sub perpetuâ clausurâ, & humilitatis spiritu degentes salutem eandem ab eis semper optatam fidehiter valeant adipisci. Sanè pro parte dilectorum filiorum vniuersorum Priorum, & Conuentuum Sancti Benedicti opidi de Valleleti Palentiin. Diocesi. & aliorum eidem Monasterio subiectorum in Castellâ, & Legionis Regnis cõsistentium Monasteriorum per Priores gubernari solitorum, Ordinis dicti Sancti nobis nuper exhibita petitio continebat. Quod cum ipsi in dictis Monasteriis respectiue sub perpetuâ clausurâ degant, Monasteria ipsa pro lucrandis indulgentiis absque transgressione voti perpetuæ clausuræ exire nequeunt. Quare pro parte Priorum, & Conuentuum prædictorum, asserentium se ab esu carniū abstinerè, ac fratrum Minorum, & Prædicatorum Ordinum fratribus de obseruantia nuncupatis in dictis Regnis existentibus, quod ipsi aliqua altaria Ecclesiarum domorum suarum visitando omnes indulgentias, quas lucrantur tempore Quadragesimæ visitantes nonnullas Ecclesias Vrbis lucrarentur, per Sedem Apostolicam concessum fuisse, nobis fuit humiliter supplicatum quatenus vt prædicti, & pro tempore existentes dictorum Monasteriorum Priores, & singulares personæ Conuentuum prædictorum, illorumq; seruitores, etiam laici, qui in eisdem Monasteriis illorum Prioribus perpetuam obedientiam, absque tamen emissionem professionis præstare solent Donati nuncupati, qui aliqua altaria per Priores dictorum Monasteriorum ad id deputanda prædicto tempore deuotè visitauerint respectiue, omnes & singulas indulgentias, quas consequuntur visitantes dicto tempore Ecclesias huiusmodi vrbis consequantur perpetuò, statuere, & ordinare aliàsq; in præmissis eis opportunè prouidere de benignitate Apostolicâ dignaremur. Nos igitur, qui singularem Christi fidelium salutem querimus animarum, huiusmodi supplicationibus inclinati, vt dicti, & pro tempore existentes Monasteriorum prædictorum Priores, & singulares personæ Con-

## LXI. PRIVILEGIUM

uatum predictorum illorumq; seruitores, etiam laici, qui in  
eisdem Monasteriis illorum Prioribus perpetuam obedientiam,  
absque tamen professionis emissione prestare solent. Donati  
nuncupati, qui aliqua altaria per Priores predictos ad id depu-  
tata dicto Quadragesimali tempore annuatim deuote visita-  
uerint respectiue, omnes & singulas indulgentias, quas conse-  
qui possent, si uisitarét dicto tempore Ecclesias Stationum Vr-  
bis huiusmodi consequantur, auctoritate Apostolicâ, tenore  
presentium perpetuo statuimus, & ordinamus. Datis Romæ  
apud Sanctum Petrum. Anno Incarnationis Dominicæ, Mille-  
simo, Quadringentesimo, Septuagesimo nono. Decimo septi-  
mo Kalendas Augusti. Pontificatus nostri Anno octauo.

## SEXAGESIMVM PRIMVM.

Indultum Nicolai Franci, Nuntij, & Legati Sixti

Pape III. concessum Monasterio Sancti

Benedicti Vallisoletani. Anno Do-  
minicæ Incarnationis

1476.

## SUMMARIVM INDVLT.

*Confirmat indulgentias, privilegia immunitates, indulta  
concessa Monasterio Sancti Benedicti, & ea extendit  
ad reliqua Monasteria Congregationis.*

**N**ICOLAUS Francus Apostolicæ Sedis Protono-  
tarius, ac in Castellæ, & Legionis, necnon Aragonum,  
Nauarræ, ac Valentia Regnis, ac illis adiacentibus partibus  
Nuntius, & Otor cum potestate Legati de latere à prefata Se-  
de deputatus. Dilectis nobis in Christo Priori, & Conuentui

Mona-

Monasterij Sancti Benedicti de Valleoleti per Priorem soliti  
 gubernari, Ordinis eiusdem Sancti Palentini. Dicecesis. Salu-  
 tem in Domino. Exhibita siquidem nuper nobis pro parte ve-  
 stra petio continebat: quod ex ipso vestro Monasterio, & Mo-  
 nachis eius nonnulla alia Monasteria sunt fundata, & reforma-  
 ta, & eidem subiecta, & quod idem vestrum Monasterium  
 pluribus gratiis, & priuilegiis sit per Sedem Apostolicam, &  
 suos Legatos dotatum, & pramunitum, de quibus vos gau-  
 detis, & sic ut eadē petio subiungebat, desideratis quam plu-  
 rimum, vt illa alia Monasteria ab ipso, & vobis fundata, re-  
 formata, vel vobis subiecta, & Monachi eorum fratres vestri  
 eisdem priuilegiis, gratiis, indulgiis, & concessionibus Apo-  
 stolicis vti possint, & gaudere, quibus & vos utimini, & gaude-  
 tis: ea propter nobis humiliter supplicastis, vt dictis Monaste-  
 riis, & Monachis fratribus vestris in eisdem commorantibus,  
 clementer remedio providere dignaremur. Nos igitur vestris  
 supplicationibus inclinati, volentes vos favore prosequi gra-  
 tioso, ac Apostolicæ Sedis potestate ad hæc, & alia specialiter  
 nobis concessa, cuius Legationis officio fungimur in hac par-  
 te, omnes gratias, indulgentias, priuilegia, immunitates, & liber-  
 tates, ac quæq; indulta per Sedem Apostolicam vobis, ac ve-  
 stro Monasterio Sancti Benedicti concessas, quæ & nos ex po-  
 testate nobis data concedere possumus, ac dicta alia Monaste-  
 ria à vobis, & ipso vestro Monasterio fundata, seu reforma-  
 ta, vel vobis qualitercumque subiecta, & ad eorum Mona-  
 chos fratres vestros, eius vestri Ordinis Sancti Benedicti  
 extendimus, & prorogamus, & volumus, vt eisdem priui-  
 legiis, gratiis indulgentiis, immunitatibus, & libertatibus  
 uti, & gaudere valeant pariformiter, & absque vllâ diffe-  
 rentiâ, ac si pro ipsis, & eorum singulis expressè, & specia-  
 liter emanassent: Constitutionibus, & ordinationibus Apo-  
 stolicis, ceterisque contrariis quibuscumque non obstantibus.

In quorum omnium fidem, & testimonium præsentis fieri

SSI LXXIII PRIVILEGIUM.

per hanc legem iussimus appensione muniti. Datis in Monasterio Sancti Benedicti de Valleoleti. Anno Incarnationis Dominiæ Millesimo, Quadringentesimo, Septuagesimo sexto. vicesima quinta die mensis Iunij. Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris, & D. N. Domini Sixti diuinâ prouidentia Papæ III. Anno quinto.

SEXAGESIMVM SECVNDVM.

Indultum Nicolai Franci Nuntij Sixti Papæ III. Anno Dominiæ Incarnationis 1476.

SVM MARIVM INDVLT I.

*Mulieres clausuram non ingrediuntur cuiuscumq; Monasterij Congregationis sub pœnâ excommunicationis, si de dicta excommunicatione eis constiterit, quam etiâ incurrunt eisdem consentientes, aut auxilium, seu consilium præstantes.*

**N**ICOLAUS Francus Apostolicę Sedis Protonotarius, ac in Castellâ, & Legionis nec non Aragonum, Nauarraz & Valentiz Regnis Nuntius, & Orator cum potestate Legati de Latere à præfatâ Sede deputatus. Dilectis in nobis in Christo Priori, & Conuentui Monasterij Sancti Benedicti de Valleoleti per Priorem soliti gubernari, Ordinis eiusdem Sancti Palentiñ. Diceces. Salutem in Domino. Exhibita si quidem nobis nuper pro parte vestrà petitio continebat: quod à primæua fundatione ipsius vestri Monasterij Sancti Benedicti, in quo in regulari obseruantia sub perpetuâ clausurâ viuitis, & degitis temporibus retro actis laudabiliter per vos, & vestros prædecessores sit statutum, & huc vsque firmiter obseruatum, vt ne in ipso vestro nec in alijs Monasterijs ab



eo fundatis, & reformatis, in quibus Monachi vestri Ordinis, sub obseruatiâ, & clausurâ similibus Altissimo famulâtur, quæcûq; mulieres nunquã ingrediuntur vllò modo, propter scandala, opiniones, & suspiciones, quæ exinde euenire possunt vitandas, & vt Religio, obseruantia, & clausura ditricius, purius, deuotius obseruentur, & sicut eadem petitio subiungebat nonnullæ Principissæ, & aliæ Potentes mulieres vos molestant, infestant, & minantur, nisi eis ingressum intra vestram clausurâ præbeatis: nonnullæ aliæ personæ Ecclesiasticæ, & seculares violenter intrant, & infringunt vestram clausuram huiusmodi contra vestram voluntatem, & prohibitionem: aliæ vero clam, & furtiuè intrant hortos vestros, & septa, & furantur fructus, olera, pisces, aues, animalia, & quam plura alia res, & bona, & faciunt furari, ingredi, & rapi: Quare pro parte vestra nobis fuit humiliter supplicatum, vt vobis, ac Monasteriis prædictis per vos, & prædecessores vestros fundatis, reformatis, & fundandis, ac reformandis, vel vniendis Ordinis huiusmodi in futurum super hoc de opportuno remedio prouidere dignaremur. Nos igitur volentes vos fauore prosequi gratioso, vestris in hac parte supplicationibus inclinati ordinationem, statutum, ac laudabilem consuetudinem vestram, vt mulieres dictam clausuram vestram non ingrediuntur confirmantes, approbantes, ac in cõtra facientes, & eisdem consentientes, aut auxilium, vel consilium præstantes sententiam excommunicationis ipso facto fulminantes, quauis dignitate, potestate, statu, & gradu esse contigerit, ac in quascumque personas viriûsq; sexus, quæ contra prohibitionem, vel voluntatem vestram per vim introeundo infregerint vestram clausuram, vel intrauerint Monasteria vestra, septa, seu hortos Monasteriis contiguos, tam ipsius vestri Monasterij, quàm aliorum Monasteriorum dictorum, & dicendorum Ordinis huiusmodi quocumq; modo, vel per quemcûq; locum, seu ingredi mandauerint, seu cõsensierint, cuiuscumq;

## LXIII. PRIVILEGIUM.

gradus, status, ordinis, conditionis, vel præminentia existant excommunicationis sententiam per verbum ferimus, & per præsentium tenorem ex hinc ipso facto pronuntiamus, si de dictâ excommunicatione eis cõsiterit noticiam habere, à quâ nisi à nobis, vel à Prioribus, seu Prælatibus Monachorum prædictorum, quocumq; nomine intitulentur, vel de eorum licentiâ, aut mandato absolui nequeant, præter quam in articulo mortis constituti: Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis ceterisq; contrariis, non obstantibus, vel si eis, aut alicui eorum sit indultum, quod Monasteria quæq; huius, vel alterius cuiuscumq; Ordinis, ad eorum libitum possint intrare, aut quod excommunicari non possint, aut interdici. In quorum fidem præsentibus fieri nostrisq; sigilli iussimus appensione muniri. Datis in Monasterio Sancti Benedicti de Valleoleti Palentin. Diocesis. Anno à Natiuitate Domini Millesimo, Quadringentesimo, Septuagesimo sexto. Die octaua mēsis Iunij. Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris, & D. N. Domini Sixti diuinâ pro uidentia Papæ III. Anno quinto.

## SEXAGESIMVM TERTIVM.

Indultum Nicolai Franci Apostolicæ Sedis Nuntij in Hispaniis cū potestate Legati a latere, concessum Priori & Conuentui Sancti Benedicti Vallisoletani, & Abbatibus, & Prioribus totius Cõgregationis.

Anno Incarnationis Dominicæ 1476.

## SUMMARIVM INDVLTIVM.

*Monachi electi in Confessores à suis Superioribus possunt audire confessiones quarumcuq; personarum, ad ipsorum Monasteria, seu Ecclesias confluentium, vel ibi existentium, ac eas absoluerè à casibus Episcopo reservatis.*

- 2 Et à quibuscumque sententiis, censuris, & pœnis, ac cum eis dispēsare in casibus, in quibus potest Episcopus.
- 3 Et in suis Monasteriis & Ecclesiis confessis per Monachos Eucharistiam ministrare.
- 4 Et iis, qui intra septa Monasteriorum fuerint infirmitati extremam unctionem dare.
- 5 Sit amen hæ personæ habeant domicilium proprium in loco, & sint principales domus suæ, semel saltē in anno consistantur proprio sacerdoti, & vel licentiam habeant aliis confitendi.

**N**ICOLAUS Francus Apostolicæ Sedis Protonotarius, ac in Castellæ, & Legionis, nec non Aragonum, Nauarræ, ac Valentie Regnis Nuntius, & Orator cū potestate Legati de latere à prefatâ Sede deputatus. Dilectis nobis in Christo Priori, & Cōuentui Monasterij S. Benedicti de Valleolei Ordinis eiusdē S. P. Martini. Dioc. per Priorē soliti gubernari, Salutē in Dño. Exhibita siquidē nobis nuper pro parte vestra petitio cōtinobat: quod se penumero accidit Reges, Duces, Comites, Milites, nec nō alios de diuersis mundi partibus vtriusq; sexus fideles, ob singularē affectum, quē gerunt ad Beatū Benedictū, & Ordinē vestrum, ac Monasterium ipsū, & ad alia Monasteria ab eodē, & à Monachis eiusdē fundata, & reformata, in quibus in regulari obseruatiā, & sub perpetuā clausurā viuunt, & degitis cōstituere cōsueuerunt, qui peccata sua summo perē confitentur, & à vobis spiritaliter cōsolari, ac de eis penitentiam salutarem reportare desiderant, quare pro parte vestra nobis fuit humiliter supplicatum, vt Christi fidelium animarum salutis, paci, & quieti in hoc casu consulere, de benignitate Apostolicâ, cuius Legationis officio fungimur, dignaremur. Nos igitur in hac parte vestris pijs supplicationibus inclinati, tibi fili Prior, & Abbatibus, & Prioribus, vel

## LXII. PRIVILEGIUM.

Praedictibus, quocumq; titulo nuncupentur ab ipso vestro  
 Monasterio, & Monachis eius fundatorum, & reformatorum,  
 & qui in futurum Domino disponente ab eo fundabuntur,  
 reformabuntur, vel vrientur, in eadem obseruantia, & sub  
 eadem clausura, & modo viuendi, & Monachis in sacerdo-  
 tio constitutis per te, & per eosdem Abbates, Priores, vel Prae-  
 1 lates nuncupandis, eligendis, & ad nutum reuocandis, om-  
 nium Christi fidelium vtriusque sexus cuiuscumque gradus,  
 status, Ordinis, vel conditionis existant, de quibusuis parti-  
 bus ad ipsa Monasteria, seu eorum Ecclesias confluentium,  
 aut ex quacumque causa commorantium, vel existentium  
 2 confessiones diligenter audire, ac eos à quibusuis peccatis, de-  
 lictis, criminibus, & excessibus suis in omnibus, & singulis  
 casibus Episcopo referuatis, ac ab omnibus Ecclesiasticis sen-  
 tentiis, censuris, & poenis fulminationibus excommunica-  
 tionam, suspensionum, & interdicti à iure, vel ab homine  
 prolatis, & contractis in genere, in iustantum, in quibus po-  
 test Episcopus absoluere, & dispensare satisfactione praemil-  
 3 sa, vel mandato de satisfaciendo, si personae ad hoc habiles  
 fuerint, ac eis poenitentias salutare iniungere valeant, atque  
 in votis non referuatis, in casibus, in quibus Episcopus potest  
 dispensare, vel in alia opera pietatis ea commutare, toties  
 quoties deuotioni eorum videbitur expedire, eisque in suis  
 4 Monasteriis confesis per Monachos Eucharistiam ministra-  
 re: & si qui infra septa Monasteriorum ipsorum infirmitati  
 fuerint extremam victionem dare auctoritate Apostolicâ,  
 cuius Legationis officio fungimur in hac parte, tenore praesentium plenariam, & liberam concedimus facultatem Paro-  
 chialis presbyteri, vel alterius cuiuscumque Episcopi, vel Su-  
 perioris super praemissis, & eorum singulis licentiâ, vel assen-  
 5 su nullatenus requisitis: nisi tales personae sic confitentes pro-  
 prium habuerint domicilium, in ciuitate, vel loco vbi costru-  
 ctum est, vel fuerit Monasterium, & sint principales domus  
 suae,

tuæ, quia tunc volumus, vt semel ad minus in anno confiteantur propriis sacerdotibus, vel licentiam habeant specialem, vel generalem aliis confitendi. Cōstitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ceterisq; contrariis non obstantibus. In quorum fidem præsentēs fieri, nostriq; sigilli iussimus appensione muniti. Datis in Monasterio Sancti Benedicti de Valleolēti Palentini. Die xcel. Anno à Natiuitate Domini Millesimo, Quadringentesimo, Septuagesimo sexto. Die octaua mensis Iunii. Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris, & D. N. Domini Sixti diuinâ prouidentia Papæ IIII. Anno quinto.

Intellige de Confessoribus expositis iuxta decretum Sacri Concilii Tridentini. vt habes supra fol. 34. pag. 2. in fine.

### SEXAGESIMVM QVARTVM.

Indultum Nicolai Franci Nuntij Sixti Papæ IIII. concessum Monasterio Sancti Benedicti Vallisolectani, & sibi subiectis. Anno Domini Incarnationis 1476.

### SVM MARI VM INDVLT I.

- 1 Indulgentia pro visitantibus altaria, &c.
- 2 Altare portatile in infirmariis, &c.
- 3 Tempore interdicti possint admitti quindecim persone, &c.
- 4 Legata elemosyna accipi possunt pro Capellanis, sine onere, &c.
- 5 Electio Confessoris approbati, qui semel in vitâ, & in mortis articulo absoluerē possit Religiosos plenarios, &c.

LXIII. PRIVILEGIUM.

**R**EVERENDISSIME Pater. Supplicatur P.V. Re-  
 uerendissime vt quicumque visitauerint Altaria nunc  
 1 ædificata vel in posterum ædificanda huius Monasterij Sancti  
 Benedicti Vallisoletani, vel eidem subiectorum pro qualibet  
 visitatione cuiuslibet Altaris quotiescunque quis visitaue- rit &  
 orauerit pro pace Ecclesie, & contritione infidelium, & pro pa-  
 ce Regni dicentes vna vice orationem Dominicam, scilicet,  
 Pater noster cum Ave Maria centum dies indulgentiarum, & toti-  
 dem, qui eadem orationem dixerint coram Crucifixo qui nunc  
 est in claustro istius Monasterij Sancti Benedicti Vallisoletani,  
 & totidem qui e tiam coram imagine Beate Mariæ, quæ nunc  
 est in claustro apud ianuam Ecclesie Onniensis istius Ordinis  
 2 & obseruantie. Itẽ, vt in eius Monasterio, & in alijs eidem sub-  
 iectis possimus tam in infirmerijs quàm in quibuscumque a-  
 lijs locis honestis infra septa Monasterij habere altaria portabi-  
 3 lia. Item, vt tempore interdicti ordinarij possimus recipere  
 ad Missas, & Horas audiendas in isto Monasterio, & in alijs ei-  
 dem subiectis quindecim personas in quolibet die, de his qui  
 4 non dederunt causam in interdicto. Itẽ, vt quascumque elemosynas  
 vel quæcumque legata, etiam pro tempore per quascumque  
 personas supradictis Monasterijs huius obseruantie pro perpe-  
 tuis Capellanis vel alijs liberè, & licitè possint ea recipere, ha-  
 bere, & retinere sine prædicto onere. Ipsitamen benefactores  
 vel defuncti participes sint benefactorum communium in di-  
 5 ctis Monasterijs fructuorum. Item quod Dominatio V. Reue-  
 rendissima concedat omnibus Prioribus pro tempore existen-  
 tibus, & etiam Monachis huius Monasterij, & aliorum eidem  
 subiectorum confessionale, scilicet, quod quilibet supradicto-  
 rum possit eligere confessorem religiosum cum licentia sui  
 Superioris, qui possit eum plenariè absoluerè semel in vita, &  
 etiam in vero mortis articulo ab omnibus excommunicatio-  
 nibus, & peccatis, & criminibus etiam Apostolica Sedi refer-  
 uatis, ita quod quilibet eorum recitet, vel dicat semel tantum  
 septem

septem Psalmos Pœnitentiales, vel sexaginta vicibus Pater noster cum Ave Maria pro pace, & tranquillitate, & prosperitate Ecclesiæ, & Summi Pontificis. Fiat vt petitur. Nicolaus Fræçus Legatus.

LXV. PRIVILEGIUM

Innocentij Papæ VIII. concessum Priori, & Conuentui S. Benedicti Vallisoletani.

Anno Incarnationis Dñicæ 1489.

SVM MARIVM PRIVILEGII.

preut est in vsu.

- 1 Superior S. Benedicti est caput totius Congregationis.
- 2 Superiores aliorum Monasteriorum antequam confirmantur præstent obedientiã Superiori Generali Monasterij Sancti Benedicti, & de illa, ac statutis privilegiis, & constitutionibus Ordinis observandis iuramentum faciant.
- 3 Forma professionis Monachorum, quæ tamen nunc fit Prælatis immediatis.
- 4 Capitulum generale in dicto Monasterio celebretur.
- 5 Monasteria Congregationis non gaudeant privilegiis, & gratiis etiam particulariter cõcessis, nisi seruatis obedientiã, ac subiectione Monasterio Sancti Benedicti, & votoperpetuæ inclusionis.
- 6 Superiores formam professionis assignatã in Monachis profitentibus nõ observantes, incurrunt pœnas excommunicationis, & priuationis officiorũ, ac inhabilitationis ad alia obtinenda, à quibus per solum Generalem absolui possunt.

7 Confirmat privilegia gratias, & indulgentias à Sede Apostolica, & eius Legatis quomodocumque concessa Monasterio, & Monachis, & subiectiones, ac reformationes per illos factas, prout sunt in usu.

8 Generalis cum senioribus Monasterij potest dare licentiam uni, vel duobus Monachis sui Monasterij, & Superioribus aliorum Monasteriorum, ut ipsi possint exire à Monasteriis pro visitandis bonis temporalibus, & aliis rebus necessariis, vel illud committere uni, vel duobus Monachis.

**I**NNOCENTIVS Episcopus servus servorum Dei  
 ad perpetuam rei memoriam. Inter curas multiplices, quæ nobis ex Apostolatus officio incumbere dignoscuntur, illam libenter amplectimur, per quam in Monasteriis, & religiosis locis quibuslibet continè veneretur Altissimus, ac illa votivæ reformationis successibus per visitationis ministerium gratulentur: & propterea cum à nobis petitur, & pia Catholicorum Regum, & Principum ad id tendentia vota hoc exposcunt, libenter interponimus sollicitudinis nostræ partes, prout rerum, & temporum qualitate pensatâ, id conspiciamus in Domino salubriter expedire. Sanè pro parte dilectorum filiorum Joannis de Sancto Ioanne Prioris, & Conventus Monasterij Sancti Benedicti per Priorem soliti gubernari opidi Vallisfoki, Ordinis eiusdem Sancti Palentini Diocesis nobis nuper exhibita petitio continebat. Quod cum nonnulla alia Monasteria dicti Ordinis partium illarum, eidem Monasterio Sancti Benedicti pleno iure subiecta, & tamquam membra ab eodem Monasterio Sancti Benedicti dependentia, sub obedientiâ, correctione, visitatione, & admonitione Prioris eiusdem Monasterij Sancti Benedicti pro tempore existētis fore noscantur, dictusq; Prior



Generalis & caput omnium aliorum Monasteriorum ei subiectorum prædictorum existat, Prior pro tempore existens dicti Monasterij Sancti Benedicti, seu visitatores ad hoc deputati, iuxta litterarum Apostolicarum super hoc dudum concessarum continentiam, & tenorem ad minus semel singulis annis Abbatem Monasterij de Oña dicti Ordinis, Burgen. Diocesis, quæ hodie suppresso nomine Abbatis per alias nostras litteras in Priorem reduximus, & Priores aliorum Monasteriorum eidem Priori Generali subiectos, qui biennales dumtaxat fore noscuntur, visitare, & ipsos postquam electi per dilectos filios Conuentus ipsorum Monasteriorum fuerint confirmare, vel existentibus causis legitimis amouere possint, quæ quidem visitatio, & correctio in maximam conseruationem Monasteriorum eorumdem, ac obedientiæ Monachorû ipsorum Monasteriorum tendere dignoscuntur: Nos igitur cupientes, vt visitatio, & correctio huiusmodi tempore procedente melius, & salubrius fieri possint, eorumdem Prioris, & Conuentus Monasterij Sancti Benedicti, in hac parte supplicationibus inclinati, nec non consideratione carissimi in Christo filij nostri Ferdinandi Regis, & carissimæ in Christo filię nostræ Elisabet Reginæ Castellæ, Legionis, & Aragonum Illustrium, quorum Progenitores dicti Monasterij Sancti Benedicti fundatores, ex eorum piâ deuotione, fuerunt, ac illud sufficienter dotarunt, quique propterea ad dictum Monasterium Sancti Benedicti, cuiusq; personas, ob eorum bonos, & exemplares mores singularem gerunt deuotionis affectum, nobis super hoc humiliter supplicantium, auctoritate Apostolicâ, & ex certa scientiâ, tenore præsentium statuimus, & ordinamus, quod in visitatione huiusmodi, cum Prior dicti Monasterij Sancti Benedicti, & cû eo vnus per Conuentum ipsius Monasterij eligendus, vel absq; eodem Priore duo visitatores, per Priorem, & Seniores Monasterij Sancti Benedicti huiusmodi deputandi, singulis bienniis ad quodcumque ex Monasteriis eidem Priori Generali subie-

## LXV. PRIVILEGIUM.

ctis, & subiiciendis, pro huiusmodi facienda generali visitatione accesserint, statim Prior dicti visitandi Monasterij a solutionem à suo Prioratu, quem per biennium, vel quousiam tenuerit, & gubernauerit à Priore, seu visitatoribus predictis petat, & ex tunc, durante dicta visitatione Prioratus dicti visitandi Monasterij, eo ipso vacare nullusque Prior ibidem esse, sed Prior, qui antea fuerat, durante ipsa visitatione locum simplicis Monachi teneat, dictumque officium finitum censetur, & finita visitatione huiusmodi Conuentus ipsius visitandi Monasterij ad electionem ipsius Prioris procedant, prout antea facere consueuerant, & Prior per eos eligendus per Priorem Generalem, seu visitatores huiusmodi confirmetur, eiusque officium usque ad aliam visitationem generalem, quæ post aliud biennium fiet, duret, & sic successiuè in perpetuum, dum tamen Prior per Conuentum eligendus huiusmodi, antequam per Priorem Monasterij Sancti Benedicti, seu visitatores huiusmodi confirmetur, obedientiam, & reuerentiam eidem Priori Monasterij Sancti Benedicti, & de illa ac statutis privilegijs, & constitutionibus dicti Ordinis obseruandis iuramentum præstet. Et cum sicut accepimus dictus Prior Generalis huiusmodi visitationem semper in dictis Monasterijs statim post Dominicam, quæ cantatur in Ecclesiâ Dei introitus Missæ Quasimodo geniti infantes incipere consueuerit, & visitatio ipsa in præsentis anno fieri deberet, ne Priores hactenus confirmati in tam breui tempore à suis Prioratibus amoueantur, volumus, quod statutum de visitatione, & electione Priorum faciendâ à Dominica de Quasimodo huiusmodi anni sequentis Natiuitatis Dominicæ, Millesimi, Quadringentesimi, Nonagesimi Primi, primâ vice incipiat, & dein de singulis biennijs dicto tempore subsequatur. Quodque Conuentus Monasteriorum subiectorum huiusmodi aliquam electionem Prioris facere non possint, nisi tempore visitationis predictæ, & si ante dictam visitationem, quæ prima vice, & deinde singulis

**biennijs**

biennijs fieri debet vt præmittitur Prior alicuius subiecti Mo-  
 nasterij ab hac luce decesserit Subprior illius Monasterij pro  
 tempore existens, vsque ad dictam visitationem in locum di-  
 cti Prioris defuncti, quo ad regimen ipsius Monasterij succe-  
 dat, & tanquam Prior ipsius Monasterij ministret, & aduenien-  
 te tempore visitationis huiusmodi, Prior vt præfertur eligatur,  
 & confirmetur, & hoc idem fiat in dicto Monasterio de Oña,  
 quamuis in eius subiectionis, & reformationis litteris caueatur,  
 quod illius Abbas de biennio in biennium per illius Conuen-  
 tum eligatur, & per Priorem Monasterij Sancti Benedicti hu-  
 iusmodi confirmetur, ac sic electus & confirmatus absque legi-  
 timâ causâ amoueri non possit, nec non professio per Mona-  
 chos Monasteriorum dicto Monasterio Sancti Benedicti subie-  
 ctorum, & subijciendorum in posterum sub hac formâ dein-  
 cept admittatur & recipiatur, videlicet: Ego Frater N. promit-  
 to stabilitatem meam perpetuâ inclusionis, & conuersionem  
 morum meorū, ac obedientiâ corâ Deo, & Sanctis eius Priori  
 Monasterij Sancti Benedicti de Valleleti, tâquam Capiti prin-  
 cipali, & deinde vobis N. Priori præsentis Monasterij eidem Prio-  
 ri Generali subiecto, & successorib⁹ Generalis, & huius Mona-  
 sterij Priorū secundū regulâ S. Benedicti. Quam quidem profes-  
 sionem omnes Monachi facere teneantur, non obstante alia  
 forma profitendi in Capitulo Monasteriorum huiusmodi pro-  
 ximè præterito edita, cum sæpius visum fuerit nonnullos Mo-  
 nachos professos dicentes se non fecisse professionem in ma-  
 nibus Generalis Prioris, ad alia Monasteria inuitos transferri  
 non posse asseruisse, in maximum dicti Ordinis scandalum, ac  
 Prioris dictorū Monasteriorū, forma professionis huiusmodi  
 in Monachis, qui pro tempore professionē emittent, obseruare  
 teneantur. Ac Priores Monasteriorū eidem Monasterio Sancti Be-  
 nedicti subiectorū, & subijciendorū, quando, & quoties eūque  
 ad Capitulū generale quod in dicto Monasterio S. Benedicti  
 celebrari consuevit, vel ad aliquid aliud vocabuntur dictum

Monasterium Sancti Benedicti locum non tutum allegare, & propterea se excusare, & appellare, ac auxilium super hoc aliorum quorum secularium inuocare non possint. Et quia felicis memoratationis Eugenius Papa III. prædecessor noster per suas litteras concessit, quod Monasteria eidem Monasterio Sancti Benedicti tunc subiecta, & ex tunc subiicienda, in quibus numerus duodecim Monachorum existeret, gauderent omnibus privilegiis, & gratis eidem Monasterio Sancti Benedicti per Sedem Apostolicam concessis, etiam statuimus, & ordinamus, quod Monasteria subiecta, & subiicienda huiusmodi vigore prædictarum Eugenij prædecessoris, vel quarumcumque aliarum litterarum Apostolicarum eidem Monasteriis, etiam particulariter concessarum privilegiis, & gratis huiusmodi, nisi seruatis obedientia, & subiectione ipsius Monasterij Sancti Benedicti, & voto perpetue clausuræ nullatenus possint gaudere, ac Monasteria, & loca dicto Monasterio Sancti Benedicti subiecta, & subiicienda, illorumque personarum, etiam si minori numero duodecim personarum existant, dum in obedientia, & subiectione huiusmodi persisterint spiritualibus, & temporalibus gratis, privilegiis, indulgentiis, & exemptionibus quibuscumque, etiam si de illis specialis mentio habenda esset, & sub-regulari concessione non venirent, perinde ac si in illis numerus duodecim Monachorum huiusmodi existeret, perpetuo uti, & gaudere valeant. Privilegia vero, gratias, & indulta Monasteriis, ut præfertur subiectis, & subiiciendis huiusmodi per Sedem prædictam, ac Legatos, seu Nuncios eiusdem, & alias etiam motu proprio, & ex certa scientia, ac cum quibusvis clausulis, etiam derogatoriis derogatoriis, & talibus, quod illis non, nisi sub certis inibi expressis modo, & forma derogari, aut illa reuocari non possint contra obedientiam, & subiectionem Prioris Sancti Benedicti, & inclusionem huiusmodi concessa, illa sufficienter præ expressis habentes, penitus, & omnino reuocamus, & pro infectis habemus. Quodque per eadem Monasteria, ut præfertur

fertur subiecta, & subijcenda illorumque personas aliquę gratię, exēptiones, priuilegia, aut indulta à dicta Sede, nisi petita, & obtentā licentia Prioris Monasterij S. Benedicti huiusmodi impetrari non possint, ac alijs impetrata seu motu proprio concessa, nulla, nulliusq; roboris, vel momenti fuisse, & esse, & illa petētes, & procurātes aut iam habita, & impetrata dicto Priori S. Benedicti exhibere in termino eis præfixo renuētes, nec non procurātes personalem, vel realem exemptionem ab obedientiā, & subiectione Monasterij Sancti Benedicti, illiusque Prioris huiusmodi, & non petentes absolutionem à Prioratibus in

6 visitationibus, & Priores eandem formam professionis in Monachis profitendis non obseruantes, excommunicationis, & priuationis omnium dicti Ordinis dignitatum, Officiorum, Beneficiorum, ac inhabilitationis ad alia in posterum obtinenda poenas, à quibus non nisi à dicto Priore absolui possint, eo ipso

7 incurrāt. Nec non omnia, & singula priuilegia concessiones, gratias, & indulta per Sedem prædictam, & eius Legatos Sancti Benedicti, & Monachis ei subiectis, etiā viuæ vocis oraculo hæc tenus concessis, quorum tenores, ac si de verbo ad verbum infererentur præsentibus pro expressis habemus, quæ tamen sine in vsu, & in quantum præsentibus, & alijs nostris litteris eidem Monasterio per nos hodie concessis non contrahentur, nec nõ subiectiones, & reformationes quorumcumque Monasteriorum dicti Ordinis, dicti Monasterij Sancti Benedicti, & per illud factas auctoritate, & scientiā prædictis confirmamus, & approbamus, ac robur perpetuæ firmitatis obtinere decernimus, illaq; omnia pro potiori cautelā de nouo facimus, & concedimus. Et insuper cum iuxta consuetudinem prædicti Sancti Benedicti & aliorum subiectorum Monasteriorum, & votū clausuræ huiusmodi pro eo, quod Priores & Monachi bona ipsorum Monasteriorum personaliter visitare non possunt, Monasteria ipsa in suis bonis temporalibus detrimenta patiantur, similiter statuimus, & ordinamus, quod Prior Generalis dicti

8

## LXV. PRIVILEGIUM.

Monasterij pro tempore existens, cum senioribus dicti Monasterij Sancti Benedicti vni, vel duobus Monachis sui Monasterij, cum eis visum fuerit, ac etiam cuilibet Priori ex Monasterijs subiectis, & subijciendis huiusmodi, & ipse Prior cum vno, vel de eius licentia duo Monachi ipsius subiecti Monasterij à Monasterijs prædictis pro visitandis eorum bonis temporalibus, & alijs rebus necessarijs exire possint, prout eis videbitur expedire licentiam in genere concedere possint. Etcum asseratur vigore litterarum Sanctæ Cruciatæ per nos in subsidium expeditionis Regni Granatæ concessarum, vel aliàs nonnullos Monachos dictorum Monasteriorum habere facultatem eligendi Confessores, quoties voluerint, quibus peccata sua cõfiteri possint, ex quo obedientia suorum Priorum tollitur, daturque occasio delinquendi, volumus quod nullus ex Monachis Sancti Benedicti, & aliorum Monasteriorum ei subiectorum, & subijciendorum huiusmodi, prætextu alicuius facultatis, eis vt præfertur, vel aliàs concessæ, & concedendæ etiam per Sedem prædictam, aut Legatos eiusdem, aliquem alium Confessorem suum eligere possit, nisi Priorem sui Monasterij, & Confessores ab eo deputandos. Quo circa Venerabilibus fratribus Palentiñ. & Astoriceñ. ac Cordubeñ. Episcopis per Apostolica scripta mandamus: quatenus ipsi, vel duo aut vnus eorum per se, vel alium, seu alios in præmissis eisdem Priori, & Conuentui dicti Monasterij Sæcti Benedicti & Visitatoribus efficacis defensionis præsidio assistentes, faciant auctoritate nostrâ præmissa omnia, & singula inuiolabiliter obseruari, nõ permittentes eos per quoscumque desuper, contra tenorem præmissorum indebitè molestari, contradictores per censuram Ecclesiasticam appellatione postpositâ compescendo, inuocato etiam ad hoc, si opus fuerit auxilio brahij secularis. Non obstantibus præmissis ac constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, Statutis quoque, & consuetudinibus Sæcti Benedicti, ac aliorum Monasteriorum, & Ordinis prædictorum iuramento, confirmatione

Apostolicâ, vel quavis firmitate aliâ roboratis, contrarijs quibuscumque: aut si aliquibus comœuniter, vel diuifim ab eadē sit Sede indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per litteras Apostolicas non faciētes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbū de indulto huiusmodi mentionem, & quibuslibet alijs priuilegijs, indulgentijs, & litteris Apostolicis generalibus, vel specialibus quorumcumque tenorum existant, per quæ præsentibus non expressa, vel totaliter non inserta effectus earum impedi: i valeat, quomodolibet, vel differri, & de quibus quorumque totis tenoribus de verbo ad verbum habenda sit in nostris litteris mentio specialis, quæ quo ad hoc volumus cuiquam nullatenus suffragari. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ reuocationis, confirmationis, approbationis, constitutionis, statuti, ordinationis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incurfurum. Datis Romæ apud Sanctum Petrū Anno Incarnationis Dominicę Millefimo, Quadragesimo Octuagesimo nono, Quarto decimo, Kalendas Aprilis, Pontificatus nostri Anno sexto.

SEXAGESIMVM SEXTVM.

Indultum Innocentij Papæ VIII. vniuersæ Congregatione Sancti Benedicti concessum Anno  
Dominicæ Incarnationis. 1490.

SVMMARIVM INDVLTII.

Congregationis personæ vniuersæ visitantes altaria per  
Superiores deputada, & recitâdo orationes ab eis sicut or

LXVI. PRIVILEGIUM.

*dinatas, consequuntur omnes & singulas indulgentias, concessas visitantibus omnes & singulas Stationes, etiam septem Ecclesias principales Urbis per totum anni circulum, etiam infirmi, & legitime impediti, dummodo dicant orationes prædictas.*

**Q**Dilectis filijs Priori & Conuentui Monasterij, per Priorem soliti gubernari, Sæcti Benedicti opidi Vallisoletij, Ordinis eiusdem Sancti Palentiñ. Diocæs.

**I**NNOCENTIVS Papa octauus. Dilecti filij Salutem, & Apostolicam Benedictionem. Exponi nobis nuper curastis, quod olim felicis recor. Sixtus Papa Quartus prædecessor noster Priori, Monachis, & Conuersis, ac Donatis Monasterij vestri, ac alijs Prioribus, & Monachis, Conuersis, ac Donatis aliorum Monasteriorum dicti Ordinis illi subiectorum in Castellæ, & Legionis Regnis consistentium per suas litteras perpetuò concesserat, vt ipsi visitando certa Altaria suorum Monasteriorum consequerentur indulgentias, quas cõsequuntur visitantes Ecclesias, Stationes nuncupatas, Urbis Romæ tempore Quadragesimali, & deinde nos eisdem Prioribus, Monachis, Conuersis, & Donatis, vt visitando certa altaria suorum Monasteriorum ad hoc deputanda, vel si infirmi aut legitime impediti existerent, ita vt dicta altaria visitare commodè non possent, dicendo aliquas orationes, prout per Priores ipsos ordinaretur, consequerentur omnes & singulas indulgentias concessas visitantibus Ecclesias prædictas Urbis, Stationes nuncupatas, tam tempore Quadragesimali, quàm per totum annum per alias nostras litteras concessimus, prout in singulis litteris prædictis, suarum tenores pro expressis habere volumus, plenius continetur. Nos igitur attendentes quod vos, & Priores, ac Monachi subiecti vestri, qui sub regulari obseruantia, & perpetuâ clausurâ viuitis, Ecclesias Urbis personaliter visitare non potestis,



testis, & amplioribus gratijs spiritualibus digniſſis. Vestrīs quoque in hac parte supplicationibus inclinati, Prioribus, Monachis, Conuersis, & Donatis vestri, & aliorum Monasteriorū subiectorum huiusmodi, vt visitando dicta altaria per Priores prædictos deputanda, ac infirmi & legitimè impediti orationes prædictas dicendo, consequantur omnes indulgentias, quas consequantur visitantes omnes, & singulas Stationes, etiã septē Ecclesias principales Urbis per totum anni circulum, concedimus pariter, & indulgemus: Constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, ceterisque contrarijs non obstantibus quibuscumque. Datum Romæ apud Sæctum Petrum sub annulo piscatoris. Die 25. Maij. 1490. Pontificatus nostri Anno sexto.

SEXAGESIMVM SEPTIMVM.

Indultum Innocentij Papæ VIII. viuæ vocis oraculo concessum Monasterio Sancti Benedicti, & alijs eius Congregationis, Anno Dominicæ Incarnationis. 1490.

SVMMARIVM INDVLTII.

*Conceduntur omnibus personis Congregationis dicentibus orationes per Superiores ordinatas eadem indulgentia, quas consequantur visitantes Ecclesiam Sancti Iacobi in Compostella anno, qui dicitur Iubilei.*

INNOCENTIVS miseratione Diuina tituli Sanctæ Anastasiæ Sanctæ Romanæ Ecclesiæ presbyter Cardinalis Religionis viris Prioribus & Conuentibus Sancti Benedicti de Valleleti Palentini. Diocesi. & aliorum Monasteriorū ei sub-

**LXVIII. PRIVILEGIUM.**

iektorum Ordinis eiusdem Sancti, salutem in Domino semper  
 ternam. Ratio exigit, & equitas persuadet, ut testimoniū veritati  
 perhiberi debeat. Igitar notū vobis facim⁹ per presentes, quod  
 nuper Sanctissimus in Christo Pater, & Dominus noster Do-  
 minus Innocentius Diuina prouidentia Papa VIII. confide-  
 rans, quod vos qui votum perpetuum clausuræ emittitis à ve-  
 stris Monasterijs pro consequendis indulgentijs exire non po-  
 testis, ac volens spiritualibus gratijs vos inuiri, & saluti ani-  
 marum vestrarum consulere, ad supplicationem vestrā viuz  
 vocis oraculo nobis facto, omnibus & singulis Prioribus &  
 Monachis, ac Donatis prædicti Sancti Benedicti, & aliorū Mo-  
 nasteriorum ei subiektorum & subijciendorum præsentibus,  
 & futuris dum in regulati obseruantia & perpetuā clausurā ste-  
 terint perpetuo concessit, ut in præsentī anno & alijs an-  
 nis, qui anni Iubilei visitantibus Ecclesiam Sæcti Iacobi in Cō-  
 postella dicuntur, quilibet illorum dicendo aliquas oratio-  
 nes per Priores ipsorum Monasteriorū ordinandas, consequan-  
 tur eandem indulgentias, & peccatorum remissiones, quas cō-  
 sequerentur, & consequi possent si dictam Ecclesiam Sancti Ia-  
 cobi in præsentī anno, & alijs annis prædictis visitaret. In quo-  
 rum omnium, & singulorum fidem, & testimoniū præ-  
 missorum, præsentēs patentes litteras per infra scriptum Se-  
 cretarium nostrū fieri mandauimus, nostriq; magni sigilli iussi-  
 mus, & fecimus appensione communiri. Datis Romæ in Pala-  
 tio Apostolico, sub anno à Natiuitate Domini Millesimo, Qua-  
 dringentesimo, Nonagesimo, Indictione octaua. Die vero pri-  
 ma mensis Iunij, Pontificatus præfati Sanctissimi Dñi nostri  
 Papæ Anno sexto.

**LXVIII. PRIVILEGIUM,**

Alexandri Papæ. VI. Concessum Abbati Cisterciën.  
 & Priori S. Benedicti Vallisoleteni, Anno Incar-  
 nationis Dominicæ. 1494.

## SUMMARIVM PRIVILEGII.

Concedit Abbati Cisterciens. & Priori Sancti Benedicti Vallisolerani respectiue plenam facultatem reformandi, visitandi, puniendi, castigandi, corrigendi, suspendendi, priuandi, uniuersi & dissoluendi Monasteriorum uniones, circa Monasteria consistentia in Regno Gallicia, instatibus Ferdinando & Elisabet Regibus Catholicis.

ALEXANDER Papa Sextus. Dilecti filij Salutem, & Apostolicam Benedictionem. Alias felicitis recordationi Innocentio Papa Octauo predecessori nostro pro parte carissimorum in Christo filiorum nostrorum Ferdinandi Regis & Elisabet Reginæ Castellæ, Legionis & Aragoniæ Illustrissimæ exposito, quod licet retro actis temporibus diuersa Monasteria, & alia Religiosa loca Sancti Benedicti, Cisterciens. & Sancti Augustini, & aliorum diuersorum Ordinum per Abbates, seu Priores Regi solita in Regno Gallicæ per claræ memoriæ eorundem Regnorum Reges, qui pro tempore fuerant aliosque nobiles, & incolas dictorum Regnorum ex eorum pia deuotione, de proprijs forum bonis, vt in illis vera viget religio, & nomen Domini laudaretur fundati, & donata fuissent, ac in illis post huiusmodi fundationes regularis obseruatia viguisset, in nonnullis temporibus citra Abbatibus, Prioribus, Cõmenlatarijs, Monachis, Canonicis, ceterisque Religiosis Monasteriorum, & locorum huiusmodi viuendi modum, & normam relaxantibus, ac suauis contemplationis iugo seposito in eis regularis obseruatia tepuerat, ac nõ modo pristina viuendi norma relicta fuerat, sed etiã in eis illorum persone se in reprobum sensum dãtes, Deitimore postposito, vitã lasciuam, & nimiam

LXVIII. PRIVILEGIUM.

diffolutam ducebant, & diuinus cultus omnino cessauerat, ac Abbates, Priores, & Comendatarij eorundem Monasteriorum fructus, redditus & prouentus illorum cum aruigeris, ac in alios prophanos vsus assuuebant, & inhonestos, ac Monasteria & loca ipsa eorum terris, locis, & alijs in mobilibus ac pretiosis in rebus bonis, ad diuinum cultum deputatis & ornamentis Ecclesiarum spoliabant, distrahebant, & alienabant, & Monachos & Religiosos ab illis expellebant, aliaque plura in honesta in eisdem Monasterijs, & locis committere non cessabant in animarum suarum periculum, diuinæ maiestatis offensam, Religionis opprobrium, diuini cultus diminutionem, malumque exemplum, & scandalum plurimorum, idem Innocentius prædecessor ad supplicationem Regis & Reginae prædictorum Abuleñ. & Cordubeñ. ac Legionen. Episcopis eorū proprijs nominibus non expressis per suas litteras commisit, & mandauit, quatenus ipsi uel duo aut vnus eorum ad omnia, & singula Monasteria & Religiosa loca prædicta personaliter accedent, & solum Deum ac salutem animarum præ oculis habentes illa in capitibus & membris, ac spiritualibus & temporalibus Apostolicâ auctoritate uisitent, & quæ in eis correctione, reformatione, punitione, & emendatione indigere cognoscerent dictâ auctoritate corrigerent, reformarent, punirent, & emendarent, quodque ut ex tunc perpetuis futuris temporibus in eisdem Monasterijs, & locis uigere deberet suorum Ordinû obseruantia regularis, ac illi iidem prorsus laudabiles ritus, & mores in eorum regimine, curâ directione, ac Monachorum, & ministrorum in eis præsidentium deputatione, & constitutione penitus, & omnino obseruarentur, qui obseruari soliti erant in Monasterijs & Prioratibus eorundem Ordinum, in Castellæ & Legionis, uel in alijs proximis locis consistentibus, reformatorem nuncupatorum, in quibus uigebat obseruantia regularis Ordinum eorundem, dictâ auctoritate statuerent, & ordinarent, ac Monasteria & loca prædicta, iuxta illorum exigen-

tiam inuicem, vel vnum alter prout expedire viderent, perpetuo varent, & si eis videretur expedire, præfatis de alijs inuicē, vel alijs quavis auctoritate vniones, annexiones, & incorporationes dissoluerent, sine tamē præiudicio possessorum, ac per Prælatos perpetuos regi, & gubernarificerent, ac omnia & singula bona ad Monasteria, & loca huiusmodi expectantia alienata illicitē, vel distracta ad ius & proprietatem Monasteriorum, & locorum prædictorum reuocarent, & reducerent, factasque locationes, & concessiones cum euidenti eorundem Monasteriorum, & locorum utilitate approbarent, & confirmarent, defectusque supplerent ac eis Monasteria, & loca ipsa illorumque Præsidentes, personas exemptas, & non exemptas visitandi, reformandi, & de eorum vita inquirendi, puniendi, & castigandi, ac corrigendi, illosque iuxta illorum demerita suspendendi, priuandi aliosque Monachos & Religiosas personas in eisdem Monasterijs, & locis collocandi, introducendi, aliaque in præmissis, & circa ea necessaria seu quomodolibet opportuna faciendi, & exequendi facultatem concessit, prout in literis prædictis, quarum tenorem præsentibus haberi volumus pro expresso, plenius cōtinetur. Cum autem sicut Rex & Regina præfati nobis nuper exponi fecerunt: Monasteria prædicta in dicto Gallicie Regno consistentia, videlicet Cisterciens. per te Abbatē, & Sancti Benedicti Ordinum prædictorum per te Priorem præfatos melius quam per aliquos reformari, & visitari, ac præmissa omnia & singula debitæ executioni demandari possint, Regis & Regine prædictorum pio desiderio in hac parte annuentes, discretioni vestræ per hæc scripta committimus, & mandamus, quatenus vos personaliter ad huiusmodi Monasteria accedentes, tu Abbas in Cisterciens. & tu Prior præfati in Sancti Benedicti ordinum Monasterijs huiusmodi reformationem, visitationem, punitionem, castigationem, correctionem, suspensionem, priuationem, vnionem, & dissolutionem, omniaque singula alia in dictis literis præfatis

## LXIX. PRIVILEGIUM

Innocentij prædecessoris contenta, auctoritate nostra iuxta illarum formam & tenorem facere, & exequi, ac debitæ executioni demandare curetis in omnibus, & per omnia perinde, ac si per nos eadem litteræ vobis directæ extitissent. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac omnibus illis, quæ dictus Innocentius prædecessor in suis litteris prædictis voluit non obstat, ceterisque contrarijs quibuscumque. Datis Romæ apud Sanctum Petrum sub annulo piscatoris, die xxvj. Martij, Anno Millesimo, Quadragesimo, Nonagesimo Quarto, Pontificatus nostri Anno secundo.

## LXIX PRIVILEGIUM.

Alexandri Papæ VI. concessum Monasterio Sancti Benedicti Vallisoletani, & eius Congregationi, Anno Dominicæ Incarnationis. 1497.

## S Y M M A R I U M PRIVILEGII, vt modo est in vsu.

1 Omnia Monasteria in Hispanijs vnita & incorporata existant, & vnã faciant Congregationem, & seruatis Prioratibus, & Grangijs vniuscuiusq; Monasterij proprijs.

2 Abbas, & Conuentus Sancti Benedicti de Vallisoletani sunt caput totius Congregationis, & Abbatem huiusmodi omnes Congregationis personæ recognoscant pro Superiori præcipuo, eiusq; mandatis, & censuris pareant.

3 De causis vasallorum vniuscuiusq; Monasterij Superiores

rior es

- riores cognoscant.
- 4 Capitulum generale quod triennio in dicto Monasterio celebretur, ad quod Abbates omnes cum suis Procuratoribus, etiam non vocati accedant.
  - 5 Quatuor Diffinitores ibi eligendi, qui cum Abbate S. Benedicti, negotia definiant, et quæ nemine discrepante definierint, sint perpetuò firma, dum modo maior Capituli pars ea illis remiserit.
  - 6 Eligantur duo visitatores generales cum potestate sibi à iure commissa, qui post visitationem ipsius Abbatis Generalis, Congregationem visitent, et duo Suppletors, qui eorum personas, et Monasteria ubi resident visitent cum potestate Abbatis Generalis, et loco eorum, cum opus fuerit sufficiantur.
  - 7 Visitatores Generales ultra ordinariam visitationem Monasterij Sancti Benedicti, interpellati à Monachis eiusdem facultatem habentibus, præcedente monitione Evangelica, possunt illud iterum visitare.
  - 8 Cum opus fuerit in aliquo Monasterio extraordinaria visitatione, prævia Evangelica monitione, ad Abbatem Sancti Benedicti recurratur.
  - 9 Abbas Sancti Benedicti legitima de causâ potest priuari à Capitulo generali, seu eius maiori parte, et à priuationis sententiâ à Diffinitoribus approbata, nequeat appellare, sicut nec Superiores alij cum priuari contingat in suis visitationibus.
  - 10 Abbas Sancti Benedicti ingrediatur Capitulum cum

## LXIX. PRIVILEGIUM,

- Uno Procuratore eiusdem Monasterij. & alio Monacho, qui omnes habeant vocem in Capitulo.*  
 11 Superior S. Benedicti & Sancti Ioānis Burgen. Abbat  
 tes dicantur, etiam absq; benedictionis susceptione.  
 12 Abbates triennales eligantur iuxta formam à Capitulo  
 constituendam.  
 13 Electi in Abbates tenentur infra decem dies pro confir  
 matione ad Generalem mittere.  
 14 Procuratores pro Capitulo generali eligantur à maiori  
 parte Conuentus, & si habuerint equalia suffragia,  
 Abbas eligat quē maluerit, & de hoc littera à Prio  
 re secundo, & tribus ancianis Monasterij subscripta  
 fidem faciant.  
 15 Superiores Monasterij possunt singulis annis cum duo  
 bus Monachis Prioratus, Grangias, Ecclesias, & lo  
 cā eorum visitare, vel plures de consensu ancianorū.  
 16 Monasterium tam Sancti Benedicti, quàm cetera re  
 nuntient priuilegijs, &c. quae ijs sint contraria.

**A**LEXANDER Episcopus seruus seruorū Dei ad per  
 petuam rei memoriam. Sacrosanctæ militantis Ecclesiæ  
 gubernacula à Summi Sacerdotij cathedrâ nobis meritis licet  
 insufficientibus demandata tenentes in terris, ad ea libetè intē  
 dimus, per quæ Monasteria, & alia Religiosa loca quacum  
 que, personæque in illis sub suauī Religionis iugo Domino  
 famulantes nostræ operationis ministerio gratiâ quoque assi  
 stente dininâ salubriter dirigantur, in ipsisque monasterijs,  
 & locis regularis disciplinæ norma diligenter obseruetur,  
 cultus diuinus augeatur, caritas vigeat, floreat humilitas,  
 & omnis benè viuendī institutio cum Religionis  
pro



nis propagatione, & aternæ præmio vitæ valeat feliciter adim-  
 pleri: vnde his quæ propterea processisse comperimus, vt fir-  
 ma perpetuè, & illibata persistent cum à nobis petitur. Apосто-  
 lici libenter adijcimus muniminis firmitatem. Sanè pro parte  
 dilectorum filiorum Monasterij Sancti Benedicti de Vallecole  
 ti Palentiñ. Diocesi, & vniuersorum aliorum Abbatum, Prio-  
 rum, & Monachorum Ordinis Sancti Benedicti Congregatio-  
 nis Monasterij Sancti Benedicti huiusmodi, de obseruantia nū-  
 cupatorum, nobis nuper exhibita petitio continebat: quod  
 olim Capitulum generale Ordinis, & Congregationis huius-  
 modi in dicto Monasterio celebrare volentes, Congregatio-  
 nis, & obseruantie huiusmodi illorumque Monasteriorum fe-  
 liciter statui, ac ipsorum Monachorum paci & quieti consulere  
 inter alia statuerunt, & ordinarunt: quod deinceps perpetuis fu-  
 turis temporibus omnia & singula Monasteria dictorum Ord-  
 nis, & obseruantie in Hispaniarum Regnis consistentia in-  
 simul vnita & incorporata existerent, vnumque corpus & con-  
 gregationem in simul forent. Ita tamen quod singula ex dictis  
 Monasterijs, Prioratus manuales, & Grangias eis pleno iure sub-  
 iecta habentia, Prioratus, & Grangias huiusmodi prout antea  
 haberent, & possiderent, & eis Prioratus & Grangie huiusmo-  
 di subijcerentur. Quodque Abbas pro tempore existens, &  
 etiam dilecti filij Conuentus dicti Monasterij Sancti Benedi-  
 cti eiusdem Congregationis caput esse deberent, haberentque  
 in omnibus, & singulis Monasterijs dictæ Congregationis eã-  
 dem ordinariam iurisdictionem, quam loci ordinarij in Mona-  
 sterijs eis subiectis de iure habere dignoscebantur: ac omnes, &  
 singuli Prelati, & alij Monachi dictæ Congregationis ipsum  
 Abbatem Monasterij Sancti Benedicti in eorum supremum  
 & præcipuum Superiorem recognoscere deberent, nec non  
 singuli Prelati, seu Superiores dictorum Monasteriorum in eo-  
 rum subditos cum dicto Abbate dicti Monasterij Sancti Bene-  
 dicti iurisdictionem accumulatiuè haberent, ita quod ipse Ab-

*Nunq̄ se hazere  
 lacionq̄ p̄ d̄ic̄ion  
 d̄ abulatores los  
 Prelados de la san-  
 gref̄ m̄ los d̄ic̄os  
 Valledolid̄ p̄zi  
 cronla suplica y  
 los d̄ic̄os autos co-  
 mo consta en los  
 del año de 1500  
 q̄ estan en el li-  
 bro de autos y  
 en las constituc̄  
 del año 1521.*

bas Monasterij Sancti Benedicti ob inferiorum Prælatorum, & inferiores Prælati prædicti ob Abbatis Monasterij Sancti Benedicti huiusmodi iurisdictionem exclusi esse non censentur, & quotiens ipse Abbas Monasterij Sancti Benedicti de ipsorum inferiorum Monachorum causis, conscientia, & vitâ quocumque tempore cognoscere vellet in cognitione huiusmodi alijs Superioribus Monasteriorum, quorum ipsi Monachi forent præferretur, eiusque mandatis omnibus in quacumque tam spirituali, quam temporali causâ dictos Monachos concernente, parendum esset, omnesque & singuli Monachi quorumcumque Monasteriorum dictæ Congregationis in quibusuis rebus, mandatis, & censuris eiusdem Abbatis Monasterij Sancti Benedicti sicut præcipuo Superiori & Prælato obedire tenerentur. De causis tamen, quas inter dictorum Monasteriorum vasallos respectuè pro tempore moueri cõtingeret ipsorum Monasteriorum Superiores prædicti cognoscere deberent. Nec non quod de triennio in triennium in dicto Monasterio Sancti Benedicti generale Capitulum dictæ Congregationis celebraretur, quodque omnes, & singuli Superiores Monasteriorum eiusdem Congregationis ipsorumque Monasteriorum Procuratores præfixo tempore ad Capitulum huiusmodi, etiam aliàs non vocati, accedere tenerentur. Et in quolibet Capitulo huiusmodi per ipsos Capitulum quatuor Diffinitores eligerentur, qui & dictus Abbas Sancti Benedicti pro tempore existens dicto Capitulo præesse, & ipsius Capituli negotia diffinire deberent, & quæ ipsi Abbas Monasterij Sancti Benedicti, & quatuor Diffinitores discrepante eorum nemine approbassent, & diffiniissent perpetuæ haberent robur firmitatis, ab omnibusque obseruarentur. Nequirent tamen Abbas Monasterij Sancti Benedicti, & Diffinitores præfati super aliqua re diffinire, nisi illa prius in dicto Capitulo publicè proposita, & per ipsius Capituli maiorem partem ad illos per eos diffinienda remitteretur. Quodque

que in eodem Capitulo duo generales Visitatores similiter eligerentur, qui post visitationem dictæ Congregationis per dictum Abbatem dicti Monasterij Sancti Benedicti factam Monasterium Sancti Benedicti, & alia omnia Monasteria, & loca, ac personas Congregationis huiusmodi visitarent: eligerenturque similiter duo alij qui Suppletores nuncuparentur, & ipsorum visitorum Monasteria, eorumque personas visitare, & dictorum Visitorum, vel alterius eorundem officium cum illi, vel alter eorum propter infirmitatem, seu aliam legitimam causam impediti, seu impeditus fuerit supplere deberent: haberentque ipsi Suppletores in eorum visitationibus eandem potestatem, & auctoritatem, quam dictus Abbas Monasterij Sancti Benedicti in eius visitatione haberet. Dicitur verò Abbas Monasterij Sancti Benedicti post Capitulum generale huiusmodi per se, vel alios, quibus id duceret committendum visitationem huiusmodi infra annum, vel circa incipere deberet, utereturque in huiusmodi visitatione ordinaria, ut præmittitur auctoritate: & postquam ipse Abbas Monasterij Sancti Benedicti totam Congregationem huiusmodi visitasset, in fine anni cuiuslibet triennij prædicti, dicti generales visitatores eorum officium exercendo totam Congregationem, novissimè verò Abbatem & Monasterium Sancti Benedicti huiusmodi visitarent, uterenturque dumtaxat auctoritate similibus Visitoribus à iure concessâ, nec possent prætextu eorum electionis huiusmodi maiorem, vel magis durabilem iurisdictionem, seu auctoritatem exercere. Verum ultra eorum generalem visitationem huiusmodi valeret ipsi generales Visitatores Abbatem, & Monasterium Sancti Benedicti huiusmodi visitare quotiens ad id per patres seu Monachos ad id facultatem pro tempore habentes, præcedente Evangelica monitione, interpellati fuissent, & si alijs Monasterijs dictæ Congregationis etiam alia visitatio necessaria esset, pro illa eadem monitione semper præcedente, ad ipsum

LXIX. PRIVILEGIUM

- ipsum Abbatem Monasterij Sancti Benedicti recurreretur, possetque insuper generale Capitulum huiusmodi vel eorum maior pars dictum Abbatem Monasterij Sancti Benedicti legitima subsistente causâ priuare: Ita quod ipse Abbas Monasterij Sancti Benedicti post approbatam priuationis sententiam huiusmodi à Diffinitoribus ante dictis ab illa, & alij Prælati seu Superiores dictæ Cõgregationis cum eos in visitatione huiusmodi respectiuè priuari cõtingeret, ab eisdè priuationibus nequirent appellare. Dicitur autem Abbas Monasterij Sancti Benedicti cum vno procuratore per Conuentum Monasterij Sancti Benedicti huiusmodi, & alio Monacho per eundem Abbatem Monasterij Sancti Benedicti ad id eligendo, prædictum Capitulum intrare posset, haberentque vocem ipse Abbas, & Procurator Monasterij Sancti Benedicti, ac alter Monachus prædicti in rebus in eodem capitulo proponendis. Ita tamen quod Procurator, & alter Monachus prædicti cum idem Abbas Monasterij Sancti Benedicti semper Diffinitor esse deberet in Diffinitores Capituli huiusmodi eligi non possent. Rursus quod Prior prædicti Monasterij Sancti Benedicti, quod per Priorem gubernari soleret, cum esset eiusdem Congregationis caput, & aliorum Monasteriorum dictæ Congregationis, in quibus ab antiquo dignitates Abbatiales fuissent, & tunc erant, Abbates solo nomine abtque Abbatialibus insignijs, & alicuius benedictionis susceptione nominari deberent, idque obseruaretur in Monasterio Sancti Ioannis extra muros Burgeni etiam per Priorem tunc solito gubernari dicti Ordinis, ex eo quod admodum insigne erat. Item quod omnes & singuli Prælati dictæ Cõgregationis tam Abbates, quam Priores triennales essent, de triennio in triennium Monasteria ipsa vacarent, & ad illa Abbates & Priores eligerentur. In electionibus verò quorumcumque Superiorum dictæ Congregationis seruaretur forma eatenus seruari solita, vel in Capitulo dictæ Cõgregationis tunc primo celebrando, statuenda, & ordinanda, licet iuri conformis non esset.

- 13 esset. Quodq; Superiores Monasteriorum à dicto Monasterio Sancti Benedicti ultra quinquaginta leucas distantium, post eorum electione respectiue, etiã ante illarum confirmatione administrare possent, tenerentur tamen infra decem dies pro confirmatione huiusmodi ad ipsum Abbatem Monasterij Sancti Benedicti mittere. Denique, quod Procuratores Nonasteriorum ad dictum Capitulum accessuri per maiorem partem Coeuentus ipsorum Monasteriorum respectiue eligi deberent, & eorum procurationis litteræ per Priorem secundum, & tres, aut quatuor ancianos ipsorum Monasteriorum, etiam respectiue subscriptæ fidè facerent. Si verò in aliquo ex dictis Monasterijs duos Procuratores, & nullum eorum à maiori parte illius Coeuentus eligi contingeret, Superior illius Monasterij, quem vellet in Procuratorem deputaret, & sic per eum deputatus vigore huiusmodi deputationis potestatem haberet ad omnia in dicto Capitulo tractanda, seu terminanda, licet et illa, vel quæcumque ex eis expressum consensum, & mandatum exigerent speciale. Præterea, quod non obstante inclusionis voto superiores Monasteriorum eorundem Ecclesias, Monasteria Grangias, & vassallos habentium cum vno, vel duobus Monachis possent, semel in anno ad illa visitanda exire, vel mittere, etsi pluries illa visitare opus foret, absque consensu suorum ancianorum id facere nequirent. Verum casu, quo per seculares personas aliquid tunc ingruens negotium explicari non posset, ne Monasteria ipsa grauem iacturam paterentur, possent exire, vel mittere, vt præfertur. Postremò, quod tam Sancti Benedicti, quàm quorumcumque aliorum Monasteriorum dictæ Congregationis Superiores, & Coeuentus possent, & deberent renunciare quibusuis priuilegijs, indultis, gratis, & concessionibus Apostolicis, ac statutis, & consuetudinibus etiam iuramento, confirmatione Apostolicâ, vel quauis firmitate aliâ roboratis, quæ in præmissis, vel eorum aliquo contrariari viderentur, prout in litteris super præmissis cõfectis dicitur plenius contineri.

## LXIX. PRIVILEGIUM.

tineri. Quare tam pro parte carissimi in Christo filij nostri Fer-  
 dinandi Regis, & carissimæ in Christo filix nostræ Elisabet  
 Reginx Castellæ, & Legionis Illustrium, qui vt asseritur, ad  
 dictam Ordinem singularem gerunt deuotionis affectum,  
 quàm Abbatum Priorum, & Monachorum prædictorum no-  
 bis fuit humiliter supplicatum, vt statutis, & ordinationibus  
 huiusmodi pro eorum subsistentiâ firmiori robur Apostolicæ  
 confirmationis adiicere, aliâsq; in præmissis opportunè præui-  
 dere de benignitate Apostolicâ dignaremur. Nos igitur, qui  
 in suaui regularis obseruantie odore reficimur, & Religionis  
 propagationem, ac diuini cultus augmentum nostris potissi-  
 mè temporibus sinceris affectibus exoptamus, ipsos Abbates,  
 Priores, & Monachos, ac eorum singulos à quibuscumque ex  
 communicationis, suspensionis, & interdicti, aliisq; Ecclesia-  
 sticis sententiis, censuris, & poenis à iure, vel ab homine quauis  
 occasione, vel causâ latis, si quibus quomodolibet innodati  
 existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum  
 harum seriè absoluentes, & absolutos fore censentes, huiusmo-  
 di supplicationibus inclinati, statuta, & ordinationes huiusmo-  
 di, & prout illa concernunt omnia, & singula in dictis litteris  
 contenta, quoad Monasteria, Prioratus, & membra huiusmo-  
 di, quæ auctoritate Apostolica legitimè, & seruata formâ litte-  
 rarum Apostolicarum de super concessarum dictæ Congrega-  
 tionis hætenus applicata, & quorum Superiores eadem aucto-  
 ritate iam triennales effecti sunt, ac sine iuris alicui in illis com-  
 petentis præiudicio, prædictâ auctoritate, tenore præsentium  
 confirmamus, & approbamus, ac perpetuè obseruari debere,  
 inuiolabilisq; firmitatis robur obtinere decernimus, supple-  
 musq; omnes, & singulos defectus, si qui forte interuenerint  
 in eisdem. Non obstantibus præmissis, ac constitutionibus, &  
 ordinationibus Apostolicis, necnon statutis, & consuetudini-  
 bus singulorum Monasteriorum, & Ordinis prædictorum iu-  
 ramento, confirmatione Apostolicâ, vel quauis firmitate alia  
robo-

roboratis, ac quibusvis priuilegijs, indultis, gratijs & concelsio-  
nibus Apostolicis Superioribus Monasterijs, ac Ordini prædi-  
ctis, vel quibusvis alijs communiter, vel diuisim sub quibuscū-  
que verborū formis & clausulis etiā derogatoriā derogato-  
rijs, alijsq; fortioribus, efficacioribus & inlolutis irritantibusq;  
decretis concessis, quibus etiam si de illis, eorumq; totis tenori-  
bus pro eorum sufficienti derogatione specialis, specifica, ex-  
pressa, & indiuidua ac de verbo ad verbum non autem per ge-  
nerales clausulas id importantes mentio, seu quouis alia expres-  
sa habenda foret, eorum tenores præsentibus pro sufficienter  
expressis habentes, quoad præmissa dumtaxat, illis aliās in suo  
robore permanens harum serie specialiter, & expresse deroga-  
mus, ceterisque contrarijs quibuscumque. Nulli ergo omnino  
hominum liceat hanc paginam nostræ absolutionis, confirma-  
tionis, approbationis, decreti, suppletionis, & derogationis in-  
fringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc at-  
tentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac  
beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incur-  
surum. Datis Romæ apud Sanctum Petrum. Anno Incarnatio-  
nis Dominicæ, Millefimo, Quadringentesimo, Nonagesimo  
Septimo. Quarto Nonas Decembris, Pontificatus nostri An-  
no sexto.

¶ Hoc priuilegium confirmat, & ad pristinum statum re-  
ducit Iulius Tertius Anno. 1498.

## LXX. PRIVILEGIUM

Alexandri Papæ VI. concessum Abbati & Con-  
uentui Sancti Benedicti Vallisoleiani,

Anno Dominicæ Incarnatio-  
nis 1498.

SYMMARIVM PRIVILEGII.

LXX. PRIVILEGIUM.

*Insignis Bulla Conservatoria. Iudices creantur Abbas de Poblete, Prior Sancti Augustini opidi Vallisoletani, & Prior Sancti Dominici civitatis Compostelle, qui per se, vel alios assistant in iis, quæ iudicalem requirunt indulgentiam personis Congregationis, non permittentes eas quomodo libet molestari, ac restitui faciant quæcumque bona, &c. ita ut eorum quilibet valeat prosequi articulum ab alio inchoatum, quamvis inchoans nullo fuerit impedimento Canonico præeditus.*

ALEXANDER Episcopus servus servorum Dei. Dilectis filiis Abbati de Poblete, & per Priores gubernari solitorum Sancti Augustini de Valleoleti Terraconeñ. & Palentiñ. Diocæs. ac Sancti Dominici extra muros Cõpostellañ. Prioribus Monasteriorum, Salutem, & Apostolicam Benedictionem. Militanti Ecclesiæ, licet immeriti disponente Domino præsidentes, circa curam Ecclesiarum, & Monasteriorum omnium solertiâ reddimur indefessâ solliciti, ut iuxta debitum Pastoralis officij, eorum occurramus dispendijs, & profectibus diuinâ cooperante clementiâ salubriter intendamus. Sanè dilectorum filiorum Abbatis, & Conuentus Monasterij Sancti Benedicti opidi Vallisoleti, Ordinis eiusdem Sancti sub obseruantia regulari, & perpetuatâ clausurâ degentium Palentiñ. Diocæs. conquestione percepimus, quod nonnulli Archiepiscopi, Episcopi, alijq; Ecclesiarum Prælati, & clerici, ac Ecclesiasticæ personæ tam religiose, quàm seculares, necnō Duces, Marchiones, Comites, Varones, Nobiles, Milites, & laici: Cõmunia Ciuitatum, Vniuersitates opidorum, castrorum, villarum, & aliorum locorū, & aliæ singulares personæ ciuitatum, & Diocæs. ac aliarum partium diuersarum occuparunt, & occupare fecerunt castra, villas, & alia loca, terras, domos, possessiones,

iua,



iura, iurisdictiones, necnon fructus, census, redditus, & prouentus prædicti, & aliorum Monasteriorum, & Prioratum Ordinis, & obseruantiar, ac clausuræ huiusmodi Congregationis eiusdem Monasterij Sancti Benedicti, seu ab eo dependentium, eorumque membrorum in Regnis Hispaniæ consistentium, ac nonnulla alia bona mobilia, & immobilia, spiritualia, & temporalia ad Sancti Benedicti, & alia Monasteria, Prioratus, & membra, eorumque Abbates, Priores, Conuentus, Monachos, Conuersos, Oblatos, Commissos, Familiares, & seruitores huiusmodi, & eorum singulos expectantia, & ea detinent indebitè occupata, seu ea detinentibus præstant auxilium, consilium, vel fauorem. Nonnulli etiam ciuitatum, & diocesium, ac partium prædictarum, qui nomen Domini in vanum recipere non formidant, dicti Monasterij Sancti Benedicti, & aliis Abbatibus, Prioribus, Conuentibus, Monachis, Conuersis, Oblatis, Commissis, Familiaribus, & seruatoribus eiusdem super prædictis castris, villis, & locis aliis, terris, domibus, possessionibus, iuribus, iurisdictionibus, fructibus, censibus, redditibus, & prouentibus eorundem, & quibusdam aliis bonis mobilibus, & immobilibus, spiritualibus, & temporalibus, & aliis rebus ad Sancti Benedicti, & alia Monasteria, Prioratus, & membra eorumque Abbates, Conuentus, Priores, Monachos, Conuersos, Oblatos, Commissos, Familiares, & seruitores huiusmodi, vt præfertur expectantia: necnon super eorum, & Monasteriorum, Prioratum, & membrorum prædictorum, ac locorum Ordinariorum iurisdictionem, uisitationem, & correctionem, ac aliis diuersis exemptionibus, immunitatibus, libertatibus, & indultis eis, & eorum singularis concessis, eorumque obseruationem. multiplices iniurias inferunt, & iacturas: Quare Abbas, qui, vt assent prædictæ Congregationis caput existit, & Conuentus Monasterij Sancti Benedicti huiusmodi nobis humiliter supplicarunt, vt cum eis, & aliis prædictis, ac aliorum Monasteriorum, & Prioratum Or-

## LXX. PRIVILEGIUM

dinis, & Congregationis eorundem, sub obseruantia, & clau-  
 sura huiusmodi in eisdem Regnis pro tempore existentium  
 Abbatibus, Conuentibus, Monachis, Conuersis, Oblatis,  
 Commissis, Familiaribus, & seruatoribus valde reddatur  
 difficile pro singulis quar. lis ad Sedem Apostolicam ha-  
 bere recursum, prouidere eis super hoc paternam diligentiam  
 curaremus. Nos igitur aduersus occupatores, detento-  
 res, presumptores, molestatores, & iniuriatores huiusmo-  
 di illa volen. eisdem Abbatibus, Prioribus, Conuenti-  
 bus, Monachis, Conuersis, Oblatis, Commissis, Familiaribus,  
 & seruatoribus nunc, & pro tempore existentibus  
 remedio subuenire, per quod ipsorum comescatur teme-  
 ritas, & aliis aditus committendi similia precludatur discre-  
 tioni vestrae per Apostolica scripta mandamus, quatenus vos,  
 vel duo, aut vnus vestrum per vos, vel alium, seu alios, etiam  
 si sint extra loca, in quibus deputati estis Conseruatores,  
 & iudices praefatis, Abbatibus, Prioribus, Conuentibus,  
 Monachis, Conuersis, Oblatis, Commissis, Familiaribus,  
 & seruatoribus, & eorum singulis efficacis defensionis pra-  
 sidio assisteñ. non permittatis eisdem super iis, & quibus li-  
 bet aliis bonis, & iuribus, ad Abbates, Priores, Conuen-  
 tus, Monachos, Conuersos, Oblatos, Commissos, Fami-  
 liares, & seruitores, Monasteria, Prioratus, & membra hu-  
 iusmodi, vt praemittitur expectantibus, ab eisdem, vel qui-  
 buscumque aliis indebitè molestari, vel eis grauamina, seu  
 damna, vel iniurias irrogari, facturi dictis Abbatibus, Prio-  
 ribus, Conuentibus, Monachis, Conuersis, Oblatis, Com-  
 missis, Familiaribus, & seruatoribus nunc, & pro tempore  
 existentibus, ac eorum singulis, cum ab eisdem, vel procurato-  
 ribus suis, aut eorum aliquo fueritis requisiti de praedictis, &  
 aliis personis quibuslibet super restitutione huiusmodi castro-  
 rum, villarum, terrarum, & aliorum locorum iurisdic-  
 tionum

num, iurium, & bonorum mobilium, & immobilium, reddituum quoque, & prouentuum, & aliorum quorumcumque bonorum, nec non de quibuslibet molestiis, iniuriis, ac damnis presentibus, & futuris in illis videlicet, quæ iudicalem requirunt indaginem summarie, & de plano, sine strepitu & figura iudicij, in alijs vero prout qualitas eorum exegerit iustitiæ complementum, occupatores, seu detentores, præsumptores, molestatores, & iniuriatores huiusmodi, nec non contradictores quoslibet, & rebelles cuiuscumque dignitatis, status, gradus, ordinis, vel conditionis extiterint, quandocumque, & quotiescumque expedierit, auctoritate nostra per censuram Ecclesiasticam, appellatione pospositâ compescendo, inuocato ad hoc, si opus fuerit auxilio brachij secularis. Non obstantibus tam felicis recordationis Bonifacij Papæ Octauj prædecessoris nostri, in quibus cauetur, ne aliquis extra suam ciuitatem & diocesim nisi in certis exceptis suis casibus, & in illis ultra vnam dietam à fine diocesim ad iudicium euocetur, seu ne Iudices & Cōseruatores à Sede deputati prædictâ extra ciuitatem, & diocesim in quibus deputati fuerint contra quoscumque; procedere, aut alij, vel alijs vires suas committere, aut aliquos ultra vnam dietam à fine diocesim eorundem trahere præsumant, & de duabus dietis in Concilio generali editâ, dummodo ultra quatuor dietas aliquis, auctoritate presentium non trahatur, seu quod de alijs, quam manifestis iniurijs, & violentijs, ac alijs, quæ iudicalem requirunt indaginem poenis in eos, si lecus egerint, & in id procurantes adiectis Cōseruatoribus se nullatenus intromittant, quàm alijs quibuscumque constitutionibus à prædecessoribus nostris Romani Pontificum tam de iudicibus Delegatis, & Cōseruatoribus, quàm personis ultra certum numerum ad iudicium non vocandis, aut alijs editis, quæ vestræ possent in hac parte iurisdictioni, aut

potestati, eiusq; libero exercitio quomodolibet obuiare, vt quibuslibet priuilegiis, & litteris Apostolicis, quibuscumque Collegiis, Vniuersitatibus, ciuitatibus, villis, opidis, & aliis personis, quacumque auctoritate fungenti. per Sedem prædictam, sub quibuscumque verborum formis, clausulis, etiam derogatoriis derogatoriis concessis, & in posterum forsan concedendis, etiam si in eis caueatur expressè, quod quæcumq; litteræ, etiam à Sede prædicta emanatæ, in quantum Collegiorum, Vniuersitatum, ciuitatum, villarum, opidorum, & personarum prædictarum potestatem, iurisdictionem, immunitatem, exemptionem, vel auctoritatem concernerent, etiam si ad illa nominatim specificè, & expressè extenderentur nullatenus se extenderent, nec iudices de quibusuis causis, & negotiis, Collegia, Vniuersitates, ciuitates, villas, opida, & alias personas huiusmodi cognoscere possent, nec personæ Collegiorum, Vniuersitatum, ciuitatum, villarum, opidorum, & personarum prædictorum, vel aliqui eorum super causis, & rebus quibuscumque eos tangenti. coram Iudicibus, & Conservatoribus prædictis comparère, vel eorum mandato parère, teneantur, nisi in dictis litteris de præfatis Collegiis, Vniuersitatibus, ciuitatibus, villis, opidis, & personis prædictis, ac litteris de concessionibus eis factis de verbo ad verbum, non autem per generales clausulas id importantes, mentio, & expressio fieret, quodq; per quascumque clausulas, etiam derogatoriis derogatoriis, fortiores, efficaciores, & insolitas eis quomodolibet derogatum non existat, nisi derogatio prædicta, certis tunc expressis modis, & formis fieret, & quacumque secus pro tempore gesta, nulla sint, quibus, in quantum vestræ iurisdictioni, aut potestati, eiusq; libero exercitio quomodolibet obuiarent, eorum tenores præsentibus pro sufficienter expressis habentes, illis aliàs in suo robore permanentis, harum serie specialiter, & expressè derogamus, seu si aliquibus communiter, vel diuisim  
à prædi-

à prædicta sit Sede indultum, quod excommunicari, suspendi, vel interdicti, seu extra, vel vltra certa loca ad iudiciū euocari nō possint per litteras Apostolicas nō facientes plenā, & expressam, ac de verbo ad verbū de indulto huiusmodi, & eorū personis, locis, Ordinibus, & nominibus propriis mentionē, & qualibet aliā indulgentiā dictæ Sedis generali, vel speciali cuiuscumque tenoris existat, per quam præsentibus non expressam, vel totaliter non insertā vestrę iurisdictionis explicatio in hac parte valeat quomodolibet impediri, & de qua cuiusq; toto tenore de verbo ad verbū in nostris litteris habenda sit mentio specialis. Ceterum volumus, & auctoritate Apostolicā decernimus, quod quilibet vestrum prosequi valeat articulum, etiam per alium inchoatum, quamuis idem inchoans nullo fuerit impedimento Canonico præpeditus. Quodq; à datis præsentium sit vobis, & vnicuiq; vestrum, in præmissis omnibus, & eorum singulis ceptis, & non ceptis præsentibus, & futuris perpetuata potestas, & iurisdicção attributa, vt eo vigore, eaq; firmitate possitis, in præmissis omnibus ceptis, & non ceptis præsentibus, & futuris, & pro prædictis procedere, ac si prædicta omnia, & singula coram vobis cepta fuissent, & iurisdicção vestra, & cuiuslibet vestrum in prædictis omnibus, & singulis per citationem, vel modum alium perpetuata legitimè extitisset, constitutione prædicta, super Conseruatoribus, & alia qualibet in contrarium edita non obstantibus: præsentibus perpetuis futuris temporibus valituris. Datis Romæ apud Sanctum Petrum. Anno Incarnationis Dominicæ, Millesimo, Quadringentesimo, Nonagesimo octauo. Quarto decimo Kalendas Martij. Pontificatus nostri Anno septimo.

LXXI. PRIVILEGIUM,

S ; ALEXAN-

LXXI. PRIVILEGIUM.

Alexandri Papæ VI. concessum Congregationi  
Sancti Benedicti Vallisoletani; Anno  
Dominici Incarnationis

1501.

Alex. VI. succedebat  
año 1492. et  
bulla recitò año 9  
desu Pontificado  
que fue 1501.  
Muris año 1503 arç de Agosto.

S V M M A R I V M P R I V I L E G I I,

- 1 Abbas, & Conuentus Sancti Benedicti Vallisoletani  
est Caput totius Congregationis.
- 2 Mandatis, & censuris Abbatis Monasterij Sancti Be-  
nedicti ab omnibus personis Congregationis parcendum  
est, & de earum causis ipse potest cognoscere.
- 3 De causis Vassallorum cognoscant superiores Monaste-  
riorum.
- 4 Visitatores generales, & suppletores in Capitulo genera-  
rali electi visitent Monasterium Sancti Benedicti,  
& reliqua Congregationis, cum eadem potestate, quã  
habet Abbas Generalis.
- 5 Priuatio Abbatum est reseruata Abbati Sancti Benc-  
dicti.
- 6 Visitatores possunt suspendere ad tempus Abbates ratio-  
nabili de causa.
- 7 In electionibus, & confirmationibus Abbatum seruetur  
forma in Capitulo constituta.
- 8 Diffinitores in Capitulo habent amplam potestatem sta-  
tuendi quacumque ad regimen bonum Congrega-  
tionis

*tionis spectant, tam in spiritualibus, quam in temporalibus sicuti Diffinitores Congregationis Sanctæ Iustina de Paduâ.*

**A**LEXANDER Episcopus seruus seruorū Dei, ad perpetuam rei memoriã. Inter multiplices curas, quibus cōtinuã sollicitudine præmimur, circa ea per quæ Ecclesiarum, & Monasteriorum omnium, ac personarum sub suauis religionis iugo Altissimo famulantium: prospero salubriq; regimini, ac decori, & cōmodo, diuiniq; cultus augmento cōsulitur, libenter intendimus, & his, quæ propterea facta fuisse dicuntur, vt firma perpetuò, & illibata persistant, cum à nobis petitur, Apostolici adiicimus muniminis firmitatem: & aliàs desuper prouisionis opportune remediũ adhibemus, prout in Dño aspicimus salubriter expedire. Dudũ siquidẽ pro parte dilectorũ filiorũ S. Benedicti de Valleleti Palæstin. Dioc. ac vniuersorũ aliorũ Abbatum, Priorum, & Monachorum Ordinis Sancti Benedicti Cōgregationis Monasterij Sancti Benedicti huiusmodi de obseruantia nuncupatorum nobis exposito, quòd olim Capitulũ generale Ordinis, & Congregationis huiusmodi in dicto Monasterio celebrantes, volentes Congregationi, & obseruantie huiusmodi illorumq; Monasteriorum felici statui, ac ipsorum Monachorum paci, & quieti consulere, inter alia statuerant, & ordinauerãt, quod deinceps perpetuis futuris tẽporibus Abbas pro tempore existens, & dilecti filij Conuentus dicti Monasterij Sancti Benedicti, eiusdem Congregationis Caput esse deberent: haberentq; in omnibus, & singulis Monasterijs dictæ Cōgregationis eandẽ ordinariã iurisdictionem, quã loci Ordinarij in Monasterijs eisdem subiectis de iure habere dignoscẽbãtur, ac omnes, & singuli prædicti, & alij Monachi dictæ Cōgregationis ipsum Abbatẽ Monasterij S. Benedicti in eorũ supremũ, & præcipuũ Superiorẽ recognoscere deberet: nec nõ singuli Prælati,

## LXXI. PRIVILEGIUM.

seu Superiores dictorum Monasteriorum in eorum subditis cum dicto Abbate Monasterij Sancti Benedicti iurisdictionem accumulata habent, ita quod Abbas Monasterij Sancti Benedicti ob inferiorum Prælatorum, & inferiores Prælati prædicti ob Abbatis Monasterij Sancti Benedicti huiusmodi ab eadem iurisdictione exclusi esse non censerentur: & quotiens Abbas ipse Monasterij Sancti Benedicti de ipsorum inferiorum Monachorum causis, conscientia, & vita cognoscere vellet, in cognitione huiusmodi, alijs Superioribus Monasteriorum, quorum ipsi Monachi forent præferretur: eiusque mandatis omnibus in quacumque tam spirituali, quam temperali causa dictos Monachos concernente parendum esset: omnesque & singuli Monachi quorumcumque Monasteriorum dictæ Congregationis in quibuscumque rebus, mandatis, & cæsaribus eiusdem Abbatis Monasterij Sancti Benedicti sicut præcipuo Superiori & Prælato obedire tenerentur. Quodque de triennio in triennium in dicto Monasterio Sancti Benedicti generale Capitulum dictæ Congregationis celebraretur, & in eodem Capitulo duo generales Visitatores eligerentur, qui postquam Monasteria dictæ Congregationis per dictum Abbatem Monasterij S. Benedicti visitata fuerint, Sancti Benedicti, & alia omnia Monasteria & loca, ac personas Congregationis huiusmodi visitarent. Eligerenturque similiter duo alij, qui suppletore nuncuparentur, & ipsorum visitorum Monasteria, eorumque personas visitarent, & dictorum Visitorum, vel alterius eorundem, officium cum illi, vel alter eorum propter infirmitatem, vel aliam legitimam causam impediti, seu impeditus foret, supplere deberent. Ipsi que Visitorum eorum officium exercendo vterentur dumtaxat auctoritate similibus Visitoribus à iure concessa, nec prætextu eorum electionis huiusmodi maiorem vel magis durabilem iurisdictionem, seu auctoritatem exercere. Nec non quod omnes & singuli Prælati dictæ Congregationis tam Abbates, quam Priores triennales, & de triennio in triennium



nium Monasteria ipsa vacarent, & ad illa Abbates & Priores eligerentur. In electionibus verò quorumcumque Superiorum dictæ Congregationis seruetur forma eatenus seruari solita, vel in Capitulo dictæ Congregationis tunc primo celebrando statuenda, & ordinanda, licet iuri conformis non esset. Nos tunc eorundem Abbatum, Priorum & Monachorù supplicationibus inclinati, statuta & ordinationes huiusmodi, & prout illa concernebant omnia & singula in litteris desuper cõfectis contenta, quoad Monasteria, Prioratus, & mēbra dictæ Cõgregationis, quæ auctoritate Apostolicâ legitimè, & seruata formâ litterarum desuper concessarum dictæ Cõgregationi eatenus applicata, & quorum Superiores eadem auctoritate iam triennales effectierant, ac sine iuris alieni in illis competentis præiudicio prædicta auctoritate, per alias nostras litteras confirmauimus, & approbauimus, ac perpetuò obseruari decreuimus: suppleuimusque omnes & singulos defectus, si qui forsitan interuenissent in eisde. Et deinde sicut exhibita nobis nuper pro parte Abbatum, Priorum, & Monachorum prædictorum petitio continebat, ipsi Abbates, Priores, & Monachi in generali Capitulo Congregationis huiusmodi proxime celebrato litteras nostras huiusmodi acceptantes, ac dubitantes ne super præmissis in futurum aliqua dubia, & differentie exoriri possent: de nostro, & dictæ Sedis beneplacito ad obuiandù dubijs, & differentijs huiusmodi, inter alia statuerunt, & ordinarunt, quòd statutis, & ordinationibus, ac confirmatione, approbatione, & decreto prædictis non obstantibus, quæ quatenus infra scriptis contraria esse quoquo modo videretur, dumtaxat, & non alias pro nullis, & prorsus infectis haberi deberet, etiam deinceps perpetuis futuris temporibus Abbas, & Conuētus Monasterij Sancti Benedicti huiusmodi totius Congregationis prædictæ Caput esset, & esse cõfiteretur: ipsiq; Abbas Monasterij S. Benedicti, sicut Superior Prælati, eiusque mandata & censure in quibusuis rebus, & negotijs, omnibus alijs Præla-

## LXXI. PRIVILEGIUM.

latis dictæ Congregationis, eorumq; mandatis, & censuris præferrentur: ac ei & eius mandatis huiusmodi sicuti à Superiori Prælo dictæ Cōgregationis emanatis, ab omnibus, & singulis dictæ Cōgregationis personis, tam in generali Cōgregatione, quàm in visitatione Monasteriorū, Prælatorū, & Monachorum Congregationis eiusdē sine aliqua cōtradictione parendum, & obediendū esset: possetq; ipse Abbas Monasterij S. Benedicti, etiā si causæ inter quascūq; personas dictæ Cōgregationis, corā quibusvis illius inferioribus Prælatibus cœptæ, & in quocumq; statu indecisæ essent, illas ad se aduocare, & sine debito decidere, & terminare. De causis tamen, quas inter dictorū Monasteriorū vassallos pro tēpore moueri contingeret, ipsorum Monasteriorū Superiores respectiue cognoscere deberent. Quodq; Visitatores generales, & suppletōres in Capitulo generali pro tēpore electi possent, & deberent S. Benedicti, ac omnia & singula alia Monasteria, & loca Cōgregationis huiusmodi tam in capitibus, quàm in mēbris, in spiritualibus & tēporalibus visitare, ac illorū Abbates, Priores, Monachos, & personas, iuxta suorū excessuū exigentiā corrigere, & punire, & in visitatione huiusmodi pari, & eadē plenaria potestate, quā dictus Abbas Monasterij S. Benedicti in Monasteriis, locis, & personis Cōgregationis huiusmodi habebat, uti, & eā habere: ita tamē, quod si priuatio Abbatis dicti Monasterij S. Benedicti, ex aliqua causa requireretur iuxta formā in eisdē litteris contentā fieri deberet.

Privationes verò aliorū Abbatum, & Priorum dictæ Cōgregationis eidē Abbati Monasterij S. Benedicti reseruarentur. Possentq; ipsi visitatores, & suppletōres ex rationabili causa Monasterij S. Benedicti, & quoscūq; alios Abbates, & Priores Cōgregationis huiusmodi ad tēpus, prout eis videretur suspēdere. Necnō, quod ne dum in electionibus quorūcumq; Superiorū Cōgregationis huiusmodi, verum etiam in earum confirmationibus prædicta forma eatenus seruari solita, vel in prædicto Capitulo

Capitula statuta, & ordinata, seu in posterum statuenda, & ordinanda, licet iuri conformis non esset, ut præfertur, seruari deberet, prout plenius in nostris prædictis continetur, ac super alijs præmissis confectis litteris respectiuè dicitur contineri. Quare pro parte Abbatum, Priorum, & Monachorum prædictorum nobis fuit humiliter supplicatum, ut posterioribus statutis, & ordinationibus huiusmodi pro eorum subsistentia firmiori robore Apostolicæ confirmationis adiicere, aliàsque in præmissis opportunè providere de benignitate Apostolicâ dignaremur. Nos igitur Abbates, Priores, & Monachos prædictos, ac eorum singulos à quibusuis excommunicationis, suspensionis, & interdicti aliisque Ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis à iure, vel ab homine, quauis occasione, vel causâ latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum presentium dumtaxat consequendum harum serie absoluentes, & absolutos fore censentes, huiusmodi supplicationibus inclinati, posteriora statuta, & ordinationes huiusmodi, ac prout illa cœcitant omnia, & singula in dictis posterioribus litteris cōtenta, si ne alicuius alterius præiudicio auctoritate prædicta approbamus, & confirmamus, ac presentis scripti patrocinio communimus, illaque perpetuis futuris temporibus obseruari mandamus: nec non omnes, & singulos defectus ( si qui forsitan interuenerint in eisdem ) supplementus. Et nihilominus pro potiori cautelâ illa omnia, & singula modo, & formâ præmissis de nouo, & quòd Diffinitores dictæ Congregationis, pro tempore existentes, pro salubri illius gubernatione, ac statu, & diuini cultus augmento, circa diuini officij ordinem, & directionem, ac in concernentibus ipsius Congregationis, illiusque Monasteriorum, locorum, membrorum, personarum, eorumque bonorum regimen, & administrationem in spiritualibus, & temporalibus, absque tamē Regulæ dicti Ordinis, vel eius effectus varietate, vel alteratione ordinis, & Congregationis

## LXXII. PRIVILEGIUM

gationis huiusmodi declarare, interpretari, mutare, corrigere, alterare, limitare, moderare, tollere, extêdere, ampliare, ac quæcumque alia honesta, & à iure nõ deviantia statuta, & ordinationes de nouo edere, & ordinare auctoritate Apostolicâ quotiens in Capitulo generali dictæ Congregationis, pro tempore celebrando, eis videretur in perpetuum iuxta temporum, & personarum, ac rerum qualitatem liberè, ac licitè possint, & in præmissis eandem, parem, & omnimodam facultatem in omnibus etiam sine alicuius alterius præiudicio habeant, quã Diffinitores Congregationis Sanctæ Iustinae Ordinis eiusdem Sancti Benedicti, pro tempore electi in suis Capitulis generalibus semper habere dignoscuntur, eisdem auctoritate, & tenore perpetuò statuimus, & ordinamus. Non obstantibus præmissis, ac constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, nec nõ statutis, & consuetudinibus dicti Ordinis, confirmatione Apostolicâ, vel quavis firmitate alia roboratis, ac omnibus illis, quæ in dictis litteris nostris volumus non obstare, ceterisq; contrariis quibuscumq; Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ absolutionis, approbationis, confirmationis, communitationis, mandati, suppletionis, statuti, & ordinationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursum. Datis Romæ apud Sanctum Petrum. Anno Incarnationis Dominicæ, Millesimo, Quingentesimo primo Nonis Martij. Pontificatus nostri Anno nono.

## LXXII. PRIVILEGIUM

Iulij Papæ II. concessum Episcopo Abulen. & Abbatibus Sancti Benedicti Vallisoletani, ac Beatæ Mariæ de Montserrat. Anno Dominicæ  
Incarnationis 1504.

S V M M A :

## SUMMARIVM PRIVILEGII.

*Reformationem Monasteriorum quamplurium tam virorum, quàm mulierum Ordinum diuersorum, quæ Reges Hispania fundauerant, vel quæ in eorum Regnis existebant, quam commiserat Alexander VI. quibusdam Episcopis, eorum loco eam cõmittit Episcopo Abulensi, & Abbatibus Sancti Benedicti Vallisole-tani, & Beatae Mariæ de Monteferrato.*

**I**VLIVS Episcopus seruorù Dei. Venerabili fratri Episcopo Abulensi, & dilectis filiis Sãcti Benedicti opidi de Valle lecti, ac Beatae Mariæ de Monteferrato Palentiñ. & Viceñ. Dioces. Monasteriorum Abbatibus, Salutem, & Apostolicam Benedictionem. Pastoralis cura requirit, vt circa statum Ecclesiarù, & Monasteriorù omniù, ac personarù in eis sub suaui religionis iugo Altissimo famulantiu præserim, quæ reformationis ministerio indigere noscùtur, sollicitis studiis intédamus, & reformationis huiusmodi curam personis illis committamus, quæ sciant, velint, & valeant auctore Domino huiusmodi commissa fideliter, & diligenter exequi, & laudabiliter adimplere. Dudum siquidem ad audientiam felicitis recordationis Alexandri Papæ VI. prædecessoris nostri nonnullorù fide dignorum relatione deducto, quod in quampluribus Castelle, Legionis, & Aragonum, ac aliorum Regnorum, & Dominiorum Hispaniarum, tam virorum, quàm mulierum Ordinum diuersorum, quæ Regnorum ipsorum Reges, qui pro tempore fuerant de propriis eorum bonis ad laudem diuini nominis fundauerant, ac dotauerant, & aliis Monasteriis, domibus, & Religiosis locis in Regnis, & Dominis prædictis existentibus regularis obseruantia in eis ab initio instituta, à certo tem-

T pore

## LXXII. PRIVILEGIUM.

pore citra te puerat, & indies magis exolebat, ac personæ in eis degentes pudicitia, vt dicebatur laxatis habenis, Deiq; timore postposito in mūdānis illecebris lasciuarūq; blāditiis prolapsi fuerant, in animarū suarum periculū, perniciosum exēplum, & scandalū plurimorū, ad eō vt correctione, ac reformatione non modicā indigerēt, præfatus prædecessor ad requisitiōnē carissimī in Christo filij nostri Ferdinandi Regis, & claræ memoriæ Elisabethæ Reginae, tunc in humanis agētis Regnorū prædictorū Illustrium super hoc sibi tunc humiliter supplicantū venerabilibus fratribus nostris Archiepiscopo Messanen. & Caurien. ac Cathanien. Episcopis suis dedit litteris in commissis, & mādatis, quatenus ipsi, vel duo, aut vnuseorū assumptis secū locorū Ordinariis, seu eorū Vicariis in spūalib<sup>9</sup> generalib<sup>9</sup>, ac aliquibus religios, & probis viris, de quib<sup>9</sup> eisdē Episcopis, & Ordinariis videretur, per seipso scū Ordinariis, seu Vicariis, & personis præfatis ad omnia, & singula Monasteria, domos, ac religiosa loca prædicta personaliter accedētes, & solū Deū præ oculis habētes, illa, & eorū singula tam in capitibus, quàm in membris in spiritualibus, & tēporalibus quotiens eis videretur fore opportunū Apostolicā auctoritate visiterēt, ac omnia, & singula, quæ in eis reformationis, vel correctionis ministerio noscerētur indigere, prout eis secūdū Deū, & Canonicas Sāctiones, ac Ordinū eorū dē regularia instituta expedire videretur, dictā auctoritate reformarēt, corrigerent, & emēdarent; & vt ipsi ad præmissa exequēda efficacius intenderēt præfatus prædecessor eis, & eorum cuilibet personis per eos visitādis, sub excomunicacionis, suspēisionis, ac dignitatū administrationum, & officiorū, quæ personæ ipsæ obtinerēt, & exercerēt priuationis poenis præcipiendi, & mandādi, ac eos, & eas corrigendi, reformādi, ac iuxta criminū, & excessuum qualitate, & exigētiā puniēdi, & si opus esset priuādi, ac alios religiosos, & religiosas aliorū Monasteriorum, siue domorū pro reformatione huiusmodi faciēdā, si necesse foret, de licētiā tamen suorū Superiorū euocādi, & ad

Mona-

Monasteria, siue domos, quas, & quæ reformarēt, vt præfertur  
 trãfferendi, & in illis ponendi, & collocãdi, omniaq; alia, & sin-  
 gula in præmissis, & circa ea necessaria, seu quomodolibet op-  
 portuna, ad honorẽ Dei faciẽdi, gerendi, & exequendi, nec non  
 cõtradictores quoslibet, & rebelles per censurã Ecclesiasticã, &  
 alia iuris opportuna remedia appellatione postpositã cõpescẽ-  
 di, dictã auctoritate plenã, & liberam concessit facultatẽ, prout  
 in dictis litteris plenius cõtinetur. Cũ autem sicut exhibita no-  
 bis nuper pro parte Ferdinãdi Regis prædicti petitio contine-  
 bat: Archiepiscopis Messanẽ. à dictis Regnis sit absens, &  
 agat in remotis, & Cauriẽ. ac Cathaniẽ. Episcopi, & alij Or-  
 dinarij per eos in reformatione huiusmodi assumẽdi prædicti  
 alijs præpediti negotiis, in præmissis dum, & quotiẽs fuerit op-  
 portunũ cõmodẽ interesse nõ possunt, vnde fit, vt reformatio-  
 nes, & visitationes ipsæ sæpẽ differantur, in animarũ periculũ,  
 ac Monasteriorum, domorũ, & religiosorum locorum prædi-  
 ctorum detrimentũ, expediatq; propterea alios visitatores, &  
 reformatores, qui huic negotio absq; Ordinariorũ huiusmodi  
 expectatione intendant deputare: pro parte Regis præfati nõ-  
 bis fuit humiliter supplicatum, vt in præmissis opportunẽ pro-  
 uidere de benignitate Apostolicã dignaremur. Nos igitur pijs,  
 & Catholicis Regis prædicti votis huiusmodi fauorabiliter an-  
 nuẽtes, vosq;, & vestrũ quemlibet in locum Archiepiscopi, &  
 Episcoporum prædictorũ in visitationis, ac reformationis hu-  
 iusmodi ministerio substituẽtes, & surrogantes discretioni ve-  
 stre per Apostolica scripta cõmitimus, & mãdamus, quatenus  
 vos, vel duo, aut vnus vestrũ ad omnia, & singula Monasteria,  
 domos, & religiosa loca prædicta personaliter accedẽtes, & so-  
 lũ Deũ, ac salutẽ animarũ præ oculis habentes, assumptis vobis-  
 cum Ordinariis, seu eorum Vicariis præfatis, ac aliquibus reli-  
 giosis, & probis viris de quibus vobis, & eisdem Ordinariis, vt  
 præmissum est videbitur, vel etiam, sine illis respectiuẽ, quate-  
 nus Ordinarij, seu Vicarij prædicti à vobis super hoc legitime

## LXXIII. PRIVILEGIUM.

requisiti huiusmodi visitationi, & reformationi interesse, aut dictos religiosos, & probos viros nominare, seu ipsi sic nominati visitationi, & reformationi prædictis intendere noluerint, vel nequiverint, cum aliquibus aliis religiosis, & probis viris, quos vos ipsi duxeritis, vel aliquis vestrum duxerit eligendos Monasteria, domos, ac religiosa loca huiusmodi, & eorum singula tam in capitibus, quam in membris, ac spiritualibus, & temporalibus, per vos met ipsos, quotiens vobis videbitur opportunum, auctoritate nostra visiteris, & reformetis, ac omnia, & singula alia in dictis litteris contenta, & circa ea necessaria, & opportuna faciatis, & exequamini in omnibus, & per omnia perinde, ac si dictæ litteræ vobis directæ fuissent. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac omnibus illis, quæ idem prædecessor in suis litteris prædictis voluit non ob stare, ceterisque contrariis quibuscumque. Verum, quia difficile foret præsentis litteras ad singula quæque loca, in quibus expediens fuerit deferri volumus, & Apostolicam auctoritate decernimus, quod illarum transumptis manu publici Notarii inde rogati subscriptis, & sigillo vestro, vel alicuius personæ in Ecclesiasticâ dignitate constitutæ munitis, ea prorsus fides in iudicio, & extra, ac aliàs vbilibet adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur, si essent exhibitæ, vel ostensæ. Datis Romæ apud Sanctum Petrum. Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo, Quingentesimo Quarto. Sexto Idus Febr. Põtificatus nostri Anno secundo.

## LXXIII. PRIVILEGIUM

Julij Papæ II. concessum Congregationi S. Benedicti Vallisoletani. Anno Dñicæ Incarnationis 1504.

### SVM MARIVM PRIVILEGII.

*Extinctio Ordinis Cluniacensis in Prioratu S. Vincentij Salmanticensis, ad instantiam Regum Catholicorum, & totius Congregationis.*

Institui-



2. Instituitur in eo obseruantia regularis Sancti Benedicti Vallisoletani, & aliorum Monasteriorum Congregationis.
3. Prior Sancti Vincentij sit subiectus Abbati Sancti Benedicti, qui in eo Monasterio eam superioritatem habeat, quam in aliis Monasteriis Congregationis.
4. Prior Sancti Vincentij sit triennialis, & eius electio, & confirmatio fiat, sicut ceterorum Monasteriorum.
5. Erigitur Collegium Monachorum in dicto Prioratu, qui ad minus viginti sint, ad quorum sustentationem, & Collegij edificationem Congregatio teneatur contribuere singulis annis ducentos ducatos auri de Camera, donec Abbas Generalis, & Congregatio provideant dicto Collegio de redditibus annuis, usque ad summam quingentorum ducatorum similium, & tunc pro portione obligatio ducentorum ducatorum diminuat.
6. Abbas Sancti Benedicti, & Diffinitores in Capitulo generali eligant Monachos, qui debent in ipso Collegio studio vacare, & ad eorum nutum amoueat, ac ordinem, quem dicti Monachi debeant obseruare tam in diuinis officiis celebrandis, quam in lectionibus audiendis.
7. Monachi Sancti Vincentij Abbati Sancti Benedicti, & non alij subiecti existant.
8. Prior, & Monachi dicti Collegij, omnibus & singulis gratis, fauoribus, priuilegiis, prerogatiuis, &c. Apostolica,

## LXXIII. PRIVILEGIUM.

*Stolica, Regiâ, vel alia auctoritate concessis in genere, quibus alij Religiosi in Salmantini. vel aliis locis, ubi studiû sit generale, seu Collegiis, & alia qualibet ipsorum Collegia utuntur, potuntur, & gaudent, ac uti, potiri, & gaudere poterunt uti potiri, & gaudere possint libere.*

**I**VLIVS Episcopus servus servorum Dei ad perpetuam rei memoriam. Copiosus in misericordiâ Dominus, & in cunctis suis gloriosis operibus, à quo omnia dona profluunt ad hoc nobis, licet immeritis, sua sponsa vniuersalis Ecclesiæ regimen committere, nostraq; debilitati iugum Apostolicæ seruitutis imponere voluit, ut tanquam de Summo vertice montis ad infima reflectentes intuitum, quod pro huiusmodi illustranda Ecclesia ad fidei propagationem cõferat Orthodoxæ, quodq; statui quorumlibet fidelium conueniat prospiciamus attentius, & qualiter à fidelibus ipsi profugatis ignoratiæ tenebris illi perdonum sapientiæ in via mandatorum, ac domo Domini conuersari debeant solertiùs attendentes, eos ad acquirendum litterarum studia, per quæ militantis Ecclesiæ respublica geritur diuini nominis, ac eius fidei cultus protèditur, omnisq; prosperitatis humanæ conditio augetur nostræ sollicitudinis ope, Apostolicisq; fauoribus propensius excitemus. Sanè pro parte carissimi in Christo filij nostri Ferdinandi Regis, & carissimæ in Christo filiæ nostræ Elisabet Reginæ Hispaniarum, & Siciliæ Catholicorum Illustrium, ac dilectorum filiorum vniuersæ Congregationis Monachorum Ordinis S. Benedicti Valli soleti nuncupatæ, Palenti. Diocesi. sub regulari obseruantia, & perpetuâ clausurâ viuentium nobis nuper exhibita petitio cõtinebat: Quod ipsi attentè prospicientes, quãta per litterarum præsertim sacrarum studia Christianæ fidei cõmoda, quantumq; per eruditos in illis, maxime sub regulari obseruantia Altissimo deuotè famulantes, Ecclesiæ vniuersali, ac Christi fidelium animarum

marum salutem in prædicationibus verbi Dei, confessionum au-  
 dientiam, ac alijs diuinis actionibus, nec non religionis propaga-  
 tioni, & Monachorum præfatorum vtilitati consulitur, cupiunt  
 magnoperè Rex, Regina, & Congregatio præfati in Prioratu  
 Sancti Vincentij Salmanticeñ. Ordinis Cluniaceñ. qui à Mo-  
 nasterio Sancti Petri Cluniaceñ. Matisconeñ. Dioces. dependen-  
 det suppresso inibi eodem ordine Cluniaceñ. laudabiles ritus,  
 & mores, ac regularia instituta in Sancti Benedicti Vallisoleti,  
 & Montiferrati, ac Sancti Facundi de Sancto Facundo dicti Or-  
 dinis Sancti Benedicti prædictæ Palentiñ. ac Viceñ. Dioces. ac  
 alijs Monasterijs dicti Ordinis, illarum partium de Congrega-  
 tione eiusdem Monasterij Sancti Benedicti existentibus vige-  
 tiã obseruari, & vigere, ac in dicto Prioratu vnum Collegium,  
 in quo ad minus viginti Monachi dictæ Congregationis lite-  
 rarum studio, cum in ciuitate Salmanticeñ. illud vigeat gene-  
 rale, operam dantes continuè degant, erigi, & institui, nec non  
 locum dicti Prioratus Sancti Vincentij, qui valde dirutus, ac  
 destructus existit, reedificari, & ampliari taliter, quod inibi di-  
 cti viginti Monachi conuenienter possint inhabitare, & pro-  
 huiusmodi ædificijs, & ad sustentationem eorundem Mona-  
 chorum, quoniam fructus, redditus, & prouentus dicti Priora-  
 tus adeo pingues non existunt, quod ad prædicta opera suppor-  
 tanda sufficere possint de prouentibus Monasteriorum di-  
 ctæ Congregationis singulis annis manualiter, & actualiter  
 ducenti ducati auri de Camera dari, & solui quousque Ab-  
 bas dicti Monasterij Sancti Benedicti, ac vniuersa Congre-  
 gatio præfati prouiderint, seu prouideri fecerint dicto lo-  
 co in annis fructibus, redditibus, & prouentibus vsque ad  
 summam quingentorum ducatorum similitum, ita tamen,  
 quod pro portione dictorum reddituum, & prouentuum obli-  
 gatio dictorum ducentorum ducatorum diminaatur, quare  
 pro parte Regis & Regine ac vniuersæ Cōgregationis prædi-  
 etorum nobis fuit humiliter supplicatum vt in dicto Prioratu

Sancti Vincentij Ordinem Cluniacensium suppressere, ac quod in perpetuis futuris temporibus laudabiles ritus, & mores, ac regularia instituta, in Sancti Benedicti Vallisoletani, & Montiserrati, ac Sancti Facundi de Sancto Facundo, & aliis Monasteriis Congregationis huiusmodi vigentia observari, & vigere debeant, & in eodem Prioratu vnum Collegium, in quo ad minus dicti viginti Monachi Congregationis predictae litterarum studio, cum in civitate Salmantini. illud vigeat generale, operam dantes continuo degant, erigere, & instituire, aliamque in praemis opportuno providere de benignitate Apostolica dignemur. Nos igitur, qui piis & honestis votis fidelium quorumlibet, praesertim Catholicorum Principum complacere cupimus, piis & laudabile Regis, & Reginae, ac Congregationis praedictorum propositum plurimum in Domino commendantes Abbatem, & Congregationem huiusmodi, ac eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliusque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a iure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutos fore censentes, huiusmodi supplicationibus inclinati, praefatum Ordinem Cluniacensem in eodem Prioratu Sancti Vincentij, auctoritate Apostolica perpetuo suppressimus penitus, & extinguimus, ita quod quamprimum dictus Prioratus, percensus, vel decessum, seu quavis aliam dimissionem illum in titulum, vel commendam obtinentis, etiam apud Sedem Apostolicam, vacare contigerit de cetero perpetuis futuris temporibus laudabiles ritus, & mores, ac regularia instituta, quae in Sancti Benedicti, & Montiserrati, ac Sancti Facundi de Sancto Facundo, necnon aliis Monasteriis Congregationis huiusmodi vigent, & observantur in eo vigere, & observari debeant, ac quod dictus Prioratus, & illius pro tempore Prior, & Conventus, necnon omnes & singuli Monachi, & personae eiusdem Abbati dicti Monasterij Sancti Benedicti pro tempore existenti, ad instar

3 Montiserrati, & Sancti Facundi, & aliorum Monasteriorum dictæ Congregationis, & non alij subiecti existant, ipsæq; Abbas Sancti Benedicti in eodem Prioratu, & in illius pro tempore Priore, & Conuentu, ac Monachis, & personis præfatis eisdem, & prorsus paribus, quibus in Montiserrati, & Sancti Facundi, ac aliis Monasteriis Congregationis huiusmodi fungitur, & fungi potest Superioritate, auctoritate, potestate, & præeminetia fungatur, & fungi possit, & debeat: Quodq; quamprimum cedente, vel decedente moderno dicti Prioratus, aut illo aliâs quomodolibet dimittente, aut eo aliâs quouis modo vacante, etiam apud Sedem Prædictam ex tunc Prioratum ipsam per Priorem triennale, videlicet per ipsam Abbatem dicti Monasterij S. Benedicti pro primo triennio deputandû, & deinde primo triennio huiusmodi elapso, per Conuentum dicti Prioratus Sancti Vincentij, vel maiorem, & sanio rem partem eorundem singulis triennis eligendum, & per Abbatem dicti Monasterij Sancti Benedicti iuxta morem in Montiserrati, & Sancti Facundi, ac aliis Monasteriis dictæ Congregationis, & iuxta ipsius Congregationis statuta huiusmodi in confirmationibus electionum, in eis pro tempore factarum seruari solitum in eo confirmandum regatur, & gubernetur, eadem auctoritate statuimus, & ordinamus. Et in eo vnum Collegium Monachorû præfate Congregationis, in quo ad minus dicti viginti Monachilitterarum studio insistant, eadem auctoritate, sine iuris alieni præiudicio erigimus, & instituimus: ita tamen, quod Abbas Sancti Benedicti, & Congregatio huiusmodi locum dicti Prioratus, qui vt præfertur valde dirutus, ac destructus existit, reedificate, & ampliare taliter, quod inibi ad minus dicti viginti Monachi conuenienter possint inhabitare, & pro huiusmodi ædificiis, & ad sustentationem eorundem Monachorû, quoniam fructus, redditus, & prouentus dicti Prioratus adeo pingues non existunt, quod ad prædicta onera supportanda sufficere possint de prouentibus Monasteriorum dictæ Con-

gregationis singulis annis manualiter, & actualiter ducentos ducatos similes dare, & soluere debeant, donec, & quousq; dictus Abbas Sancti Benedicti, & Congregatio huiusmodi prouiderint, vel prouideri fecerint dicto loco in annuis fructibus redditibus, & prouentibus, vsque ad dictam summam dictorum quingentorum ducatorum similiu, quo casu pro portione dictorum reddituum, fructuum, & prouentuum dictorum ducatorum ducatorum, obligatio diminuatur: Ac Abbati dicti Monasterij S. Benedicti, & Diffinitoribus in Capitulo generali dictæ Congregationis pro tempore eligendis ipsos Monachos, qui in ipso Collegio studio præfato vacent deputandi, & ad eorum nutum amouendi, statutaq; & ordinationes secundum, quæ Religiosi in dicto Collegio viuere, & obseruare in diuinis officiis celebrandis, & lectionibus in Scholis audiendis, & aliis expediendis teneantur condendi, & faciendi facultatem concedimus: Et vt Monachi, & personæ in dicto Collegio pro tempore degentes Abbati dicti Monasterij S. Benedicti, & nõ alij subiecti existant, eadem auctoritate statuimus, & ordinamus. Nos enim Priori, & Monachis in dicto Collegio pro tempore existentibus, vt omnibus, & singulis gratiis, fauoribus, priuilegijs, prærogatiuis, immunitatibus, exemptionibus, & indultis, Apostolicâ, vel alia, etiam Regia auctoritate in genere tantum concessis, & quibus alij Religiosi in dicta Salmantiâ, vel alijs locis, in quibus studium generale viget, seu Collegijs, & alia quælibet ipsorum Collegia vtuntur, potiuntur, & gaudent, ac uti, potiri, & gaudere poterunt, quo modolibet in futurum uti, potiri, & gaudere liberè, & licitè valeat eisdem auctoritate, & tenore cõcedimus, & indulgemus. Non obstantibus cõstitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, statutis quoq; & cõsuetudinibus Congregationis, Monasteriorum, & Ordinum, & studiorum prædictorum iuramento, cõfirmatione Apostolicâ, vel quauis firmitate alia roboratis, priuilegijs quoq; & indultis eisdem concessis, nec nõ voto perpetuæ inclusionis per Monachos dictæ Congregationis

gationis emitti solito, quibus etiã si pro illorũ sufficienti derogatione, de illis, eorumq; totistenoribus specialis, specifica, expressa, & indiuidua, ac de verbo ad verbũ, non autẽ per generales clausulas id importãtes metio, seu quãuis alia expressio habenda foret, eorum tenores præsentibus pro expressis habentes, hac vice dũtaxat, illis aliã in suo robore per mansuris, specialiter, & expressẽ derogamus, ac vota huiusmodi relaxamus, ceterisq; contrariis quibuscumq;. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrã absolutionis, supressionis, extinctionis, statuti, ordinationis, erectionis, institutionis, concessionis, indulti, derogationis, ac relaxationis, infringere, vel ei ausu temerario cõtraire. Si quis autẽ hoc attentare præsumperit indignationẽ Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursum. Datis Romæ apud Sanctum Petrum. Anno Incarnationis Dominicę Millesimo, Quingentesimo Quarto. Decimo septimo Kalendas Iulij, Pontificatus nostri Anno primo.

## SEPTUAGESIMVM QVARTVM.

Indultum Iulij Papæ II. cõcessum Cõgregationi Sancti Benedicti Vallisoletani. Anno Dominicę Incarnationis 1504.

## SUMMARIVM INDULTI.

1. *Monachi Sancti Benedicti Vallisoletani possint confessiones audire, & à casibus omnibus absoluerè, etiã Episcopo reseruatis.*
2. *Possint in votis dispõsare, etiam Episcopo reseruatis, & ea commutare.*
3. *Hęc omnia extenduntur ad Monasteria totius Cõgregationis.*
4. *Possint*

4 *Posint dispensare cum illis, qui post matrimonium consummatum, vel viri consanguineas uxorum suarum cognouerunt, vel uxores à consanguineis virorum suorum cognita sunt, & cum eis, & eorum quolibet, ut non obstante affinitate superueniente debitum conjugale reddere, & exigere valeant dispensare.*

**L**UDOVICVS Miseratione Diuinâ, tituli Sancti Marcelli, presbyter Cardinalis religiosus viris, vniuersis, & singulis Abbatibus, Prioribus, Præsidentibus, & Monachis Monasteriorum Sancti Benedicti, Congregationis Sancti Benedicti Vallisoleti, Palentineñ. Diocesi. Salutem in Domino. Oblata nobis nuper pro parte vestra petitionis series continebat: quod ex quo ad Ecclesiam Monasterij Sancti Benedicti, Ordinis eiusdem Sancti, dictæ Diocesi. tunc Rex Castellæ, & Legionis specialem gerebat deuotionis affectum, ac nonnulli nobiles, & alij tam de illis, quàm alijs partibus ad dictam Ecclesiam deuotionis causâ confluerebant, prout confluunt de præsentibus, & tam propter illius Monachorum laudabilem, & approbatam vitam, obseruantiam, & clausuram, quàm certas alias causas desiderant eis sua peccata confiteri, & ab ipsis spiritualiter consolari, Priori, & Conuentui dicti Monasterij, vt ipse Prior, siue dicti Monasterij Præsidentis, pro tempore existens, & tres, vel quatuor ipsius Monasterij per dictum Priorem, siue Præsidentem ad hoc pro tempore deputandos, & ad nutum reuocandos vtriusq; sexus Christi fidelium, ad dictum Monasterium, seu ipsius Ecclesiam pro tempore quacumque causâ conuentium, seu in illis commorantium, & existentium, cuiuscumq; gradus existerent confessiones diligenter audire, ac ipsos à quibusuis peccatis, criminibus, excelsibus, enormitatibus, & delictis suis in omnibus, & singulis casibus, etiam Episcopo referuatis, absoluerent, ac ab omnibus, & singulis sententijs, censuris, & poenis



& poenis fulminationibus excommunicationum, suspensionum, & interdicti à iure vel ab homine prolatis, contractis, in genere tantum, satisfactione, vel mandato de satisfaciendo præmissis etiã absolueret, ac eos habilitare in prædictis casibus, poenitentiaque eis salutare iniungere, Eucharistiæ Sacramenta conferre, ac cum eis, & eorum quolibet dispensare super votis, etiã Episcopo reservatis, & ea commutare perpetuo Apostolicâ auctoritate indultum existit. Quæ omnia postmodum ad quæcumque dictæ Congregationis Monasteria tam reformata, quam in reformanda eadem auctoritate extensa fuerunt. Cum autem sic eadem vestra petitiõ subiungebat præmissa hæcenus à concessione, & extensione huiusmodi citra in Sancti Benedicti prædicti, & alijs dictæ Congregationis Monasterijs forsitan visitata, & obseruata fuerunt, tamen cum contingat aliquos ex nobilibus, & alijs prædictis, ex quo ipsi & eorum aliqui in coniugio, & matrimonio existentes, post consummatum matrimonium viri consanguineas vxorum suarum cognouerunt, vel vxores à consanguineis virorum suorum etiam carnaliter cognosci permiserunt, pro remedio opportuno ad vos recusum habere, & cum credatis, iuxta illa verba in priori concessione apposita, videlicet, ac eos habilitare in prædictis casibus, dictis sic coniugatis, & huiusmodi excessus committentibus de remedio opportuno prouidere, ac eis vt nõ obstate affinitate, quæ supra uenit, debitum conjugale exigere, & reddere possint, & valeat, & cum ipsis dispensare licentiam concedere posse: tamen propter huiusmodi verborum obscuritatem, ab aliquibus plus sapere, quàm oporteat satagentibus asseritur, vigore tam illorũ verborum, quàm totius concessionis prædictæ vos in casu prædicto intromittere non posse, ad quorum dubietatis materiam tollendam, & vt eis occasio detur alibi de sapientiã suã experiedi, supplicari fecistis humiliter nobis super ijs per Sedis Apostolicæ clementiam de opportuno remedio misericorditer prouideri. Nos igitur auctoritate Domini nostri Papæ cuius Poenitentiarie

nitentiariæ curam gerimus, & de eius speciali, & expresso mandato super hoc viuæ vocis oraculo nobis facto, vt tam vigore concessionis Apostolicæ prædictæ, quàm verborum huiusmodi in illâ appositorum, vos, & pro tempore existentes dictorum Monasteriorum Abbates, Priores, Præsidentes, & Monachi prædicti coniugatos huiusmodi, qui post contractum matrimonium consanguineas, vxorum suarum cognouerunt, vel vxores, quæ à consanguineis virorum suorum se carnaliter cognosci permiserunt, à talibus excessibus absoluerent, & eis pœnitentiam salutarem iniungere, nec non cum eis, & eorum quolibet, vt non obstante affinitate superueniente debitum coniugale reddere, & exigere valeant, dispensare liberè, & licitè possitis, & valeatis, ac possint, & valeant perpetuò declaramus in contrariū facientibus non obstantibus quibuscumq;. Datū Romæ apud Sæctum Petrū sub sigillo officij Pœnitentiariæ. Quarto Kalendas Augusti. Põtificatus Domini Iulij Papæ II. Anno primo.

## SEPTVAGESIMVM QVINTVM,

Indultum Iulij Papæ II. viuæ vocis oraculo, concessum Abbati Sancti Benedicti Vallisole-

tani. Anno Incarnationis Domi-

nice 1505.

## SVMMARIVM INDVLTII.

*Abbas Sancti Benedicti benedicere potest Pallas, Vestes, Paramenta, & alia ornamenta Ecclesiastica in suo Monasterio, & aliis, atque etiam in Prioratibus, Grangiis, & Beneficiis illi perpetuò unitis, seu alias ab eo dependentibus.*

FRANCISCVS miseratione diuinâ Sanctæ Sabinae  
 Diaconus Cardinalis Elneñ. vulgariter nūcupatus, Patriar-  
 cha Constantinopolitanus. Vniuersis & singulis præsentēs lit-  
 teras inspecturis fidem facimus, & attestamur per præsentēs,  
 quòd Sanctissimus in Christo Pater & Dominus Noster Do-  
 minus Iulius diuinâ prouidentia Papa Secundus. Volens Abba-  
 tem nunc, & pro tempore existentem insignis Monasterij  
 Sancti Benedicti de Valleoleti Ordinis eiusdem Sancti, Palen-  
 tiñ. Dioces. quod caput est omnium Monasteriorum totius  
 Congregationis præfati Sancti Benedicti Vallisoletani, fauore  
 prosequi gratioso, eidem Abbati, qui nunc est, & pro tempo-  
 re perpetuis futuris temporibus erit, vt ipse Pallas, Vestes, Para-  
 menta, & quæcumque alia ornamenta presbyteralia, & Eccle-  
 siastica, quæ benedici consueuerunt, in prædicto, & quibusuis  
 alijs Monasterijs, Prioratibus, Grangijs, & Beneficijs illi perpe-  
 tuò vnitis, seu alijs ab eo dependentibus solemniter & iuxta  
 formam Sanctæ Romanæ Ecclesiæ fieri solitam benedicere,  
 liberè & licitè valeat, viua vocis oraculo suæ Sanctitatis, f-  
 per hoc nobis facto gratiosè concessit, & indulgit, ac voluit  
 quod huiusmodi indulto per oraculum suæ viua vocis huius-  
 modi dumtaxat concessio, ea prorsus fides adhibeatur, & illi fir-  
 miter stetur in omnibus, & per omnia, perinde, ac si litteræ A-  
 postolicæ in formâ consuetâ de super expeditæ fuissent. In cuius  
 rei fidem, & testimonium præsentēs litteras manu nostra  
 subscriptas, nostrique consueti sigilli appensione munitas, &  
 per nostrum infra scriptum secretarium referendatas fieri iusi-  
 mus. Datis Romæ in ædibus nostræ solite residentie sub anno  
 à Natiuitate Domini Millesimo, Quingentesimo, Quinto. Die  
 Nona mensis Februarij, Pontificatus eiusdem Sanctissimi Do-  
 mini Nostri Papæ anno secundo, F. Cardinalis Elneñ. ma-  
 nu propria.

LXXVI. PRIVILEGIUM.

Iulij

LXXVI. PRIVILEGIUM.

Iulij Papæ II. concessum in fauorem Collegij Sancti  
Vincentij Salmanticensis, Anno Dominicæ  
Incarnationis 1505.

SUMMARIVM PRIVILEGII.

Concedit Collegio Sancti Vincentij summam quingen-  
torum ducatorum auri de Camera perpetuò consignan-  
dam, & appropriandam à Generali, & Diffinitori-  
bus, quam contribuunt & solvere debeant Monasteria  
reformanda Congregationis, assignatâ unicuiq; portio-  
ne, iuxta eorundem Monasteriorum substantias & fa-  
cultates.

¶ Dilecto filio Abbati Monasterij Sancti Benedicti  
opidi Vallisoleti, Ordinis eiusdem Sancti, Congre-  
gationis Vallisoleti nuncupata, Palentini Diocesis,  
pro tempore existenti.

IULIUS Papa Secundus. Dilecte fili Salutem & Apostoli-  
cam Benedictione. Dudù nos prouidè considerantes quan-  
tum per sacrarum litterarù studia, & per eruditos per illos præ-  
sertim sub regulari obseruatiâ, & perpetuâ clausurâ Altius imo-  
deuotè famulantes commodis Christianæ Religionis vniuer-  
sali Ecclesiæ, ac Christi fidelium animarum salutem in prædica-  
tionibus verbi Dei, & in confessionibus audiendis, alijsque di-  
uinis actionibus, ac ipsius Religionis, & tuæ Congregationis  
propagationi consulatur, ad supplicationem carissimi in Chri-  
sto

sto

No filij nostri Ferdinandi Regis, & claræ memoriæ Elisabeth, Reginæ tunc in humanis agentis Hispaniarum, ac Sicilia Catholicorum, necnon vniuersæ Congregationis Monachorum Ordinis Sancti Benedicti opidi Vallisoleti nuncupatæ, Palentiñ. Diocesi. sub regulari obseruantia, & perpetuâ clausurâ viuentium, in Prioratu Sancti Vicentij Salmantiñ tunc Cluniacens. Ordinis dictum Ordinem supprimeñ. ac illum Congregationi prædictæ Vallisoleti perpetuò aggregañ. & incorporañ. vnum Collegium Monachorù præfata Congregationis, in quo ad minus viginti Monachi ipsius Congregationis litterarù studio insisterent **ereximus**, & perpetuò instituiimus, ac etiam, quod tu, & Congregatio tua prædicta locum dicti Prioratus Sancti Vicentij, qui valde dirutus erat, ita reedificare, & ampliare deberetis, quod inibi ad minus dicti viginti Monachi communiter inhabitare possent, & pro huiusmodi ædificiis, ac sustentatione, & manutentione dictorum Monachorum, & aliarum personarum, quoniam fructus redditus, & proventus dicti Prioratus Sancti Vicentij non sufficiebant de proventibus aliorum Monasteriorum, & domorum Congregationis ducenti ducati auri in auro de Camerâ singulis annis persolui, & dari deberent, quousque tu Abbas Sancti Benedicti, & Congregatio tua prædictæ prouideretis, vel prouideri faceretis eidem loco in annuis fructibus, redditibus, & prouentibus, vsque ad summam **Quingentorum** ducatorum auri de Camerâ similium statuimus, & perpetuò ordinauimus, prout in nostris tunc desuper editis litteris, plenius cõtinetur. Cum autem sicut nobis nuper exponi fecistis tu Abbas, & Congregatio tua prædicta tam laudabile, & sanctum opus ad finem debitù perducere, vosq; ab huiusmodi debito exoluere, & liberare summoperè cupiatis: Nos vestrum pium, & laudabile desiderium in hac parte plurimum in Domino commendantes, vestrisq; in hac parte supplicationibus inclinati tibi moderno, & pro tempore existenti dicti Monasterij S. Benedicti Abbati, ac Definitoribus,

LXXVI. PRIVILEGIUM.

toribus, in Capitulo generali eiusdem Congregationis, etiam pro tempore eligendis solutionem dictorum ducatorum ducatorum per singula Monasteria Congregationis prædictæ, iuxta uniuscuiusq; Monasterij substantias, & facultates distribuendi, necnô de Prioratibus, Grangiis, siue Beneficiis manualibus, vel ad collationem, seu præsentationem, aut aliàs eorundem Monasteriorum reformatorum, & etiam pro tempore reformandorum, quomodolibet respectiue pertinentibus, aliisque præfatorum Monasteriorum bonis fructibus, redditibus, & prouentibus eidem Collegio, ac Prioratui Sancti Vincentij prædicti dictam summam quingentorum ducatorum auri de Camerâ perpetuò consignandi, & appropriandi, portionemq; quam quodlibet dictorum Monasteriorum reformatorum, & pro tempore reformandorum, ad hoc contribuere, & soluere debeat, iuxta eorundem Monasteriorum substantias, & facultates, vt præfertur pro vestro libero arbitrio taxandi, ac ea, quæ circa prædicta, & alia necessaria, & opportuna perpetuò statueritis, & ordinaueritis per censuram Ecclesiasticam, si opus fuerit obseruari faciendi, Apostolicâ auctoritate, tenore præsentium licentiam, & facultatem concedimus, & elargimur. Et nihilominus pro potiori cautelâ venerabilibus fratribus Burgeñ. Palentiñ. & Zamoreñ. Episcopis committimus, & mandamus, vt ipsi, vel duo, aut vnus eorum per se, vel alium, seu alios tibi Abbati Sancti Benedicti, & Congregationis itaz Vallisoleti, prædicti in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes prædicta omnia, & singula executioni demandent, & obseruari faciant: contradictores vero per censuras Ecclesiasticas, & alia opportuna iuris remedia appellatione postpositâ compescendo. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac Ordinis, Congregationis Vallisoleti, & Monasteriorum prædictorum iuramento confirmatione Apostolicâ, vel quauis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, priuilegijs quoque, & indultis

dilectis eisdem concessis ceterisque contrariis quibuscumque, Datis Romæ apud Sanctum Petrum sub annulo Piscatoris. Die vigesima Maij, Milleesimo, Quingentesimo quinto, Pontificatus nostri Anno secundo.

## LXXVII. PRIVILEGIUM,

Iulij Papæ II. concessum Abbatibus Sancti Benedicti Vallisoletani Generali, & Cisterciens. Ordinis Reformatori, Regularis obseruantie in Hispania. Anno Incarnationis Dominicæ 1505.

## SUMMARIVM PRIVILEGII.

1. Insuper privilegium Innocentij Papæ VIII per quod committitur reformatio, correctio, & visitatio, &c. Ordinis Sancti Benedicti, Cisterciens. & Sancti Augustini, & aliorum in Regno Gallicie, Episcopis Abbatibus, Cordubens. & Segobicens.
2. Committitur visitatio, correctio, reformatio, &c. Ordinis Sancti Benedicti in Hispania, Abbatibus Sancti Benedicti Vallisoletani, & Cisterciens. Abbatibus Reformatori eiusdem Ordinis Regularis obseruantie instantibus Catholicis Regibus.

**D**ILECTIS Filiis S. Benedicti opidi Vallisoleti Palentini. Dioces. Generali, & Cisterciens. Ordinum Reformatori Regularis obseruantie, pro tempore existentibus Abbatibus, Iulius Papa II. Dilecti filij, Salutem, & Apostolicam Benedictionem. Carissimus in Christo filius noster Ferdinandus Aragonum, & Sicilie, Rex Catholicus, ac Regno-

## LXXVII. PRIVILEGIUM

rum Castellæ, Legionis, & Granatæ Administrator nobis nuper exponi fecit, quod aliàs à felicis recordationis Innocentio Papa VIII. prædecessore nostro litteræ sub plumbo emanarunt tenoris subsequentiæ. Innocentius Episcopus servus servorum Dei. Venerabilibus Fratribus Abuleñ. Cordubeñ. & Segobieñ. Episcopis, Salutem, & Apostolicam Benedictionem. Quanta in Dei Ecclesia ad salutem animarum Christi fidelium personæ religiosæ vitæ exemplari, & honestis operibus afferunt incrementa virtutum, tanta eisdem inferunt detrimenta salutis, si à recto tramite deviantes, per incontinentiam, & vitam laxiorem ad illicita dilabuntur: quo fit, ut diligens, & curiosum reformationis ministerium, in talibus opportunum esse noscatur, ne per vitiorum, atque excessuum tolerantiam hostis antiqui operante versutiâ, maiores errores, & scandala cum inemendabili iacturâ exinde valeant verò similiter exoriri, & Monasteriorum, atque religiosorum locorum bona distrahantur, alienentur, & indebitè detineantur, & in malos, & profanos vsus conuertantur. Nuper siquidem ad nostrum, nonnullorum fide dignâ relatione, & præsertim per diuersas carissimi in Christo filij nostri Ferdinandi Regis, & carissimæ in Christo filiæ nostræ Elisabeth Reginæ Castellæ, & Legionis Illustrium litteras, non sine magna animi nostri displicentiâ, & mentis amaritudine peruenit auditum: Quod licet retroactis temporibus diuersa Monasteria, & alia religiosa, & pia loca Sancti Benedicti, Cisterciensium, & Sancti Augustini, ac aliorum Ordinû diuersorum per Abbates, seu Priores regi solita, in regno Galliciæ præclaræ memoriæ eorundem Regnorum Reges, qui pro tempore fuerant, aliosq; nobiles, & incolas Regnorum prædictorum ex eorum piâ ad dictos Ordines, illorumque personas benè, & religiosè viuentes deuotione, de propriis illorû bonis, & vt in illis vera vigeret religio, & nomen Altissimi, ad cuius gloriam, & honor instituta fuerat debite laudaretur fundata, & donata fuerant, ac post

huiusmo-



huiusmodi fundationes, in aliquibus eorum à Monachis ceterisq; religiosis in illis degentibus regularis obseruantia fuerit aliquandiu seruata, tamen à nonnullis temporibus citra dilectis filiis Abbatibus, Prioribus, Comendatariis, Monachis, Canonis, ceterisq; religiosis Monasteriorum, & locorum prædictorum viuendi modum, & normam relaxantibus, ac suani contemplationis iugo seposito in eis regularis obseruantia tepuit, & non modo pristina viuendi norma relicta fuit, sed etiã (quod dolentes referimus) in eis illorum personæ in reprobum sensum se dantes, Deitimore postposito, vitã lasciuam ducunt, & nimium dissolutam, & in eis diuinus cultus, quasi totaliter iam cessauit, ac Abbates, Priores, & Comendatarij dictorum Monasteriorum fructus, redditus, & prouentus illorum cum armigeris, ac in alios profanos, & inhonestos vsus consumunt, & Monasteria, ac loca ipsa eorum terris, locis, & aliis immobilibus, ac pretiosis mobilibus bonis, & ad diuinum cultum deputatis ornamentis Ecclesiasticis spoliant, distrahūt, & alienāt, ac Monachos, & religiosos ab illis expellunt, & alia quàm plura inhonesta, & nefanda contumè in eisdem Monasterijs, & locis cõmittere non cessant, in animarum suarum perniciem, diuinæq; maiestatis offensam, religionis opprobriũ, diuini cultus in dicto Gallicæ Regno diminutionem, malumq; exemplum, & scandalum plurimorum: vnde correctionis, visitationis, ac reformationis officio plurimum indigere noscebantur: Nos igitur, quibus ex curæ Pastoralis incumbit officio praua destruere, & honesta plantare, & totis viribus prospicere, ne per defectum celeritatis opportunæ scandala committantur, ac reformationem Monasteriorum, & locorum prædictorum, instantibus etiam super hoc Rege, & Regina præfatis paternis, & sollicitis studiis intendentes, ac sperantes, quod ea quæ vobis in hac parte duxerimus committenda fideliter, & diligenter, ac secundum Deum, & conscientiam exequemini, Fraternitati vestræ, per Apostolica scripta committimus, & mandamus

## LXXVII. PRIVILEGIUM.

quatenus vos, tres, aut duo, vel vnus vestrum ad omnia, & singula Monasteria personaliter accedentes, & solum Deum, ac salutem animarum præ oculis habentes, illa in capitibus, & in membris, ac spiritualibus, & temporalibus auctoritate nostrâ visitetis, & quæ in eis correctione, reformatione, punitione, & emendatione indigere noueritis, eadem auctoritate corrigatis, reformetis, puniatis, & emendetis: quodq; de cetero perpetuis futuris temporibus in eisdem Monasteriis vigere debeant suorum Ordinum obseruantia regularis, & illi iudem prorsus laudabilis ritus, & mores in illorum regimine, curâ, & directione Monachorum, ministrorum, ac in eis præsidentium deputatione, & constitutione, penitus, & omnino obseruentur, qui obseruari soliti sunt in Monasteriis, & Prioratibus eorundem ordinum in Castella, & Legionis Regnis, vel aliis proximis locis consistentibus reformatorem nuncupatorum, in quibus viget regularis obseruantia Ordinum eorundem, vel aliorum eadem auctoritate statuatis, & ordinatis, ac Monasteria, & religiosa loca prædicta, iuxta illorum exigentiam, in vicem, vel vnum alteri, prout expedire videritis perpetuò vniantis, annectatis, & in corporetis, & si vobis videbitur expedire, factas de illis in vicem, vel aliis quauis auctoritate vniones, annexiones, & incorporaciones, dissoluatis, sine præiudicio possessorum, modo præmissis, & per Prælatos perpetuos regi, & gubernari faciatis, ac omnia, & singula bona immobilia ad Monasteria, & loca prædicta expectantia alienata illicitè, vel distracta ad ius, & proprietatem Monasteriorum, & locorum prædictorum legitime reuocare, & reducere; locationes verò, & concessiones de illis in emphiteosim perpetuò, vel ad tempus, seu in feudum per Abbates, seu Priores, & Conuentus eorum factas, cum euidenti utilitate Monasteriorum, & locorum prædictorum approbare, & confirmare suppletes omnes, & singulos tam iuris, quàm facti defectus, si qui forsan interuenerint in eisdem,

eadem

eadem auctoritate curetis. Nos enim vt per huiusmodi visitationem præfata Monasteria, & loca excussis, quæ illorū ofuscabant decentiam in melius reformari valeant, ac quod in eisdem Monasteriis diuinus cultus, & obseruantia regularis vigeant, & suscipiant incrementa, ac personæ in illis degentes merito religiosa, & Deo seruientes dici possint vobis omnia, & singula Monasteria, & loca prædicta eorumque Præsidentes, personas, tam exempta, quàm non exempta visitandi, illaque tam in capitibus, quàm in membris, ac spiritualibus, & temporalibus eisdem reformandi, ac subiiciendi, & alia præmissa faciendi, ac de statu Monachorum, & locorum prædictorum, vitæ quoque, & moribus Abbatum, Priorum, Prælatorum, necnon religiosorum eorundem studiosè inquirendi, illosque, qui ex eis criminosi, ac desidiosii reperti fuerint iuxta regularia instituta suorum Ordinum, ac excessum qualitatem, & exigentiam poenis debitis, absque iudiciorum strepitu puniendi, Abbates, & Priores castigandi, & corrigendi, & ab eorum Monasteriis, & Abbatialibus dignitatibus, ac Prioratibus, si eorum demerita exegerint, suspendendi, priuandi, & ab illis realiter, & cum effectu amouendi, & de illis alias personas regularem vitam ducere volentes in illis introducendi, incorrigibiles, tamquam membra putrida à corpore Congregationis, seruato debito disciplina regularis, rescindiendi, & à Monasteriis, & locis prædictis expellendi, ac omnia, & singula, quæ iuxta obseruantia regularis dictorum Ordinum instituta, ad honorem Dei, Religionis augmentum, animarum salutem, & bonum exemplum Christi fidelium, ac alias circa felicem gubernationem, & regimen Monasteriorum, locorum, & personarum eorundem necessaria, seu quomodolibet opportuna videbuntur gerendi, statuendi, faciendi, disponendi, & exequendi, modo tamen, &

## LXXVII. PRIVILEGIUM

formâ præmissis: & de feudis, locationibus, concessionibus, & alienationibus huiusmodi cognoscendi; & contra bonorum huiusmodi detentores, & occupatores procedendi, ac contradictores quolibet, & rebelles cuiuscumque dignitatis, status, gradus, Ordinis præminentie, nobilitatis, & conditionis fuerint per excommunicationis, suspensionis, & interdicti aliasq; formidabiliores, de quibus vobis videbitur expedire sententias, censuras, & pœnas cum censurarum, & pœnarum prædictarum, etiam iteratis vicibus aggravatione, appellatione postpositâ compescendo, & si opus fuerit auxilium brachij secularis invocandi, & si commodè, quæ vobis demandantur, per vos ipsos adimplere aliquo respectu non posse putaveritis, vel aliquis vestrum putaverit, vices vestras in præmissis omnibus, & singulis alij, vel aliis idoneis, & habilibus personis in Ecclesiasticâ dignitate constitutis, zelum religionis, & salutem animarum habentibus totiens, quoties putaveritis expedire in totum, vel in parte qualibet committendi, & ad vos reuocandi, & iterum illis, vel aliis committendi, aut per vos ipsos præmissa exequendi plenam, liberam, & omnimodam auctoritate nostra, & ex certa nostra scientiâ, tenore præsentium concedimus facultatem. Non obstantibus præmissis, ac constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, etiam nostrâ, qua dudum inter alia voluimus, quod petentes beneficia Ecclesiastica aliis vnire, tenerentur, exprimere verum valorem annum, secundum communem estimationem, tam beneficij vniendi, quàm illius, cui vniri peteretur, alioquin vnio non valeret, & semper in vnionibus cõmissio fieret ad partes, vocatis, quorum interesset: statutis quoq; & consuetudinibus Monasteriorum, locorum, & Ordinum prædictorum iuramento, confirmatione Apostolicâ, vel quavis firmitate alia roboratis contrariis quibuscumq; aut si Abbatibus, Prioribus, Commendatariis, & personis præfatis, vel quibusuis aliis communiter, vel diuisim ab eadem sit Sede indultum, quod aliquis contra eis concessa privilegia, & indulta

indulta ad se visitandum, & aliàs admittere minimè teneàtur, & ad id compelli ipsiq; ad iudiciũ trahi suspèdi, vel excommunicari, aut ipsi, seu Monasteria, vel Ecclesia, seu loca huiusmodi interdicti, seu dignitatibus suis, officiis, & administrationibus priuari non possint per litteras Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de huiusmodi indulto mentionem, & qualibet alia dictæ Sedis indulgentiâ, vel quibuslibet aliis priuilegiis, indultis, exemptionibus, immunitatibus, ac litteris Apostolicis, ipsis, & eorum Monasteriis, locis, Ordinibus, in genere, vel in specie concessis, quorum cumque tenorũ existant, per quæ presentibus non expressam, vel totaliter non insertam vestræ iurisdictionis explicatio in hac parte impediri valeat quomodolibet, vel differri, & de quibus quorumq; tenoribus habenda sit in nostris litteris mentio specialis, quæ quo ad hoc, eis volumus nullatenus suffragari. Verum, quia difficile foret præsentibus litteras ad singula quæq; loca, ad quæ, & ubi expediens foret deferre, volumus, & dicta auctoritate decernimus, quod illarum transumptis, manu alicuius Notarij publici in derogati subscriptis, & sigillo alicuius vestrum, seu alterius personæ in Ecclesiasticâ dignitate constitutæ munitis, ea prorsus fides in iudicio, & extra, ac aliàs vbi libet adhibeatur, quæ presentibus adhiberetur, si essent exhibitæ, vel ostensæ. Datis Romæ apud Sanctum Petrum. Anno Incarnationis Dominicæ, Millesimo, Quadringentesimo, Octuagesimo Septimo. Tertio Idus Decembris, Pontificatus nostri Anno quarto.

¶ Cum autem sicut eadem expositio subiungebat præfati Cordubens. & Segouien. Episcopi, aliis occupati negotiis visitationi, correctioni, & reformationi Monasteriorum, & aliorum religiosorum, & piorum locorum eorundem, quatenus opus esset commodè interesse non possint, nobis humiliter supplicauit, quatenus in præmissis opportunè providere de benignitate Apostolicâ dignaremur. Nos igitur Regis præfati

## LXXVII. PRIVILEGIUM.

pjo, & honesto desiderio in hac parte fauorabiliter annuentes, eiusque supplicationibus inclinati, te Sancti Benedicti opidi Vallisoleti Palenti, Diocesi. Abbatem Generalem, quo ad Sancti Benedicti, & te Abbatem Reformatorem Cisterciens, Ordinis regularis obseruantia, quo ad Cisterciens, Ordinum Monasteria, & religiosa, ac pia loca huiusmodi in locum dictorum Cordubens. ac Segobien, Episcoporum subrogamus, vobisque respectiue per presentes committimus, & mandamus, vt cum praefato Episcopo Abulen. visitationem, correctionem, & reformationem huiusmodi in Monasteriis, domibus, & aliis religiosis, & piis locis tam virorum, quam mulierum, Sancti Benedicti, & Cisterciens. Ordinum praedictorum in omnibus Regnis, & Dominiis Hispaniarum consistentibus cum facultatibus, potestatibus, auctoritatibus, ac omnibus, & singulis aliis in dictis litteris Innocentij praedecessoris praefati contentis clausulis, iuxta ipsarum litterarum formam, continentiam, & tenorem in omnibus, & per omnia facere, & exequi curetis perinde, ac si litterae ipsae Episcopo Abulen. & vobis per nos directae fuissent. Non obstantibus praemissis, ac constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac omnibus illis, quae praefatus Innocentius praedecessor in suis praesertis litteris voluit non obstare: ceterisque contrariis quibuscumque. Datis Romae apud Sanctum Petrum, sub annulo piscatoris. Die tertia decima Nouembris, Millesimo, Quingentesimo Quinto, Pontificatus nostri Anno secundo.

## SEPTVAGESIMUM OCTAVVM.

Indultum, viae vocis oraculo concessum a Iulio Papa II. Monasterio Sancti Benedicti Vallisoletani, & Superioribus Congregationis. Anno  
Dominicae Incarnationis 1513.

SVMMA

SUMMARIVM INDVLTII.

Abbatēs, Priores, & Superiores, quoties aliqua persona Cōgregationis manus violentas iniecerit in Superiorem, dummodo mors, membri mutilatio, aut enormis debilitatio inde non sequatur, de consensu talis Superioris percussī eam absoluerē possint, & cum ea dispensare super irregularitate per eam inde forsā Missas post modum, & alia diuina officia celebrante, vel alias contracta.

**L**EONARDVS Miseratione Diuina tituli Sanctæ Sufannæ, presbyter Cardinalis Religiosis viris Monasterij Sancti Benedicti opidi Vallisoleti, Ordinis eiusdem Sancti, de obseruantia Palentiū. Diocesi. Abbati, Priori, & Conuentui ceterisque aliis vestræ Congregationis Abbatibus, Prioribus, & Superioribus, Salutem in Domino. Oblata nobis nuper pro parte vestra petitionis series continebat: quod aliās tūc Priori, & Conuentui dicti Monasterij, seu Prioratus, vt dictus tunc Prior, & eius successores dicti Monasterij, seu Cōuentus, qui pro tempore essent, omnes, & singulos Monachos dicti Prioratus, qui in eodem Prioratu professionem emiserant, seu emitterēt, & facerent in futurū ab omnibus, & singulis excommunicationis, suspensionis, & interdicti sententiis, quas ipsi quibuscūq; caussitā ante, quā post professionē incurrissent, seu eos in posterū incurrere cōtingeret auctoritate Apostolicā, iuxta formā Ecclesiæ, si id humiliter peterēt, absoluerē, nec non cum illis, ex eis, quin se inuicem, aut clericos, seu alias personas Ecclesiasticas manus immitterent violentas, dummodo mors, aut membrorum mutilatio, seu enormis debilitatio non sequeretur, aliās, quomodolibet excedendo, vel sic ligati sacros Ordines suscipiendo, aut diuina officia, vel

scillis

se illis immiscendo, seu in sic susceptis Ordinibus ministrando, non tamen in contemptum clauum irregularitatis maculam contraxerint, aut ipsos in posterum contrahere contingeret, super irregularitate huiusmodi, & ut ipsi in susceptis Ordinibus ministrare, ac ad quosuis, etiam sacros Ordines promoveri, & in eis ministrare valeant, dispensare possent, successoribusque sui possent, indultum, seu concessum extitit, ac deinde eisdem Priori, & Conuentui, & aliis eiusdem Conuentus Priori, seu Abbati, ut in dulto, & concessione, seu gratiâ, aut facultate huiusmodi per totam eorum Congregationem, omnesque alij, & singuli Abbates, seu Priores, & fratres dictæ Congregationis illis uti, & gaudere liberè, & licitè possint eadem auctoritate similiter indultum, & concessum extitit: Cum autè vos cupiatis, ut etiamsi in futurum contingat aliquis totius Congregationis frater, seu Monachus, aut alius Superior similes manus violentas in aliquem eiusdem Congregationis Abbatem, Priorem, seu alium superiorem iniicere, seu apponere, ne fratribus, seu Monachis huiusmodi euagandi causa oriatur, similem gratiam, seu facultatem ipsos ab iniicitione huiusmodi absoluendi licentiam, & facultatem vobis per eandem Sedem concedi: Supplicari fecistis igitur humiliter vobis, & Monachis huiusmodi super iis per eiusdem Sedis solitam clemenciam misericorditer prouideri: Nos igitur vestris deuotis supplicationibus inclinati, auctoritate Domini Papæ, cuius Poenitentiarie curam gerimus, & de eius speciali, & expresso mandato super hoc viae vocis oraculo nobis facto, vobis omnibus, & singulis dictæ Congregationis Abbatibus, Prioribus, & aliis Superioribus præsentibus, & qui pro tempore fuerint, ut quoties suadente diabolo aliquè, seu aliquo eiusdem Congregationis Fratres, Cõuersos, & Oblatos manus in suû, seu aliquem totius Congregationis Superiorem temerè iniicere, seu apponere violentas contigerit, ipsum, seu ipsos, dum modo, ut præfertur mors, seu membri mutilatio, aut enormis debilitatio exinde non sequatur,



quatur, aliàs iuxta formam, & tenorem dictarum priorum litterarum vobis concessarum, de consensu tamen Abbatis, seu Prioris, aut alterius Superioris percussi, seu vulnerati absolvere, poenitentiamq; salutarem, & alia de iure iniungenda iniungere, ac cum eo, seu eis de super etiam super irregularitate, & infamiâ per eos inde, etiam forsan post modum Missas, & alia diuina officia celebrando, seu aliàs se illis immiscendo, vel aliàs cõtracta: quodq; in suis Ordinibus, si ad illos promoti existant ministrare, vel ad illos promoueri liberè, & licitè possint, & valeant, modo, & forma in dictis litteris vobis concessis dispensare liberè, & licitè possitis, & valeatis, auctoritate Apostolicâ, tenore præsentium in perpetuum indulgemus, ac licentiam, & liberam concedimus, facultatem: Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac tam Prouincialibus, quàm Synodali- bus, necnon Congregationis, & Ordinis prædictorum statutis, & consuetudinibus, cuiuscumque tenoris existant, ceterisq; contrariis quibuscumq; non obstantibus. Datis Romæ apud Sanctum Petrum, sub sigillo officij Poenitentiarie. Quinto Idus Ianuarij, Pontificatus Domini Iulij Papæ II. Anno Decimo.

## LXXIX. PRIVILEGIUM

Leonis Papæ X. concessum Congregationi Sancti Benedicti Vallisoletani. Anno Domini-  
nicæ Incarnationis, 1515.

## SUMMARIUM PRIVILEGII.

Concedit Abbatibus, Prioribus, Conuentibus, Et personis Congregationis, quorū ipsi, & eorum Monasteria, Prioratus, Et personarū huiusmodi omnibus, Et singulis  
privi-

## LXXIX. PRIVILEGIUM

privilegiis, & quibusvis gratiis spiritualibus, & temporalibus, quibus Sancti Benedicti, & alia eiusdem Congregationis Monasteria, & Prioratus utuntur, & gaudent, ac uti, & gaudere possunt, & poterunt quomodolibet in futurum, uti, & gaudere valeant perinde, ac si illa pro unoquoque ex Monasteriis, Prioratibus, Conventibus, & personis pro tempore existentibus Congregationis huiusmodi emanassent.

**L**E O. Papa X. ad perpetuam rei memoriam. Vacantium sub religionis observantiâ studio bonæ vitæ personarum votis libenter annuimus, easque favoribus prosequimur opportunis. Cum nos hodie Monasterium Sancti Vincentij Queten. Ordinis Sancti Benedicti tunc certo modo, quem pro expresse haberi volumus, Abbatis regimine destitutum, Congregationi Monachorum Vallisoleti nuncupati, dicti Ordinis per Abbatem triennale, iuxta ritus, & mores, ac regulari instituta Congregationis huiusmodi, & prout Sancti Benedicti opidi Vallisoleti, Palentiâ. Diœcesis eiusdem Congregationis Caput, & alia Congregationis huiusmodi Monasteria regebantur, & gubernabantur, regendum, & gubernandum perpetuò unuerimus, annexerimus, & incorporaverimus, seu uniri annecti, & incorporari concesso: Nos ad fructus vberes, quos dilecti filij Monachi eiusdem Congregationis in propagatione religionis, & fidei in agro militantis Ecclesiæ hæctenus produxerunt, & continuò bonis eorum operibus, & vitâ exemplari producere non cessant, debitum respectum habentes, ac eos, ut fecundius illorum Religio fructum in eis afferat salutarem, & laudabilius possint in Domino iugiter proficere, Apostolicis favoribus, & gratiis prosequi volentes.

tes.

tes, dilecti filij moderni Abbatis eiusdem Monasterij Sæcti Benedicti dictæ Congregationis Generalis nobis in hac parte humiliter porrectis supplicationibus inclinati, eiusdè Sancti Vincentij, & pro tempore existentium aliorum dictæ Congregationis, ac ei vnitorum, & vniendorum, Monasteriorũ, & Prioratum Abbatibus, Prioribus, Conuentibus, & personis nunc, & etiam pro tempore existentibus, quod ipsi, eorum Monasteria, Prioratus, & personæ huiusmodi omnibus, & singulis priuilegijs, exemptionibus, immunitatibus, fauoribus, concessionibus, & indultis, ac alijs quibusuis gratijs spiritualibus, & tẽporalibus, quibus S. Benedicti, & alia eiusdè Congregationis pro tẽpore existentia Monasteria, & Prioratus huiusmodi vtũtur, potiuntur, & gaudet, ac vti, potiri, & gaudere possunt, & poterunt quomodolibet in futurũ vti, potiri, & gaudere liberè, & licitè valeãt in omnibus, & per omnia pariformiter, & sine vlla differetia perinde, ac si illa pro vnoquoq; ex Monasterijs, Prioratibus, Abbatibus, Prioribus, Conuentibus, & personis pro tẽpore existentibus Congregationis huiusmodi emanassent, ac illis, & eorũ cui libet in specie, & indiuiduè cõcessa fuissent, auctoritate Apostolicã, tenore presentĩũ, de specialis dono gratiæ perpetuè indulgemus. Nõ obstantibus cõstitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, necnõ Ordinis, Cõgregationis, & Monasteriorũ, ac Prioratum prædictorũ iuramento, confirmatione Apostolicã, vel quauis firmitate alia roboratis, statutis, & cõsuetudinibus, priuilegijs quoq; induktis, ac alijs litteris Apostolicis quibusuis confirmatis, & etiam iteratis vicibus innouatis, quibus omnibus, etiam si pro illorum sufficietĩ derogatione de illis, eorũq; totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & indiuidua, ac de verbo ad verbũ, non autẽ per clausulas generales id importãtũ. mẽtio, aut quauis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma seruãda foret, tenores huiusmodi, ac si de verbo ad verbũ inferentur, presentibus pro plenè, & sufficĩtẽter expressis habẽtes, illis alias in suo robore p̄mãsuris, hac vice

dumta-

LXXX. PRIVILEGIUM.

dumtaxat specialiter, & expressè derogamus, ceterisq; contrariis quibuscumq;. Datis Florentiæ sub annulo Piscatoris. Die prima Decembris, Millesimo, Quingentesimo, Decimo quinto, Pontificatus nostri, Anno Tertio.

OCTVAGESIMVM.

Indultum Leonis Papæ X. viuæ vocis oraculo concessum Congregationi Sancti Benedicti Vallisole-tani, Anno Incarnationis Dominicæ.

1515.

SVMMARIVM INDVLTII.

*In Prioratibus, Grangis, siue membris Congregationis, potest deserviri per presbyteros seculares, vel regulares tam Congregationis, quàm alterius Ordinis ad nutum amovibiles, qui possint curam animarum, quæ ipsis immincat gerere libere, & licite.*

**L**EONARDVS Miseratione diuinâ tituli Sanctæ Susannæ, presbyter Cardinalis. Dilectis in Christo moder- nis Abbati Generali Monasteriorum Ordinis Sancti Benedi-cti, opidi de Valleoleti Palentiñ. Dioces. necnon vniuersis & singulis Prælatis Monasteriorum, & Conuentuum Congrega- tionis opidi, & Ordinis prædictorum, Salutè in Domino. Ex- hibita siquidem nobis nuper pro parte vestra petitio contine- bat: Quod cum Monasteria prædicta nonnullos habeant Prio- ratus, siue Grangias, aut membra ipsis Monasteriis immediatè subiecta, & ab illis forsan dependè. quæ per eorundem Mo- nasterij Monachos ad nutû Prælatorum dictorum Moñ. pro tempore

tempore existentium, seu illorum, & dictorum Conuentuum forsan amouibiles regi, & gubernari, & in diuinis deserui con-  
 suenerunt, cū tamen in dictis Monasteriis obseruātia vigeat re-  
 gularis, & ex regimine, & administratione Prioratū, Grangia-  
 rum, seu mēbrorum huiusmodi, non nisi per dictos Monachos  
 gerendis, & exercendis vagādi, extra claustra dictorū Monaste-  
 riorum, & dictā obseruantiam transgrediendi facillē Monachis  
 iosis præberi possit occasio, & si vobis, & Conuentibus præfa-  
 tis, vt per quoscūq; eorundē, vel aliorum Monasteriorū, seu re-  
 gulariū locorum prædictorū, vel cuiusuis Ordinis Monachos,  
 seu professores, aut seculares presbyteros ad similē Prælatorū,  
 & Conuentū prædictorum nutum amouibiles dictis Priora-  
 tibus Grangis, seu mēbris, & eorum Ecclesiis deserui, & si q; a  
 illis immineat animarū cura, exerceri facienda licentia, & facul-  
 tas cōcederentur, ex hoc profecto dicta tolleretur occasio, ac ve-  
 stro, & Conuentū prædictorū cōmodo, & quieti, ac saluti cō-  
 suleretur: quare supplicari fecimus humiliter vobis, ac Prælati-  
 bus, & Cōuentibus huiusmodi, & cuilibet vestrū per Sedē Aposto-  
 licā de opportuno remedio misericorditer prouideri. Nos igitur,  
 qui diuini cultus augmentū religionisq; decorē, & venusta-  
 tē vbiq; vigere intensis desideramus affectibus, votisq; vestris  
 quantū cum Deo possumus in hac parte fauorabiliter annuere  
 voleñ. auctoritate D. PP. cuius Pœnitentiariæ curā gerimus, &  
 de eius speciali mādato super hoc, viuz vocis oraculo nobis fa-  
 cto, vobis ex nūc de cetero perpetuis futuris temporibus dictis  
 Prioratibus Grangis, siue mēbris, & eorū Ecclesiis per quoscūq;  
 presbyteros seculares, vel prædicti, aut cuiusuis alterius Ordinis  
 regulares, seu eorundē Monasteriorū Monachos ad nutum hu-  
 iusmodi amouibiles deserui facere, & dictā animarum curā, si  
 qua illis immineat, per eosdem gerere liberē, & licitē possitis,  
 & valeatis auctoritate præfatā, tenore præsentium in perpe-  
 tuum indulgemus, ac licentiā, & liberā cōcedimus facultatē.  
 Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Aposto-

## LXXXI. PRIVILEGIUM

licis, ac statutis, & consuetudinibus tam Provincialibus, quam Synodalibus, etiam Mosi. Ordinis, & Congregationis prædictorum, privilegium quoque, indultis, & litteris Apostolicis, Mosi. Ordini, ac Congregationi huiusmodi, etiam auctoritate Apostolicâ concessis, confirmatis, ac iuramento, cõfirmatione Apostolicâ, vel quavis firmitate alia roboratis, ac iteratis vicibus innovatis, etiam si de eis, eorumque, totis tenoribus pro illorû sufficienti derogatione, de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales id importantes mentio, seu quavis alia expressio præsentibus habenda foret, & aliâs cuiuscumque tenoris existant, ceterisque, contrariis quibuscumque. Datis Romæ apud Sanctum Petrum, sub sigillo officij Pœnitentiariæ. Octavo Kalendas Aprilis, Pontificatus Domini Leonis Papæ X. Anno tertio.

## LXXXI. PRIVILEGIUM,

Leonis Papæ X. concessum Congregationi Sancti Benedicti Vallisoletani. Anno Domini Incarnationis 1515.

## SUMMARIVM PRIVILEGII.

Possunt Monachi in Ecclesiis Congregationis tempore Interdicti, & Cessationis à divinis Apostolicâ auctoritate appositi, ianuis clausis, alia vero quocumque auctoritate, dum modo huiusmodi Interdicto causam non dederint, neque in eos specialiter emanaverit apertis ianuis, pulsatis campanis, nominatim interdictis, & excommunicatis excusis Missas, & alia divina officia à primis festiuitatum aliquarum vesperis, usque ad occasum solis sequentis, & ultimi octa-

warum huiusmodi respectu dei solemniter, & in car-  
 tu celebrare, & cum in propriis Ecclesiis humana ca-  
 da uera tumulari contigerit, Monachi etiam non pres-  
 byteri, Donati, & seruitores singulorum Monasterio-  
 rum, & Prioratum tempore Interdicti, & Cessatio-  
 nis à diuinis, quacumque præterquam Apostolica au-  
 thoritate appositi, Eucharistia, & alia Sacramenta  
 absque alicuius censuræ seu pœnæ incursum recipere lici-  
 tè valeant, & sunt Iudices executores Abbas de Sabra-  
 do, & Prior Sancti Augustini Vallisoletani, & c.

¶ Dilecto filio moderno Abbati Generali, & pro tẽ-  
 pore existenti Congregationis Vallisoleti, Ordinis  
 Sancti Benedicti, de obseruantia nuncupate in His-  
 pania. Leo Papa X.

**D**ILECTE Fili, Salutem, & Apostolicam Benedictio-  
 nem. Religionis, sub quâ tu, & dilecti filij ceteri Abba-  
 tes Monasteriorum, & Prior, & Prioratum, & Monachi Con-  
 gregationis Vallisoleti Ordinis Sancti Benedicti de obseruan-  
 tiâ nuncupate in Hispania, diuinis estis obsequiis mancipati, pro-  
 bata sinceritas, & eximia deuotionis affectus, quem ad nos, &  
 Romanam Ecclesiam gerere comprobamini promerentur, ut  
 tuis, & illorum votis, eis præsertim, quæ ex deuotionis feruore  
 prodire conspiciamus, quantum cum Deo possumus, fauorabi-  
 liter annuamus. Hinc est, quòd nos tam tuis, quàm dictorum  
 aliorum Abbatum, Priorum, & Monachorù nobis super hoc  
 porrectis supplicationibus inclinati tibi, qui etiam Monasterij  
 eiusdè S. Benedicti opidi de Vallefoleti Ordinis, & Cõgregatio-  
 nis prædictorù Palentiñ. Dioc. Abbas, & Generalis existis, &  
 alijs Abbatibus, & Prioribus Monasteriorum, & Prioratum,

## LXXXI. PRIVILEGIUM.

& Monachis Ordinis, & Congregationis eorumdem pro tempore existentibus, vt in Beate Virginis Dei genitricis Marię, & Sancti Ioannis Baptiste Natiuitatum, & Transitus, & Translatione Sanctorum Martini, & Benedicti, eorumq; octauis, & Sanctę Scholasticę eiusdem Sancti Benedicti Sororis, & Beatorum Mauri, & Placidi, discipulorum illius, & Sancti Gregorij Papę, & Ildefonsi Archiepiscopi, Antonij, & Bernardi Abbatum, ac tempore, quo aliquem ex huiusmodi Monasteriorum, & Prioratum Monachis in eisdem Monasteriis, & Prioratibus professionem emittere, aut primam Missam celebrare, seu Abbat, Priores, & Monachos predictos in vestris Ecclesiis, aut illarum cimiteriis humana cadauera Ecclesiasticę tradere sepultura contigerit, nec non in quorumuis aliorum Sanctorum, sub quorum inuocationibus Monasteriorum, & Prioratum huiusmodi Ecclesię sunt erectę, vel constructę, & quorum corpora in ipsis Ecclesiis recondita respectiue existunt, festiuitatibus tempore Interdicti, & Cessationis a diuinis Apostolicę auctoritate appositi, ianuis clausis, alia vero quacumq; auctoritate, dum modo huiusmodi interdicto causam nõ dederitis, nec id in vos specialiter cõtigerit emanare, apertis ianuis, pulsatis campanis, nominatim interdictis, & excomunicatis exclusis, Missas, & alia diuina officia a primis ipsarum festiuitatum vesperis, vsq; ad occasum solis sequentis, & vltimi octauarum huiusmodi respectiue dici, soleniter, & in cantu celebrare, quodq; Monachi non presbyteri, Commissi, Oblati, Donati, & seruitores singulorum Monasteriorum, & Prioratum predictorum, tempore Interdicti, & Cessationis a diuinis, quacumq; pręter quę Apostolicę auctoritate pręfata appositi, Eucharistia, & alia Ecclesiastica Sacramenta, absque alicuius censurę, seu pęnę incurso recipere liberę, & licitę valeatis, auctoritate Apostolicę, tenore presentium perpetuõ concedimus. Quo circa Venerabili fratri Episcopo Algaren. & dilectis filiis Abbati Monasterij Sanctę Marię de Sobrado Cistercię. Ordinis

Com-



Compostellan. Diocæs. & Priori Sancti Augustini, Ordinis eiusdem Sancti opidi Vallisoleti Palenſi. Diocæs. & eorum cuiſibet committimus, & mandamus, quatenus per ſe, vel alium, ſeu alios, auctoritate noſtra faciant te, & præfatos, ac pro tempore exiſtentes Generalem, Abbates, & Monachos prædictos præſenti noſtro indulto liberè, & pacificè vi, potiri, & gaudere, non permittentes te, & eos per locorum Ordinarios, & quoscumque alios contra huiusmodi indulti tenorem, quomodoſibet moleſtari: contradictores impediētes, & rebelles per cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas, appellatione remotâ, auctoritate noſtra cõpeſcendo. Nõ obſtantibus conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac ſtatutis, & cõſuetudinibus Eccleſiarũ, & Diocæs. in quibus prædicta Monaſteria, & Prioratus exiſtũt iuramẽto, confirmatione Apoſtolicâ, vel quauis firmitate alia roboratis, priuilegis quoque, indultis, & litteris Apoſtolicis locorum Ordinariũ, aut quarumcumque Eccleſiarum capitulis, & aliis quibusuis perſonis, ſub quacumque verborum formâ conceſſis, confirmatis, & inno-uatis, quibus omnibus, etiam ſi pro illorum ſufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & indiuidua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales id importantes mentio, ſeu quauis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquisita formâ ſeruanda foret, illorum tenores, ac ſi de verbo ad verbum infererentur præſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſè derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Datis Romæ apud Sanctum Petrum ſub annulo Fiſcatoris. Die Vigefima ſecunda Maij, Milleſimo, Quingentefimo Decimo quinto, Pontificatus noſtri Anno tertio.

LXXXII. PRIVILEGIUM

X 3

Leonis

## LXXXII. PRIVILEGIUM

Leonis Papæ X. concessum Congregationi Sancti  
Benedicti Vallisoletani. Anno Domini-  
cæ Incarnationis. 1521.

## SUMMARIVM PRIVILEGII.

*Est simile precedenti, & addit festiuitates Cõceptionis,  
& visitationis Beate Virginis Mariae, & Sancti  
Adelelmi confessoris, & hebdomarũ Sanctæ, & Re-  
surrectionis Dominice festiuitatibus, & per octauas  
eorundem. Privilegium extenditur ad Moniales,  
& assignat iudices exequutores Episcopum Algaren-  
sem, & Abbatem Sanctæ Mariae de Sobrado Com-  
postellanae Diocesis. & Priorem Sancti Augustini  
epidi Vallisoleti.*

**L**EO Papa X. ad perpetuam rei memoriam. Sanæ religio-  
nis sinceritas, in qua dilectus filius Generalis, & alij Abba-  
tes, Priores, & Monachi, nec non dilectæ in Christo filiæ Abba-  
tissæ, & Moniales Ordinis, & Congregationis Sancti Benedicti  
Vallisoleti de obseruantia nûcupati, Palentiñ. Diocesis. sub hu-  
militatis spiritu deuotum, & sedulum impèdunt Altissimo fa-  
mulatum, nec non vitæ regularis honestas, ac perpetua clausu-  
ra, sub qua degunt promerentur, vt illa eis fauorabiliter conce-  
damus, quæ ad diuini cultus augmentum, & suarum animarũ  
salutem, ac fidelium Christianorum exemplum, & deuotionẽ  
cedere dignoscuntur. Hinc est, quod nos eiusdem Generalis,  
& aliorum Abbatum, Priorum Abbatissarum, Monachorum,  
& Monialium in hac parte deuotis supplicationibus inclina-  
nati, præfatis, & pro tempore existentibus Generali, & aliis  
Abbatibus, Prioribus, & Abbatissis, Monachis, & Monialibus,

Conuer-

Conuersis, seruatoribus, & seruitricibus Monasteriorum, & Prioratum Ordinis, & Congregationis prædictorum, ac illis subiectorum subiiciendorum, & aggregandorum pro tempore existentium, vt in Conceptionis, & Visitationis Beatissimæ Virginis Mariæ, & eiusdem Virginis, & Sancti Ioannis Baptistæ Natiuitatibus, necnon Sanctorum Benedicti Abbatis, Martini Episcopi, & confessoris, Transiituum, & Translationum: ac Sanctorum Gregorij Papæ, Ildefonsi Archiepiscopi Toletani, Antonij, & Bernardi Abbatum, ac Beatorum Mauri, & Placidi discipulorum, & Sanctæ Scholasticæ sororis eiusdem Sancti Benedicti, ac Adelelmæ confessoris, necnon in quorūcumq; aliorum Sanctorum, & Sanctarum, sub quorū inuocationibus Monasteriorum, Prioratum, & locorum vtriusq; sexus dicti Ordinis, & Congregationis Ecclesiæ dedicatæ, & constructæ, seu quorum corpora in ipsis Ecclesiis recondita respectiuè existūt, necnon Hebdomadarum Sanctæ, & Resurrectionis Dominicæ festiuitatibus, & per octauas earumdem omnium supra dictarum festiuitatum, nec non quoties Monachi, Moniales, & alij vtriusque sexus religiosæ personæ dicti Ordinis, & Congregationis professionem emisierint, aut primâ Missam celebrauerint, seu eos in Ecclesiis, vel capitulis Monasteriorum, Prioratum, & aliorum locorum dicti Ordinis, & Congregationis humana caduera Ecclesiasticæ tradere sepulturæ contigerit, tempore Interdicti, & Cessationis à diuinis, quacumq; auctoritate etiam Apostolicâ appositorum, dummodo huiusmodi Interdicto causam non dederint, nec id eis contigerit specialiter interdici, apertis ianuis, pullatis campanis, nominatim interdicitis, & excommunicatis exclusis, Missas, Processiones, & alia diuina officia solemniter, & in cantu celebrare. Quodque Monachi, Moniales, Conuersi, & Conuersæ: Nouitij, & Nouitiæ, ac Oblati, Donati, seruitores, & seruitrices singulorū vtriusq; sexus Monasteriorū, Prioratū, & locorū prædictorū eorundem, Interdicti, & Cessationis à diuinis tempore Eucharistiam,

## LXXXII. PRIVILEGIUM.

& alia Ecclesiastica Sacramenta absque alicuius censuræ, seu poenæ incurſu recipere, ac ipsi Monachi, quibusuis personis cū prædicti solemnitate à primis dictarum festiuitatum vesperis, vsque ad occasum solis vltimi octauarum huiusmodi dierum celebrare, recipere, ac dare liberè, & licitè possint, & valeant, dummodo ipsi, vel eorum aliquis interdicti causam nõ dederint, nec eis specialiter contigerit interdici, auctoritate Apostolicâ, tenore presentium, de specialis gratiæ dono perpetuè concedimus, & indulgemus. Quo circa venerabili fratri Episcopo Algaren. & dilectis filiis Abbati Monasterij Sanctæ Mariæ de Sobrado Compostellan. Diœces. ac Priori Prioratus Sancti Augustini oppidi Vallisoleti Palenti. Diœces. & eorum cuilibet per præsentem committimus, & mandamus quatenus ipsi, vel duo, aut vnus eorum per se, vel aliam, seu alios præmissa, vbi, & quando, & quotiens expedire cognouerint, fuerintq; desuper per prædictos Generalè, Abbates, Priores, Monachos, & Moniales, ac alios supradictos requisiti solemniter publicantes, eisq; in præmissis efficacis defensionis præsidio assisteñ. faciant auctoritate nostra præsentem litteras, ac omnia, & singula in eis contenta inuiolabiliter obseruari: non permittentes præfatos, ac pro tempore existentes Generalem, & alios Abbates, Priores, ac Abbatissas, Monachos, & Moniales, Conuersos, & Conuersas, Oblatos, & Oblatas, Donatos, & Donatas, seruitores, & seruitrices, ac personas dicti Ordinis, & Congregationis huiusmodi, quo minus concessioñ. & indulto huiusmodi liberè, & pacificè, vti, potiri, & gaudere, per quoscumque quauis auctoritate fungèñ. contra præsentium litterarum tenorè quo modolibet molestari, perturbari, vel inquietari: Contradictores, rebelles, & inobedientes per censuras, & poenas Ecclesiasticas, ac alia iuris remedia appellatione postpositâ compescèdo: Non obstantibus quibuscumque Apostolicis, ac in Prouinciis libus, & Synodalibus Concilijs editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, & ordinationibus, ac statutis, & consuetudinibus

rudinibus Ecclesiarum, & Dioces. in quibus prædicta Monasteria, Prioratus, personæ, & loca existunt iuramento, confirmatione Apostolicâ, vel quavis firmitate alia roboratis, nec non priuilegijs, & indultis, ac litteris, locorum Ordinarijs, & quorumcumque Ecclesiarum Capitulis, & alijs quibusuis personis, sub quibuscumq; tenoribus, & formis pro tempore concessis, confirmatis, & innouatis, quibus, etiam si pro illorû sufficienti derogatione de illis, eorumq; totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & indiuidua, ac de verbo ad verbum, nõ autem per clausulas generales id important. mentio, seu quavis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma seruanda foret, illorum tenores, ac si de verbo ad verbum insererentur præsentibus pro sufficienter expressis habentes, illis alijs in suo robore permãsuris, hac vice dumtaxat specialiter, & expressè derogamus, ceterisq; contrariis quibuscumq;. Datis Romæ apud Sanctum Petrum sub annulo Piscatoris. Die vigesima secunda Martij, Millesimo, Quingentesimo, vigesimo primo. Pontificatus nostri Anno nono.

LXXXIII. PRIVILEGIUM

Clementis Papæ VII. concessum Congregationi  
Sancti Benedicti Vallisoletani. Anno  
Dominicæ Incarnationis

1523.

SVM MARIVM PRIVILEGII.

Confirmatur, quod litteris non expeditis Leo X. concesserat Congregationi, ut scilicet, se possit conformare in modo regiminis Cõgregationi Casiuen. Et eius gaudeat Priuilegijs.

## LXXXIII. PRIVILEGIUM.

**C**LEMENS Papa VII. ad perpetuam rei memoriam.  
 Rationi congruit, & cōuenit honestati, vt ea, quę de Ro-  
 mani Pōtificis gratiā processerūt, licet eius superueniente obitu  
 litterę desuper expeditę nō fuerint, suū debitum sortiatur ef-  
 fectū. Dudum siquidem felicitis recordationis Leoni Papę X.  
 prædecessori nostro pro parte dilectorū filiorum Abbatis Ge-  
 neralis, & aliorū Monasteriorum Abbatum, & Prioratū Prio-  
 rū, ac Monachorū, & Conuentuum eorumdē: necnon dilecta-  
 rū in Christo filiarū Monasteriorum Abbatissarum, & Cōuen-  
 tuū Monialium, ac aliarū religiosarum personarū Ordinis, &  
 Cōgregationis S. Benedicti Vallisoleti, de obseruatiā nūcupat.  
 Hispanię Regnorū, Ordinis eiusdē S. Benedicti, Palent. Dioec.  
 exposito: quod licet ipsi, qui sub regulari obseruatiā, & perpe-  
 tuā clausurā uiuebāt, prout vti asserunt, in presentiarū viuunt,  
 in regimine, & gubernatione Monasteriorū, Abbatū, Priorum,  
 Abbatissarū, Conuentuū, Monachorū, & Monialium, ac perso-  
 narum dictorū Ordinis, & Congregationis laudabiles ritus, &  
 mores, ac regularia instituta obseruauissent, & tūc obseruaret,  
 ac secundū regimen, gubernationē, & administrationem, & ob-  
 seruantiā huiusmodi Monasteria, Prioratus, mēbra, & alia reli-  
 giosa loca prædicta, ac personę dicti Ordinis, & Congregatio-  
 nis diuinā fauente clementiā, & in spiritualibus, & temporalibus  
 continua suscepissent incrementa, tamen quia æmula vir-  
 tus meliora semper per gratiam spiritus Sancti exempla nititur  
 imitari, ipsi zelo religionis accensi prouidē cōsiderantes, quod  
 dilecti filij Præsidentes, Abbates, Priores, Monachi, Conuen-  
 tus, & alie personę, necnon Monasteria, Prioratus, & alia re-  
 ligiosa loca Congregationis Casin. olim Sanctę Iustinę de  
 Padua dicti Ordinis nullius Dioecel, longiori conluetudine,  
 & experiētiā plenius informati se ad dictam Congregatio-  
 nem Casinē. illiusque Monasteria, Prioratus, aliaque religiosa  
 loca, eorumque personas in huiusmodi temporalibus, & spi-  
 ritualibus tam prudenter regebant, dirigebant, & gubernab-  
 ant.

bant, quòd in eorum Monasteriis, & Prioratibus huiusmo-  
 di diuinus cultus maxima cum deuotione obseruabatur, &  
 augebatur disciplina regularis, vitæ sanctimonia vige-  
 ceritatis disciplina pullulabat, caritas, puritas, & deuotio Mo-  
 nachorum, seruatorum, ministrorumque numerus in spiritu  
 humilitatis, pace, & tranquillitate indies magis reficiebatur,  
 eorumque Ecclesiæ, Monasteria, Prioratus, aliaque loca reli-  
 giosa, & pia, ac bona spiritualia, & temporalia in melius di-  
 uino auxilio cooperante, maxima cum tranquillitate, & con-  
 cordiâ peragebantur, omniaque alia ad Deilaudem reparaban-  
 tur, & conseruabantur: cupiebat magnopere eidem Congre-  
 gationi Casin. in his, quæ secundum Patriæ, & Regionis diuer-  
 sitatem, sibi nouissent expeire, se conformare, ac propterea  
 pro parte dictorum Abbatis Generalis, ac aliorum Abbatum,  
 Priorum, Præsidentium, Abbatissarum, Monachorum, & Mo-  
 nialium, atque aliarum religiosarum personarum prædictarum  
 vtriusque sexus Ordinis, & Congregationis Sancti Benedicti  
 Vallisoletani, eidem prædecessori humiliter supplicato, vt  
 in hoc consentire, ac aliàs in præmissis opportunè provide-  
 re de benignitate Apostolicâ dignaretur: idem prædecessor,  
 qui religionis propagationem, ac diuini cultus augmentum in-  
 tensis desiderabat affectibus, attendens pariter exemplarem  
 vitam, ac vberes fructus, quos religiosa personæ dicti Ordi-  
 nis in Ecclesia Dei producebant, præfatos Abbatem Gene-  
 ralem, ac alios Abbates Priores, Præsidentes, Abbatissas,  
 Monachos, Moniales, & alias religiosas personas Monaste-  
 riorum, Prioratum, Conuentuum, & aliorum locorum  
 Ordinis, & Congregationis, Sancti Benedicti Vallisoleti  
 prædictorum, tam virorum, quàm mulierum, & eorum  
 singulas personas à quibuscumque excommunicationis,  
 suspensionis, & interdicti, ac aliis Ecclesiasticis sententiis,  
 censuris, & pœnis à iure, vel ab homine quauis occasione, vel  
 causâ latis, si quibus quomodolibet innodati existerent,

LXXXIII. PRIVILEGIUM.

ad effectum dumtaxat gratiæ consequendum absolvens, & ab-  
 solutos fore censens huiusmodi eorum supplicationibus incli-  
 natus, sub datâ videlicet sexto nonas Octobris, Pontificatus sui  
 anno nono Ordini, & Congregationi Sancti Benedicti Valli-  
 soleti huiusmodi, illiusq; Monasteriis, Prioratibus, membris, ac  
 aliis religiosiis locis, necnon Abbatibus, Prioribus, Præsidenti-  
 bus, Abbatibus Monachis, & Monialibus, & aliis personis reli-  
 giosis vtriusq; sexus, vti ipsi, & eorum Monasteria, Prioratus,  
 membra, ac loca prædicta, necnon omnes, & singuli alij Abba-  
 tes, Priores, Præsidentes, Abbatissæ, Monachi, ac Moniales, &  
 aliæ religiosæ personæ tam virorum, quàm mulierum, quorû-  
 uis aliorum Monasteriorum, Prioratuum, membrorum, & lo-  
 corum dicti Ordinis in Hispania, quæ tunc erant, & pro tem-  
 pore erigerentur, construerentur, & in quibus laudabiles ritus,  
 mores, & regularia instituta plantarentur, de cetero perpetuis  
 futuris temporibus, iuxta morem, & consuetudinem dictæ Cô-  
 gregationis Casinens. aliàs Sanctæ Iustinae, & ad instar eorum-  
 dem in iis, quæ secundum patrię, & regionis diuersitatem, Ab-  
 bati Generali pro tempore existenti Monasterij Sancti Benedi-  
 cti opidi Vallisoleti, ac Ordinis, & Congregationis, Palentini.  
 Diocesis. huiusmodi necnon Diffinitoribus in Capitulo gene-  
 rali eiusdem Congregationis Sancti Benedicti, per eandem Cô-  
 gregationem Sancti Benedicti, etiam pro tempore eligendis,  
 & existentibus, vel eorum maiori parti visum foret expedire  
 perpetuò regerentur, & gubernarentur, eorumq; regularibus  
 institutis se conformarent, quodq; Monasteria Prioratus mē-  
bra, & loca, ac Abbates, Priores, Præsidentes, Abbatissæ Mona-  
chi, & Moniales, ac aliæ religiosæ personę vtriusq; sexus Ord-  
nis, & Congregationis Sancti Benedicti Vallisoleti huiusmo-  
di, quæ tunc erant, & in futurum essent, omnibus, & singulis  
privilegiis, immunitatibus, præminentis, gratis, prærogati-  
uis, & indultis dictæ Congregationi Casinens. aliàs Sanctæ Iu-  
stinæ, eorumq; Monasteriis, Prioratibus membris, & locis, ac

Abbati-

2



Abbatibus, Prioribus, Præfidentibus, Abbatissis, Cōuentibus, Monachis, Monialibus, & aliis personis religiosis vtriusq; sexus, per Sedem Apostolicam pro tempore concessis, quorum tenores idem Leo haberi voluit pro expressis vtebantur, potiebantur, & gaudebant, vti, potiri, & gaudere liberè, & licitè possent, & valerent in omnibus, & per omnia perinde, ac si illa omnia de Congregatione, & Ordine Sancti Benedicti Vallisoleti in Hispania, illorumq; Monasteriis, Prioratibus, membris, & locis, ac Abbatibus, Prioribus, Præfidentibus, Abbatissis, Monachis, Monialibus, ac aliis personis præfatis, tam virorum, quam mulierum loquerentur auctoritate Apostolicâ concessit, & indulgit. Nec non, quia difficilè foret Abbatibus, Prioribus, Præfidentibus, Abbatissis, Monachis, Monialibus, & aliis personis prædictis Congregationis Sancti Benedicti Vallisoleti, & Ordinis huiusmodi omnia priuilegia, & indulta prædicta, & in singulis eorum Monasteriis, Prioratibus, membris, & aliis religiosi locis prædictis, & alijs vbi expediens foret de ferre, ostendere, & de illis originaliter docere, præfatus Leo prædecessor voluit, & præfata auctoritate Apostolicâ decreuit, quod eorum transumptis manualibus Notarij publici subscriptis, & sigillo alicuius Prælati in dignitate Ecclesiastica constituti munitis, ea prorsus fides vbilibet adhibeatur, quæ originalibus adhiberetur, si essent exhibite, vel ostensæ: non obstantibus cōstitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac Cōgregationis, & Ordinis prædictorum iuramento, confirmatione Apostolicâ, vel quauis firmitate alia reboratis, statutis, & consuetudinibus, priuilegijs quoq; & indultis, ac litteris Apostolicis dictis Congregationibus, & illarum personis concessis, quibus, etiã si pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumq; totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & indiuidua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales id importantes mentio, seu quauis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma seruanda foret, et ceteris prædecessor illorum omnium te-

## LXXIII. PRIVILEGIUM.

nores specialiter, & expresse derogavit, ceterisque, cōtrariis quibuscumque. Ne autem de concessione, & indulto, ac voluntate, decreto, & derogatione prædictis, pro eo quod super illis dicti Leonis prædecessoris litteræ, eius superueniente obitu, cōfectæ nõ fuerunt, valeat quomodolibet hæsitari, ipsiq; Generalis, & alij Abbates, ac Priores Monachi, & Conventus, necnon Abbatissæ, & Moniales, & personæ dictæ Congregationis illorum frustrentur effectu, volumus, & eadem Apostolicâ authoritate decernimus, quod concessio, indultum, voluntas, decretum, & derogatio huiusmodi perinde à dicta die sexto nonæ Octobris suum sortiantur effectum, ac si super illis ipsius Leonis prædecessoris litteræ sub eisdem diei datis cōfectæ fuissent, prout superius enarratur: quodq; præsentis litteræ ad probandum plenè concessionem, & indultum, voluntatem, & decretum, & derogationem huiusmodi, ubiq; sufficiant, nec ad id probationis alterius adminiculum requiratur. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, sub annulo Piscatoris, die vigesima sexta Nouembris, Millesimo, Quingentesimo, Vigesimo tertio, Pontificatus nostri Anno Primo.

### OCTVAGESIMVM QVARTVM.

Indultum Clementis Papæ VII. concessum Congregationi Sancti Benedicti Vallisoletani. Anno Dominicæ Incarnationis 1526.

### SVMMARIVM INDVLTII.

Potest Congregatio celebrare festum Translationis S.P.N. Benedicti absque scrupulo.

NOS

**N**OS Aegidius, tituli Sancti Matthæi, Sæctæ Romanæ  
 Ecclesiæ presbyter Cardinalis. Vniuersis, & singulis  
 præsentibus in specturis fidem facimus, & attestamus. Quatenus  
 postquam Sanctissimo Domino nostro, Domino Clementi di  
 uinâ prouidentia Pape VII. exposuimus: Quod licet Congre  
 gatio Sæcti Benedicti Vallisoleti de obseruantia, Ordinis eius  
 dem Sancti Benedicti, ex antiqua consuetudine solita sit cele  
 brare festum Translationis corporis eiusdem Sæcti Benedicti,  
 quam Sanctus Antoninus Archiepiscopus Florentinus descri  
 bit, quia tamen ab aliquibus, præsertim Monachis dicti Ord  
 nis citra Montanis asseritur, corpus eiusdem Sancti Benedicti  
 nunquam fuisse translatum, & super hoc à felicis recordatio  
 nis Urbano Papa II. Bulla declaratoria, & huiusmodi celebra  
 tionis prohibitoria emanasse dicitur: dicta Congregatio deside  
 raret absque omni conscientia scrupulo in sua consuetudine  
 festum Translationis Sancti Benedicti huiusmodi celebrandi  
 liberè, & licitè remanere posse, ac propterea eidem Sanctitati  
 suæ super hoc humiliter supplicauerimus, Sanctitas sua prou  
 idè attendens huiusmodi negotium Orthodoxam Fidem nõ  
 tangere, eidem Congregationi, vt in dicta consuetudine sua  
 festum Translationis Sancti huiusmodi celebrandi remanere  
 possint, ac festum Tráslationis huiusmodi, prout hætenus cele  
 brarunt absque omni conscientia scrupulo liberè, & licitè ce  
 lebrare valeant, donec aliud per Sedem Apostolicam in con  
 trarium fuerit decretum: factò nobis de super viua vocis oracu  
 lo concessit pariter, atque indulsit: præmissis, & quibusuis  
 aliis contrariis non obstantibus. In quorum fidem, & testimo  
 nium præsentibus manu nostra propria subscripsimus, nostròq;  
 paruo sigillo comúnni fecimus. Romæ in Palatio Apostoli  
 co, die Mercurij, vicesima quarta Ianuarij, Anno à Natiuitate  
 Domini, Millesimo, Quingentesimo, Vigesimo sexto, Pontifi  
 catus præfati Sæctissimi Domini nostri, Anno tertio. F. A. E. Car  
 din. Patriarchæ.

LXXXV. PRIVILEGIUM.  
Clementis Papæ VII. concessum Congregationi  
Sancti Benedicti Vallisoletani, Anno Do-  
minicæ Incarnationis 1530.

SUMMARIVM PRIVILEGII.

- 1 In distributionibus, & partitionibus decimarum, sub-  
sidiorum, & aliorum onerum auctoritate Apostoli-  
câ impositorum, & imponendorum, seu illorum taxa  
facienda, Monachi, prout eos concernit, in futurum per  
Ordinarios, & Capitula, siue distributores, aut taxa-  
tores ad quos spectat, vocari, & audiri debent, ac  
taxationibus, & distributionibus interesse, & aliter  
facta, in his, quæ spectant ad eos, qui vocari, & audi-  
ri non fuerint, nullius sint roboris, ac ad illarum solu-  
tionem non teneantur.
- 2 Iudices executores Episcopus Oveten. Prior Sancti Au-  
gustini Vallisoletani, & Prior Sancti Dominici  
Compostellani.

¶ Dilectis filiis Generali, & aliis Abbatibus, ac Prioribus, &  
Præsentibus, necnon Abbatissis, & Priorissis Monasteriorum,  
Prioratum, & aliorum regularium locorum, tam Monacho-  
rum, quam Monialium Ordinis Sancti Benedicti, Congrega-  
tionis Monasterij eiusdem Sancti Benedicti Vallisoleti dicti  
Ordinis, Palentin. Diocesis.

CLEMENS Papa VII. Dilecti filij, Salutem, & Apo-  
stolicam Benedictionem. Deuotionis augmentum vobis  
Deo

Deo propicio peruenire speramus, si in his vobis fauorabiliter assistamus, per quæ indemnitatibus vestris prouideatur. Cum itaq; sicut nobis nuper exponi fecistis, licet vos ratione vestrorum Monasteriorum, Prioratum, & locorum regulariû decimas, subsidia, & alia onera, in partibus illis Apostolicâ auctoritate pro tēpore imposita hætenus libenter persolueritis, & in futurû persoluere, prout vos tãgit intēdatis: nihilominus diuisiones, seu distributiones, calculi repartitiones nūcupatas, decimarum, subsidiorum, & onerum huiusmodi per locorum Ordinarios, & seu Capitula Cathedralium Ecclesiarum, in quorum ciuitatibus, & Diocesi. Monasteria Prioratus, & loca regularia vestra consistunt, quandoq; nō vocatis quorum interest, fiant in repartitionē ipsam distributores, & partitores, non habita notitiâ, seu vera informatione fructuum, & onerum Ordinariorum, Monasteriorum, Prioratum, & regularium locorum huiusmodi, quæ parte non audita debitè haberi non potest Monasteria, Prioratus, & loca eadem plerumq; adeo grauent, vt Abbates, seu Priores, aut Abbatissæ, seu Priorissæ, ac Conuentus nonnullorum ex Monasteriis, Prioratibus, & locis ipsis onera sibi impartita vix supportare possunt, & si quod in distributione, & repartitione decimarum, subsidiorum, & onerum eorundem pro tempore facienda, vos per locorū Ordinarios, & Capitula huiusmodi, seu distributores, & partitores per eos, vel alios deputatos pro tempore vocari deberetis, & audiiri decerneretur, profecto ex hoc erroribus partitionum, & grauaminibus huiusmodi opportunè obuiaretur: vosq; compartita vobis onera libētius persolueretis, ac debito iustitiæ, quæ in omni actu eos, quorum interest, vocari exigit, legitimè satisficeret, nobis humiliter supplicari fecistis, vt vobis in præmissis, ex iustitiæ debito, prouidere de benignitate Apostolicâ digna remur. Nos igitur, qui religioni deditos, vt à grauaminibus & dispendiis releuentur nostri ministerij partes libenter impartimur, huiusmodi supplicationibus inclinati, quod de ce-

- 1 tero perpetuis futuris temporibus, in distributionibus, & partitionibus decimarum, subsidiorum, & aliorum onerum dicta auctoritate pro tempore impositorum, & imponendorum, seu illorum taxâ faciendâ, vos, prout singulos vestrum tangit, & concernit in futurum per Ordinarios, & Capitula, siue distributores, & partitores, aut taxatores huiusmodi, ac alios, ad quos spectat, seu spectabit pro tempore vocari, & audiri, ac taxationibus, partitionibus, & distributionibus interesse debeatis, & taxationes, ac distributiones ipsæ aliter pro tempore factæ, in his, quæ ad eos, qui vocati, & auditi nõ fuerint spectat, nullius sint roboris, vel momenti, ac nõ vocati ad illorũ solutionem non teneantur, nec ad id à quoquam compelli possint: sicq; per quoscumque Iudices tam ordinarios, quàm delegatos, etiam caussarum Palatii Apostolici Auditores, & S. R. E. Cardinales, sublatâ eis, & eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, declarandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, iudicari, declarari, & diffiniri debere, ac quidquid secus super iis à quoquã, quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari irritum, & inane decernimus, Quo
- 2 circa Venerabili fratri Episcopo Oueten. & dilectis filiis Sæcti Augustini, opidi Vallisoleti Palenti. Dioc. ac Sæcti Domini extramuros Compostella. Monasteriorum per Priores gubernari solitorum Prioribus per præsentés committimus, & mandamus, quatenus ipsi, vel duo, aut vnus eorum per se, vel aliũ, seu alios præsentés litteras, & in eis cõtenta quæcũq; vbi, & quando opus fuerit, ac quotiês pro parte vestra desuper fuerint requisiti, solemniter publicantes, vobisq; in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes, faciãt auctoritate nostra decretum huiusmodi firmiter obseruari: non permittetes vos desuper contra illius tenorẽ per Ordinarios, seu Capitula, aut distributores, & partitores præfatos, seu quoscũq; alios desuper quomodolibet molestari, contradictores quoslibet, & rebelles per césuras, & pœnas Ecclesiasticas, ac etiã pecuniarias

eorū arbitrio moderandas, appellatione postpositâ cōpescendo. Nos enim eisdē Episcopo, & Prioribus quoscūq;, quorum intererit citā. à quibus, & quotiens inhibendū fuerit, etiā sub censuris, & pœniseorū arbitrio imponendis, & moderandis inhibendi, & in euentum non partitioniseos censuras, & pœnas ipsas incurrisse declarandi, illasq;, aggrauādi, & reaggrauandi: necnon super factis hactenus repartitionibus in præiuditiū vestrum, citatis citandis, cognoscendi, & illas ad debitum finem, prout iuris fuerit reducendi, ac desuper iusticiam ministrandi, & quidquid decreuerint sub similibus censuris, & pœnis exequendi, vosq;, simpliciter, vel ad cautelam, prout iustum fuerit absoluendi, & interdicta relaxandi, & alia in præmissis, & circa ea necessaria faciendi, plenā, & liberam facultatē concedimus per præsentēs. Non obstantibus præmissis, ac felicis recordationis Bonifacij Papæ VIII. prædecessoris nostri de vna, & Concilij generalis de duabus dictis in Concilio generali edita, dummodo vltra tres dietas aliquis auctoritate præsentium non trahatur, & quibusuis aliis constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ceterisq;, contrariis quibuscumq;: aut si Ordinariis, Capitulis, distributoribus, & partitoribus præfatis, vel quibusuis aliis communiter, vel diuisim à dicta sit Sede indultum, quod interdicti, suspendi, vel excommunicari non possint per litteras Apostolicas, non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionē. Datis Romæ apud Sanctum Petrum, sub annulo Piscatoris. Die octaua Decembris, Millesimo, Quingentesimo Trigesimo. Pontificatus nostri Anno octauo.

## LXXXVI. PRIVILEGIUM

Pauli Papæ III. concessum Congregationi Sancti  
Benedicti Vallisoletani. Anno Domini-  
nicæ Incarnationis 1535.

Y 2

SUMMA

LXXXVI. PRIVILEGIUM  
SUMMARIVM PRIVILEGII.

1. Confirmat privilegia, immunitates, exemptiones, libertates, gratias, & indulta concessa Congregationi tam per Summos Pötifices, & Sedem Apostolicã, quã per Reges Hispaniarum, & Portugalia, & alios Principes concessa, quatenus sunt licita, & honesta, & in viridi observantia existunt, & supplet omnes tam iuris, quã facti defectus, si qui forsan interseruerunt in iis, quæ a Sede Apostolicã non emanarunt.
2. Sunt Iudices Cõservatores Episcopus Vigornien. ac Prior Sancti Augustini, & Præceptor Beata Maria de Mercede opidi Vallisoleti.

PAVLVS Papa III. ad perpetuam rei memoriam. Cũ sicut exponi nobis nuper fecerunt Dilecti filij modernus Abbas Monasterij Ordinis Sancti Benedicti de observantiã nuncupati opidi Vallisoleti Patenti. Diocesis totius Congregationis dicti Ordinis in Regnis Hispaniarum Reformator Generalis, ceterique Abbates, Priores, & Præsidentes eiusdem Ordinis, quam plura privilegia, immunitates, exemptiones, libertates, facultates, gratiæ, concessiones, & indulta eidẽ Congregationi, illorumq; Abbatibus, & Conuentibus, Prioribus, Præsidentibus, Fratribus, Cõuertis, Donatis, & aliis vtriusque sexus personis, ac domibus, & Ecclesiis tam per diuersos Romanos Pontifices prædecessores nostros, & nos, ac Sedem Apostolicam, etiam per modum extensionis, seu communicationis, quã per alios inferiores Prælatos, necnon



clara memoriarum Hispaniarum, & Portugaliarum Reges, & alios  
 Principes concessu sunt, cupiantque Abbates, Priores, ac Præsiden-  
 tes huiusmodi priuilegia, immunitates, exemptiones, facultates,  
 gratias, concessiones, & indulta huiusmodi pro illorum sub-  
 sistentiâ firmiori per nos approbati, & confirmari, & propterea  
 Abbates, Priores, ac Præsidentes prædicti nobis humiliter sup-  
 plicari fecerunt, ut eorum votis annuere, ac aliâ in præmissis  
 opportunè prouiderè de benignitate Apostolicâ dignaremur.  
 Nos tranquillum, & felicem dictæ Congregationis, & eorum-  
 dem Monasteriorum statum sinceris cupientes affectibus, ip-  
 sorum Generalis Reformatoris, Abbatum, Priorum, & Præsiden-  
 tium in hac parte supplicationibus inclinati, priuilegia immu-  
 nitates, exemptiones, libertates, facultates, gratias, concessiones  
 prædicta quomodolibet, ut præfertur, concessa, quatenus licita,  
 & honesta, & in viridi obseruatiâ existunt, auctoritate Apo-  
 stolicâ tenore præsentium approbamus, confirmamus, & inno-  
 uamus, ac præsentis scripti patrocinio communimus, supple-  
 tes omnes, & singulos tam iuris, quàm facti defectus, si qui for-  
 san in his, quæ à Sede Apostolicâ non emanarunt, interuerint  
 in eisdem. Mandantes quoque venerabili fratri nostro Episcopo  
 Vigornien. ac dilectis filiis Priori S. Augustini per Priorem,  
 & Præceptori B. Mariæ de Mercede, Redemptionis Captiuo-  
 rum, opidi Vallisoletani dictæ Diocesis, per præceptorem gubernari-  
 solitorum Monasteriorum, quatenus ipsi, vel duo, aut vnus  
 eorum per se, vel alium, seu alios Abbatibus, Prioribus, Præsiden-  
 tibus, Conuentibus, Domibus, Ecclesiis, Monachis, & personis  
 præfatis in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes  
 faciant eos priuilegiis, immunitatibus, exemptionibus, indultis,  
 & aliis huiusmodi pacificè frui, & gaudere, non permittentes  
 eos desuper per quoscunq; quomodolibet indebitè mole-  
 stari, impediri, vel perturbari: contradictores quoscunq; & rebel-  
 les per censuras, & poenas Ecclesiasticas, & alia opportuna iuris  
 remedia appellatione postpositâ compescendo, & censuras ip-

## LXXXVII. PRIVILEGIUM.

fas etiam iteratis vicibus aggrauando, inuocato etiam ad hoc si opus fuerit auxilio brachij secularis: Non obstantibus se. re. Bonifacij Papæ VIII. etiam prædecessoris nostri de vna, & generalis Concilij de duabus dietis, dum modo ultra tres dietas, quis vigore præsentium ad iudicium nõ trahatur, & quibusuis alijs constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac omnibus illis, quæ prædecessores prædicti in litteris concessionum priuilegiorum huiusmodi voluerunt non obstare, ceterisque; contrariis quibuscunq; Aut si aliquibus communiter, vel diuisim ab Apostolicâ sit Sede indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per litteras Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Ceterum, quoniam difficile foret præsentem litteras ad singula quæque loca, vbi opus fuerit, deferre, volumus, quod earum trãsumptis manu Notarij publici, subscriptis, & sigillo alicuius personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus fides adhibeatur in iudicio, & extra, quæ eidem præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datis Romæ apud Sanctum Petrum, sub annulo Piscatoris Die septima Februarij, Millesimo, Quingentesimo, Trigesimo quinto, Pontificatus nostri Anno primo.

## OCTVAGESIMVM SEPTIMVM.

Indultum Pauli Papæ III. viuæ vocis oraculo concessum Congregationi Sancti Benedicti Vallisoletani. Anno Dominicæ Incarnationis 1537.

## SVMMARIVM INDVLTII.

1 Persona Congregationis, quando, & quoties Superioribus expedire videbitur diebus, quibus usus carniū ceteris

do ceteri fidelibus nō est inter dictus caribus in quibus-  
cumque locis, etiam in refectoriis vesci possunt.

2. Possunt exire Monachi quando expedire videbitur  
Superioribus.

3. Hec omnia fiant de consensu, et consilio Capituli ge-  
neralis, cui reservata est facultas revocandi, seu alie-  
randi has licentias.

**A**NTONIVS Miseratione diuina, tituli Sāctorum  
quatuor Coronatorum, presbyter Cardinalis. Dilectis in  
Christo Abbati Mōnasterij Sancti Benedicti opidi Vallisoleti,  
Ordinis eiusdem Sancti, Palentiū. Dicecef. Congregationis Sā-  
cti Benedicti Vallisoleti nuncupatæ, eiusdem Ordinis Genera-  
li, ac Abbatibus, Præsidentibus, Prioribus, & aliis Prælati-  
s Monasteriorum nunc, & pro tempore existentium dictæ Congre-  
gationis pro tempore existentibus, Salutē in Domino. Ex par-  
te vestra fuit propositum coram nobis, quod licet super esu car-  
nium, & exitu Mon. & aliis, quæ de substantialibus regulæ, si-  
ue Monachatus non sunt, possit tam de iure, quàm iuxta Regu-  
lariâ ipsius Ordinis instituta Abbas cum suis Monachis, cum  
id expedire cognoscit dispensare, seu illis licentiam concedere;  
quia tamen in Monasteriis dictæ Congregationis forsan ab  
illius institutione, & ipsorum Monasteriorum illi applicatio-  
ne illorum Monachi præterquam in infirmaria caribus ves-  
ci non consueverunt, & votum perpetuæ clausuræ emittunt,  
& super his in dicta Congregatione diuersa statuta, siue aliæ  
dispositiones forsan facultatem Prælatorum limitantia, seu au-  
ferentia edita forsan reperiantur, seu aliàs dubitatis cum eisdem  
Monachis, vt carnes præsertim in refectoriis comedere, & clau-  
surâ Monasterij extra nōnullos casus vobis indultos exire vale-  
ant dispensare posse, verum cū in dicta Cōgregatione nōnulla

## LXXXVII. PRIVILEGIUM

reperiantur Monasteria, quae pisces commodè habere, vel ob eorum tenuitatem fructuum illose mere quandoq; non possunt, & aliqua in tali loco, siue regione sita sint, quod assiduus piscium efusus diuersas quandoq; generat infirmitates, praesertim his temporibus, quibus nedum merita, sed corpora defecerunt, & quandoq; contingit nonnullos religiosos, quandoq; ob eorum debilitatem, quandoq; ob alias causas mutatione aëris, siue recreatione aliqua indigere, ac propterea, aut alias, vt ad tempus Monasterium exeant expedire, si vobis quoties, & cū quibus Monasteriis id expedire videritis, cum illis, vt carnes etiam in refectoriis comedere, & clausuram Monasteriorum exire valerent dispensandi facultas concederetur, profecto ex hoc vestris, & dictae Congregationis, ac illius Monasteriorum, & personarum conscientis, necessitatibus, & commoditatibus non modicum consulatur: quare supplicari fecistis humiliter vobis super his per Sedem Apostolicam de opportuno remedio misericorditer provideri. Nos igitur attendentes non satis expedire esse Praelatis regularibus, quominus cum suis in his, quae humanorum corporum fert miseria quotiens id viderint expedire misericorditer, & pie agendi facultatem restringere, vestrisq; in hac parte supplicationibus inclinati, auctoritate Domini Papae, cuius Poenitentiarum curam gerimus, & de eius speciali mandato super hoc viue vocis oraculo nobis facto, vobis, vt tam pro euitandis agritudinibus, & sanitate conseruanda, quam alias quando, & quotiens id vobis expedire videbitur Monachis, & aliis personis, ac Couentibus Monasteriorum, & aliorum regularium locorum Cōgregationis vestrae huiusmodi videlicet, tu Abbas Generalis in tota Congregatione, & vos alij Abbates, Priores, Praesidentes, & Praelati in Monasteriis vestris, vt diebus, quibus efuscarnium ceteris Christi fidelibus ex praeepto vniuersalis Ecclesiae non est interdictus, carnibus, in quibuscunque locis, etiam in Monasteriorum, & regularium locorum huiusmodi refectoriis perpetuo, vel ad tempus assidue,

vel

2 vel aliquibus anni temporibus vefci, & Monasteria ipfa exire,  
 & per tempus, de quo expedire videbitis extra illa permanere  
 3 liberè, & licitè valeant: de confilio tamen, & confenfu Capituli  
 generalis dictæ Congregationis, cui difpenfationes, & licentia  
 huiusmodi pro tempore de ipfius Capituli affenfu concessas,  
 quotiens eidem Capitulo expedire videbitur reuocâdi, limitandi,  
 & alterandi facultatem referuamus, difpenfare, ac licentiã  
 concedere liberè, & licitè valeatis, ac quilibet veftrum valeat,  
 tenore præfentium perpetuò indulgemus, ac licentiam, & liberam  
 concedimus facultatem. Non obftantibus conftitutionibus, & ordina-  
 tionibus, & ordinationibus Apoftolicis, nec non Monafteriorum  
 Congregationis, & Ordinis prædictorum, etiam in Provincialibus,  
 vel Generalibus Capitulis editis, prædictis, & alijs ftatutis,  
 & Confuetudinibus, etiam iuramento, confirmatione Apoftolicâ,  
 vel quauis firmitate alia roboratis, ipfisq; Ordinis fundatione,  
 & regulâ, fiue institutis regularibus, priuilegijs quoque indultis,  
 & litteris Apoftolicis illis concessis, quorum cûque tenorũ  
 exiftant, ceterisq; contrarijs quibuscunq; Datis Romæ, apud  
 Sanctum Petrum, fub figillo officij Pœnitentiariæ, octauo Idus  
 Februar. Pontificatus Domini Pauli Papæ III. Anno tertio.

LXXXVIII. PRIVILEGIUM

Iulij Papæ III. concessum Congregationi Sancti Benedicti Vallisoletani. Anno Domini-  
 nicæ Incarnationis 1555.

*SUMMARIVM PRIVILEGII.*

1 Prohibet Monachis absque Superiorum licentiã retinere, & expendere pecunias, eligere Confessores, audire confessiones regularium, siue secularium, non obstan-

LXXXVIII. PRIVILEGIUM.

*ibus quibuscumque concessionibus Apostolicis in cō-  
muni, vel in particulari obtentis, vel obtinendis.*

- *Mandat Superioribus, ut circa licentiam eligendi Cō-  
fessorem, & in relaxandis casibus, sibi reservatis, cum  
requisiti fuerint, morosi non sint, aut difficiles.*

**I**VLIVS Papa, III. ad futuram rei memoriam. Dilectis  
filiis Abbati Generali ceterisq; Abbatibus Congregationis  
Sancti Benedicti Vallisoleti Ordinis eiusdem, regularis obser-  
vantiae pro tempore existentibus, Salutem, & Apostolicam Be-  
nedictionem. Suadet religionis honestas, ut illius professores  
in suo solito statu permanere valeant, omnis dissentienti, & ab  
instituti regularibus suorum Ordinum deviandi occasio pe-  
nitus subleuetur. Exponi nobis nuper fecistis quod licet iuxta  
privilegia, & indulta Apostolica eidem Congregationi con-  
cessa personae ipsius Congregationis confessionalibus, vel in dol-  
gentiarum litteris, etiā per Sedem Apostolicam pro tempore cō-  
cessis, nisi de vestro consensu, & eo durante gaudere non pos-  
sint. Nonnulli tamen ipsius Congregationis professores con-  
fessionalibus, ac aliis litteris, eis, ut asserunt per Sedem eandem,  
seu illius auctoritate concessis, aut ab illa emanatis, vel potius  
extortis absq; ipsius Abbatis Generalis pro tempore existēti cō-  
sensu gaudere, & illis uti praesumunt, in animarum suarum pe-  
riculum, ac scandalum plurimorum, & professionis regularis  
detrimentum non modicum: quare pro parte vestra nobis fuit  
humiliter supplicatum, ut privilegia, indulta, ac gratias huius-  
modi, ac litteras Apostolicas de super confectas approbare, &  
innouare, ac de nouo concedere, ac aliās in praemissis oportu-  
nè providere de benignitate Apostolicā dignaremur. Nos igitur,  
qui cunctos fideles praesertim religioni deditos in semita  
virtutis perseverare, prout possumus continuè procuramus,  
attendentes conueniens esse, ut quaelibet pars suo toti conformis  
existat, privilegiorum indultorum, gratiarum, & litterarū  
huiusmo-

huiusmodi veriores tenores presentibus pro expressis habentes, huiusmodi supplicationibus inclinati, privilegia, indulta, gratias, & litteras huiusmodi auctoritate Apostolicâ per presentes approbamus, & innovamus, ac de noue cõcedimus, nec nõ omnes, & singulas in munitates, & à præceptis, & obedienciâ suorum Prælatorum, & alias exceptiones, & absq; Superiorum suorum licentia retinendi, & expediendi, vel pecunias, ac Cõfessores eligendi, & tam secularium, quàm regularium confessiones audiendi, eosq; in casibus eisdem Superioribus reservatis absoluendi, ac omnes, & singulas alias similes, vel dissimiles facultates, & de super tam in forma Breuis, quàm sub plumbo cõfetas litteras, tam à nobis, seu etiam de mandato nostro, etiã viuæ vocis oraculo, aut prædecessoribus nostris Roman. Pontificibus, ac dicta Sede, seu illius Nuntiis, & Legatis, etiam de latere, quàm etiã à maiori Pœnitentiario sub quibuscumq; tenoribus, & formis, & cū quibusvis, etiam derogatoriis, derogatoriis, aliisq; efficacioribus, & in solitis clausulis, ac irritatibus, & aliis decretis, ac aliis quomodolibet, etiam ex quibusvis causis, & ad quorumcumq; instantiam tam in genere, quàm in specie, etiam per viam extensionis, seu communicationis, tam coniunctim, quàm diuisim, quibusvis ipsius Ordinis vtriusq; sexus professoribus, seu illius tam virorum, quàm mulierum Monasteriis, & aliis locis hætenus quomodolibet, etiam motu proprio absque ipsius Abbatis Generalis, & Superiorum suorum consensu cõcessas, quas vitæ, & obedienciæ regularibus aduersari, aut illas lædere, seu ipsius Abbatis Generalis, & aliorum Prælatorum prædictorum auctoritatẽ infringere, & si ipse Abbas Generalis eas reuocãdas esse iudicauerit dicta auctoritate Apostolicâ per easdem presentes reuocamus, cassamus, & annullamus, ac præuocatis, cassatis, & annullatis, & nõ cõcessis haberi volumus, & si quas de cetero similes, vel dissimiles facultates, & exceptiones, & gratias absque Protectoris, aut Vice protectoris, seu dicti moderni, & pro tempore existentis Abbatis Generalis dictæ Congregationis, aut

success-

## LXXVIII. PRIVILEGIUM.

successorum suorum consensu concedi, aut emanari contige-  
 rit, nullius roboris, vel momenti fore, & esse, nullisq; suffragari  
 posse, ac presentes, & quæuis alia privilegia facultates, & indul-  
 ta, ac gratias Apostolicæ eidem Congregationi concessa, sub  
 quibusuis reuocationibus, suspensionibus, ac derogationibus  
 similium, vel dissimilium gratiarum, etiam in fauorem fabri-  
 cæ Basilicæ Principis Apostolorum de Vrbe, ac Cruciatæ san-  
 ctæ, etiam per nos, & successores nostros, etiã motu simili pro-  
 tempore factis nullatenus comprehensas, sed semper ab illis ex-  
 ceptas, & quoties illæ emanabunt, toties in pristinum, & eum,  
 in quo antea erant statû restituta esse, & censi, sicq; per quos-  
 cumq; iudices, & personas quauis auctoritate fungentes subla-  
 tâ eis, & eorum cui libet quauis aliter iudicandi, & interpretan-  
 di facultate, & auctoritate iudicari, & interpretari, atq; de diffi-  
 niri debere, ac irritum, & inane quicquid secus super his à quo-  
 quã quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attē-  
 tari, decernimus. Mandantes dilectis filiis Abbatibus, & Præla-  
 tis dictæ Cōgregationis, quatenus circa licentiam eligendi cō-  
 fessorem, & in relaxandis casibus, sibi reseruatis, & concessis cū  
 2 requisiti fuerint morosi non sint, neque difficiles, & præsentis  
 in eorum Congregatione, & Capitulo, Ecclesiis, Monasteriis,  
 Conuentibus, & locis publicent, & publicari faciant. Non ob-  
 stantibus præmissis, ac quibusuis constitutionibus, & ordina-  
 tionibus Apostolicis, ac privilegiis, indultis, & litteris Aposto-  
 licis, etiam in forma Breuis per quoscumq; Roman. Pontifices  
 prædecessores nostros, ac etiam nos, & Sedem prædictam, seu  
 nostros, & eiusdem Sedis Nuntios, vel Legatos, etiam de latere,  
 ac Pœnitentiariã nostram, sub quibuscumq; tenoribus, & for-  
 mis, aut cū quibusuis clausulis, & decretis quomodolibet etiã  
 motu, & scientiã similibus, ac de Apostolicæ potestatis pleni-  
 tudine, etiã iteratis vicibus concessis, approbatis, & innouatis:  
 quibus oñibus etiam si pro illorum sufficienti derogatio-  
 ne, de illis eorum quæ totis tenoribus specialis specifica, & ex-  
 pressa



pressa mētio habenda foret, illorum tenores, ac si de verbo ad verbum insererentur, præsentibus pro sufficienter expressis habētes, illis aliās in suo robore permāsuris, hac vice dumtaxat specialiter, & expressè derogamus, ceterisq; cōtrariis quibuscumq;. Volumus autem, & dicta Apostolicā auctoritate decernimus, quod præsentium trāsumptis manu alicuius Notarij publici subscriptis, & sigillo alicuius curiæ Ecclesiasticæ, seu personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadē prorsus fides adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datis Romæ apud Sanctum Petrū, sub annulo Piscatoris. Die quarta Martij, Millesimo. Quingentesimo, Quinquagesimo quinto. Pontificatus nostri Anno sexto.

## OCTVAGESIMVM NONVM.

Indultum Pauli II. concessum Congregationi  
Sancti Benedicti Vallisoletani. Anno  
Dominicę Incarnationis

1544.

## SUMMARIVM INDVLTII.

*Plenaria absolutio à peccatis, & censuris, & dispensatio ab irregularitatibus, primâ die Lune Quadragesima.*

**N**O S Antonius miseratione Diuinâ, Episcopus Sabinenſi. Sacrosanctę Romanę Ecclesię Cardinalis Sanctorum quatuor nuncupatus. Dilectis in Christo Generali, & aliis Abbatibus, Prioribus, Præsidentibus, ac aliis religioſis personis Congregationis Vallisoletani nuncupatę Ordinis Sancti  
Benedi-

LXXXIX. PRIVILEGIUM

præsentes fidè facimus, & attestamus, quod nuper exposito per nos pro parte vestra S. D. N. Paulo diuina prouidètia Papæ III. quod Abbates Priores, & Præsidentes dictæ Cõgregationis, siue eorù Vicarij, seu Locatenètes à tempore, de cuius initio memoria hominù non existit, annis singulis prima die Lunæ Quadragesimæ omnes, & singulas vtriusq; sexus personas religiosas, ac Donatos, & Eremitas eiusdem Congregationis, & sub eorù cura existentes ab eorum omnibus peccatis, ac censuris, & pœnis propterea incurfis, etiã in casibus quantumcùq; Sedi Apostolicę reseruatis, absoluere cõsueuerant, & tamè litteras Apostolicas, aut aliud fundamentù facultatis absoluendi huiusmodi nõ reperiebant, seu qua facultate suffulti id facerent ignorabant, idè Dominus Paulus ad supplicationem nostram pro animi vestri quiete, & spiritali consolatione suæ viuæ vocis oraculo super hoc nobis factõ Abbatibus, Prioribus, Præsidentibus, & aliis Prælatis dictæ Congregationis eorumq; Vicariis, & Locatenètibus dictã facultatem annis singulis prima die Lunæ Quadragesimę omnes, & singulas vtriusq; sexus personas religiosas, ac Donatos, & Eremitas præfatæ Congregationis, & sub eorù cura existentes ab omnibus eorum peccatis, ac censuris, & pœnis propterea incurfis, etiam in casibus quantumcumq; Sedi Apostolicę reseruatis, vt præfertur absoluendi, prout hætenus ea vli fuerunt de nouo concessit, attento, quod absolutio huiusmodi est in foro conscientię tantum, & pro personis religiosis, & sit intus regularia loca ipsius Congregationis, & vna tãtum die singulis annis. In quorum fidem, & testimonium præsentès litteras manu nostra subscriptas fieri, & sigillo nostro muniri iussimus. Datis Romæ in ædibus nostris, Anno à Natiuitate Domini Millesimo, Quingentesimo, Quadragesimo quarto. Die verò Decima quarta mensis Aprilis. Pontificatus præfati Domini Papæ, Anno decimo.

## NONAGESIMVM.

Indultum Pauli Papæ III. concessum Congregationi Sancti Benedicti Vallisoletani. Anno Dominicæ Incarnationis

1545.

## SUMMARIVM INDVLTII.

*Singulis annis prima die Luna Quadragesima omnes, & singula persone vtriusque sexus Congregationis intra septa Monasteriorum, seu aliorum regularium locorum absoluantur à suis Superioribus, ab omnibus, & singulis eorum peccatis, ac sententiis, censuris, & pœnis ab ipsis quomodo libet incurfis, & etiam à casibus Sedi Apostolicæ reservatis, exceptis contentis in Bulla Cœna Domini, & ipsi Superiores valeant dispensare cū illis super quibusuis irregularitatibus, per eos pro tempore, quavis occasione, vel caussa contractis, prout hactenus consuetum est in Congregatione observari.*

¶ Dilectis filiis Reformatori Generali, Abbatibus, ac Prioribus, & Præfidentibus Ordinis, & Congregationis Sancti Benedicti Vallisoleti Palentiñ. Dioeces.

PAVLVS Papa III. Dilecti filij, Salutem & Apostolicam Benedicti onem. Exponi nobis nuper fecistis, quod licet vos, seu Vicarij, aut Locumtenètes vestri ex privilegio Apostolico, & à tanto tēpore, quod eiusinitij hominū memoria nō existit consueveritis singulis annis prima die Lunæ Quadragesimæ omnes, & singulas vtriusq; sexus personas, Ordinis, &

Con-

## XC. PRIVILEGIUM.

Cógrégationis Sancti Benedicti Vallisoleti Palentiñ. Diocesis Religiosas, ac Ordini, & Congregationi huiusmodi Oblatas, seu Donatas, necnon Eremitas, sub cura vestra existétes, vt maiori cum animi hilaritate, & serenitate Altissimo famulari possint ab omnibus, & singulis eorum peccatis, ac sententiis, censuris, & pœnis per eos quomodolibet incurtis, etiam in casibus Sedi Apostolicæ quantûlibet reseruatís absolueré, & cum eis super quibusuis Irregularitatibus dispensare. Nihilominus cû de Privilegio Apostolico huiusmodi alias, quàm per immemorabile consuetudinê prædictâ docere minimè possitis, nobis humiliter supplicari fecistis, vt vobis pro maiori vestrarum, & horum, qui à vobis pro tempore absoluuntur, & cum quibus per vos dispensatur conscientiarum serenitate, quod personas huiusmodi absolueré, & cum eis dispensare (vt præfertur) Apostolicâ auctoritate possitis facultatem concedere, aliâsq; vobis in præmissis opportunè providere de benignitate Apostolicâ dignemur. Nos igitur, qui singulorum salutem paternè zelamus affectu huiusmodi supplicationibus inclinati, vobis, quod stante immemorabili consuetudine huiusmodi, etiam de cetero perpetuis futuris temporibus, singulis annis, primâ die Lunę Quadragesimæ huiusmodi omnes, & singulas vtriusque sexus personas Ordinis, & Congregationis prædictorum religiosas, ac eisdem Ordini, & Congregationi Oblatas, seu Donatas, necnon Eremitas, sub cura vestra existentes intra septa vestrorum, seu ipsorum pro tempore absoluendorum Monasteriorum, seu aliorum regularium locorum ab omnibus, & singulis eorû peccatis, ac sententiis, censuris, & pœnis per eos pro tempore quomodolibet, incurtis, etiam in casibus dictæ Sedi quomodolibet reseruatís, exceptis contentis in Bulla, quæ in die Coenæ Dominis solita est legi absolueré, & cû eis super quibusuis Irregularitatibus, per eos pro tēpore, quavis occasione, vel causâ contractis dispēsare, prout hæctenus, vt præfertur, consueuistis, dictâ auctoritate valeatis plenam, & liberam eadem auctorita-

et tenore præsentium cōcedimus facultatem. Decernētes præ-  
 sentes litteras nullo vnquam tempore per nos, aut Romanos  
 Pontifices successores nostros, seu sedem prædictam etiam pro  
 instauratione Basilicæ Principis Apostorum de Vrbe, aut Cru-  
 ciata sancta, vel expeditione contra infideles, seu quacumque  
 alia etiam in excogitabili causâ suspendi, reuocari, aut annulla-  
 ri, & si secus fieri contigerit, toties reintegratas, & in pristinum  
 statum restitutas, & suspensionem, reuocationem, & limitatio-  
 nem huiusmodi pro illarum reintegratione, & restitutione, ac  
 noua concessione, semperque à quibusuis reuocationibus ex-  
 ceptas esse, & censeri, nisi de vestro, & cuiuslibet vestrum no-  
 minibus in illis, ac etiam in supplicationibus etiam motu pro-  
 prio signatis dispositi uè mētio fiat. Non obstantibus constitu-  
 tionibus, & ordinationibus Apostolicis, ceterisque contrarijs  
 quibuscumque. Et quia difficile foret præsentis litteras ad sin-  
 gula quæque loca, ubi opus esset, deferri, volumus, quod præ-  
 sentium transumptis sigillo alicuius Prælati, aut personæ in di-  
 gnitate Ecclesiastica constitutæ, seu Canonici Ecclesiæ Cathed-  
 ralis munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ adhibere-  
 tur eisdem originalibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datis  
 Romæ apud S. Petrum sub annulo Piscatoris, die. xij. Martij  
 1545. Pontificatus nostri Anno vndecimo.

XCI. PRIVILEGIUM.

Pii Papæ IIII. concessum Congregationi Sancti Be-  
 nedicti Vallisoletani, Anno Incarnationis

Dominicæ. 1560.

SUMMARIUM PRIVILEGII.

Confirmat constitutionem Capituli generalis, ut descē-  
 dentes ex genere nouorum Christianorum, quomodo-  
 eumque sit, vel si fuerint puniti per sanctum Inquisi-

Z tionis

XCI. PRIVILEGIUM.

*tionis officium, non recipiantur ad professionem, vel si  
recepti fuerint nequeant admitti ad Dignitatē admi-  
nistrationem, vel officium cuiusvis Monasterij, Prio-  
ratus, vel membri regularis Congregationis.*

**P**IVS Episcopus servus servorum Dei. Dilectis filiis Abbate-  
ribus, & Cōgregationi, ac Cōventibus Monasteriorū San-  
cti Benedicti Regnorum Hispaniarū, Salutem, & Apostolicā  
Benedictionē. Quia libenter in pacis obseruantia delectamur,  
ea quæ concordia, seu laudabili statuto firmata sunt, vt illibata  
perstant atque firma, & ne in recidiuæ cōtentionis scrupulū  
relabantur Apostolicæ nos conuenit præsidio cōmunire. Sa-  
nè pro parte vestra nobis nuper exhibita petitio continebat:  
Quod aliàs postquā in Regnis Hispaniarū, ac Monasterijs Or-  
dinis Sancti Benedicti in eisdē Regnis cōsistentibus quandoq;  
nonnulli ex genere Hebræorū, Maurorum, ac Turcarum del-  
cendētes, ac confessi, & conuicti, aut per officiū sanctissimæ In-  
quisitionis inquisiti in Monachos dictorum Monasteriorū re-  
cipi, ac in eis profiteri, & ob illorum insolentiā, inquietudinē,  
arrogantiā, & malos mores in dictis Monasterijs ipsaq; Religio-  
ne diuersa scādala nouitates, & variæ dissensiones oriri, ac boni  
mores corrumpi cōsueuerunt, ac ex tunc in futurū verisimili-  
ter oriri, & corrupti formidarentur, vos vestrarum, ac successo-  
rum vestrorum Monasteriorū eorundē Abbatū, & Monacho-  
rum animarum saluti, & quieti cōsulere, ac scādalis, dissensio-  
nibus, ac inquietudini, ac arrogantiis huiusmodi obuiare, & illa  
euacuare desiderātes maturā deliberatione super his præhabita  
pro honore, decore, quiete, cōsolatione, ac dictorū Monacho-  
rum, ac vestrarum, & successorum eorundē animarum salute,  
quod ex tunc, & in futurum perpetuis tēporibus nullus, qui ali-  
quādo per dictū Inquisitionis officiū inquisitus, aut punitus, ac  
cōfessus fuisset, seu esset, aut in quarto gradu, vel infra ipsū quar-  
tū gradum, seu vsq; ad illū de eorundē Maurorum, Turcarū, vel

Hebræo-

Hebræorū genere ex utroq; vel altero parente originē, & descendentiā habuisset, seu haberet in aliquo ex eisdē Monasteriis dictorū Regnorū in Monachū recipi, vel admitti, & qui iā admissus, vel receptus, aut professus esset, vel de cetero foret in Abbatē, Priorem, electū, vel ad quāuis aliam dignitatē, administrationē, vel officium cuiusuis Monasterij dicti Ordinis, Prioratus, mēbri, vel regularis loci Ordinis præfati eligi, vel assumi nullatenus posset, nec valeret inter alia statuitis, & cōuenistis, & ordinastis, ac cōtra præmissa vllō vnquā tempore cōtrauenire nō posse, nec debere, cōcordastis, & decreuistis, prout in patētibus litteris, vel instrumēto publico, seu alius documentis desuper confectis dicitur plenius contineri. Quę omnia & singula pro illorū substantia firmiter à nobis Apostolico petiistis munimine roborari. Nos igitur vestris iustis postulationibus grato cōcurrentes assensu, præmissa omnia, & singula sicut ritē, & prouidē, ac pro ipsius Ordinis dācōre, laude, & honore, vestrarūq; ac successorū vestrorum animarū salute, & quiete facta sunt, rata, & grata habentes, illa Apostolicā auctoritate confirmamus, & præsentis scripti patrocinio cōmunimus. Nulli ergo omnino hominū liceat hanc paginā nostrę cōfirmationis, & cōmunitationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autē hoc attentare præsumpserit indignationē Omnipotentis Dei, ac Beatorū Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incurсурū. Datis Romę apud S. Petrū. Anno Incarnationis Dominicę, Millesimo, Quingentesimo, Sexagesimo. Decimo Kalend. Ianuarij, Pontificatus nostri Anno primo.

## XCII. PRIVILEGIUM

Pij Papę IIII. concessum Congregationi Sancti  
Benedicti Vallisoletani. Anno Dominicę  
Incarnationis 1561.

SUMMARIVM PRIVILEGII.

- 1 Petitió Philippi Regis Catholici.
- 2 Status differentia super eligendo Abbate Generali.
- 3 Statutum anni. 1550. circa electionem Generalis.
- 4 Noua concordia de anno. 1559. circa electionem Generalis.
- 5 Statutum anni. 1550. denuo confirmatur.
- 6 Abbates sint triennales.
- 7 Modus eligendi Generalem infra triennium.
- 8 Abbates nequeant reeligí.
- 9 Hac ab omnibus inuolabiliter obseruentur.
- 10 Nominentur duodecim Monachi, qui cum Generali statuunt, quæ ad reformationem Congregationis pertineant.
- 11 Capitulum generale nequit retroctare quæ ab ijs ordinata. & constituta sunt.
- 12 Monasteriorum tenuium unio alijs quomodo fieri possit.
- 13 Monasteria alijs unio, quia paucos redditus habent per clericos seculares ad nutum amouibiles deseruiri possunt.
- 14 Monachi non deseruiant Beneficijs extra Monasteria, neq; Sacramenta administrent.
- 15 Beneficia intra Monasteria consistentia per clericos seculares deseruiantur ad nutum possessorum amouibiles.



16 *Indices executores Episcopus Feltrē. & officiales  
Tarraconē. & Salmanticeñ.*

PIVS Episcopus seruus seruorum Dei. Ad futurā rei memoriam. Ex incumbenti nobis Apostolicæ seruitutis officio, circa Religionum quarumlibet statum prosperè dirigendum, studiis inuigilantes assiduis, ac inter illarū Prælatos aliasq; personas, pacem, & concordiam vigere, synceris desiderantes affectibus, ea quæ propterea statuta fuisse dicuntur, vt firmiora persistant, præsertim cum id Catholicorum Regum vota exposcunt Apostolicæ muniminis robore stabilimus, discordiarum fomenta submouemus, aliasq; desuper disponimus, prout pensatis illorum commodis, conspiciamus in Domino salubriter expedire. Sanè carissimus in Christo filius noster Philippus Hispaniarum Rex Catholicus nobis nuper exposuit, multa egregia Monasteria Ordinis Sancti Benedicti in Regnis Hispaniarum, per ipsius Philippi Regis progenitores Hispaniarum Reges pia deuotione ductos, ad Dei laudem, & honorem constituta, & dotata, & eorum quam plurima successu temporis Monachis suis ab eorum regularibus institutis deficientibus, in commendam cōcessa fuisse: Ita, vt in eis regularis disciplina, & obseruantia, cum populi scandalo, & diuini cultus diminutione ferè abolitæ essent. Cum dudum claræ memoriæ Ferdinando Rege, & Elisabethâ Reginâ Hispaniarum procurantibus, Monasteria ipsa, tam in capite, quàm in membris reformatâ, & ad regularem obseruantiam, & clausuram redacta: nec non vna dicti Ordinis Congregatio similis memoriæ Carolo V. Romanorum Imperatore, & Hispaniarum Rege ipsius Philippi Regis patre procurante, instituta, auctaq; ac demum tam sanctè reformatâ fuerunt, vt illa verbo, concionibusq; salutiferis, cum non modicâ Christi fidelium spirituali consolatione, ad diuini nominis gloriam, in Dei vinea fructum afferendo creuissent. Postmodum inter Congregationem præfatam

## XCII. RIVILEGIVM.

& dilectos filios Conuentum Monasterij Sancti Benedicti opidi Vallisoleti, Ordinis, & Congregationis eorundem, Palentiñ, Diocesis, circa electionem Abbatis Generalis, qui totius Congregationis Caput & Generalis Visitator, ac Reformator existit, aliquas dissensiones, seu differentias ortas fuisse, Congregatione prædicta, eandem electionem ad se, & totum Capitulum generale, tanquam omnium illius Religiosorum, Abbatũ, Cõuentuum, & Monasteriorum Caput, cui omnes Ordinis, & Cõgregationis prædictorum Abbates, Monachi, & Cõuentus subditi essent, de iure spectare, & è conuerso, Conuentu præfatis, quòd licet Abbas eiusdem Monasterij Vallisoleti, Generalis totius Congregationis esset, nihilominus Abbas specialis Monasterij prædictorum erat, & à tempore præfatæ reformationis citra, ipsum Conuentum, in possessione eligendi, què mallem in Abbatem eiusdem Monasterij, qui statim electione decessit, Generalis totius Congregationis erat, fuisse, & esset inter alia asseren. Unde Fel. Recor. Paulus Papa Tertius prædecessor noster, negotium eiusmodi venerabili fratri nostro, tũc suo, Episcopo Seguntiñ, per suas litteras commisit, quarum vigore ipso Episcopo in Capitulo generali, tunc in dicto Monasterio Vallisoleti, de anno Domini Millesimo, Quingentesimo, Quinquagesimo celebrato, in quo tota Congregatio prædicta interfuit, interueniente & procurante, ac Conuentu & omnibus Monachis Monasterij Vallisoleti huiusmodi vnanimi consensu approbatibus, in eodem Capitulo, inter alia, statutum & ordinatum, ac perpetuis futuris temporibus obseruari mandatum fuit, quòd ex tunc deinceps tota Cõgregatio prædicta in generali illius Capitulo pro tempore celebrando, toties quoties officium Generalatus Congregationis huiusmodi, quomodocum què vacare contingeret, duas personas dictæ Congregationis, quæ ei magis idoneæ, & sufficientes viderentur, nominaret, & ex illis sic nominatis, Conuentus Monaste-

rij Vallisoleti huiusmodi, vnum eligeret, qui sic electus Generalis totius Congregationis, & Abbas particularis ipsius Monasterij Vallisoleti nuncuparetur, & esset. Et licet, vt eadem petitio subiungebat statutum huiusmodi aliquibus annis, quantum ad electionem Abbatis & Generalis spectat obseruatum fuit, nihilominus postmodum, ab anno videlicet. 1536. vsq; ad annum 1559. quo anno, dum Conuentus prædictus à statuto huiusmodi reclamaret, certa inter eos & dictam Congregationem concordia, etiam in Capitulo generali intercessit. Per quã inter alia cauebatur, quòd Congregatio ex dictis duobus Monachis, per eum vt præfertur nominandis, vnum, qui in dicto Monasterio Vallisoleti Ordinem ipsum professus esset, nominare, & si, ac quotiens Monachum in dicto Monasterio professum in Generalem eligi contingeret, subsequenti triennio prædictus Conuentus Monachum alterum per ipsam Congregationem pro tempore nominatũ, qui in dicto Monasterio professus non esset in Generalem eligere tenerentur, statuto priori, de anno Millesimo, Quingentesimo, Quinquagesimo edito huiusmodi, quo ad ipsam nominationem per dictam Congregationem contrauentum extitit, prout in litteris prædictis, alijsque documentis desuper confectis dicitur plenius contineri. Et propterea quòd, quamuis Monasteria Congregationis huiusmodi ad sufficientem illorum Abbatum, & Monachorum sustentationem dotata sint: tamen nonnulla alia Monasteria, & Prioratus Congregationi, seu aliquibus eius Monasterijs unita, & incorporata, vel aliàs applicata, pro quibus quindennia Cameræ Apostolicæ solui consueuerunt, successu temporis, vel eorum Superiorum negligentia, vel temporum malicia, vel forsan refrigerante Christi fidelium deuotione, aut aliàs adeò diminuta fuerunt, vt ad debitum Monachorum numerum, qui iuxta prædicti Ordinis regularia instituta, & antiquas constitutiones, duodecim, aut saltem decem Monachorum esse debet de presenti

## XCII. PRIVILEGIUM.

non sufficiunt, & propterea in eis regularis disciplina, prout in alius eiusdem Congregationis Monasteriis obseruari nequit, in nō modicum Regularis status, ac Religionis opprobrium, & Monachorum in eis degentium, animarum periculum, scandalumq; plurimorum. Quare præfatus Philippus Rex providè considerans, ex concordis ab anno Millesimo, Quingentesimo, Quinquagesimo nono initis huiusmodi graue damnum dictæ Congregationi afferri, & ex ea nouas dissensiones, & differētias inter eos sæpius pullulaturas esse, ac animaduertens per Statutum in Capitulo generali, de Anno Millesimo, Quingentesimo, Quinquagesimo Episcopo Seguntiñ. Cōmissario Apolico, ad id etiam assistente, & procurante factum, huiusmodi principali ambarum partium intentioni, satis competenter satisfieri, cum scilicet, facultas Congregationi duas tales personas, quæ ad tale munus Generalis conuenire, & eligi debere existimaret, nominandi præberetur, Conuentui verò prædicto per Statutum huiusmodi, non omni tolleretur electio, sed illis facultas eligendi vnum ex duobus per Congregationem pro terapore nominatis, in Generalem totius Congregationis, qui etiam Abbas eiusdem Monasterij Vallisoleti foret concederetur, ac propterea minorem inde vtriq; parti læsionem, & iniuriam fieri, nobis humiliter supplicauit, quatenus huiusmodi, alteriq; infra scripto Statutis pro firmiori illorū subsistentiâ robur Apostolicę confirmationis adiicere, ac aliàs in præmissis opportunè providere de benignitate Apostolicâ dignaremur. Nos igitur, qui pacem & tranquillitatem inter personas Ecclesiasticas, quaslibet, præsertim, quæ sub humilitatis spiritu sese reformatis Ordinibus addixerint confouere desideramus Congregationem prædictam, & singulare eius personas, à quibusuis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliq; Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis, à iure, vel ab homine quauis occasione, vel causâ latis (si quibus quomodolibet innodati existant) ad effectum præsentium dumtaxat

confe -

consequendum, harum seriè absoluentes, & absolutos fore censes, nec non statutorum, & concordiarum, litterarumq; , & aliorum documentorum prædictorum tenores præsentibus expressis habentes, huiusmodi supplicationibus inclinati concordiam de anno Millesimo, Quingentesimo, Quinquagesimo nono factam huiusmodi, & quasuis alias ordinationes, etiã auctoritate prædicta approbatas infra scriptis cõtrarias, eadem auctoritate, tenore præsentium, annullamus, & irritamus, nulliusq; roboris, vel momenti fore decernimus, ac perpetuum super his silentium Cõuentui, aliisq; quibuslibet imponimus.

5 Nec nõ prædictum in Capitulo generali de Anno Millesimo, Quingentesimo, Quinquagesimo editum huiusmodi, quòd scilicet dicta Congregatio duas ex eius dignioribus personas vbi cumque professas, quæ eis magis idoneæ, & sufficientes viderentur nominaret, & quòd ex illis sic nominatis Conuentus Monasterij Vallisoleti huiusmodi, vnam eligeret, quæ statim sic electa, vsque ad Capitulum generale subsequens, Generalis totius Congregationis, & Abbas particularis Monasterij Vallisoleti prædictorum esset: ac etiam aliud in eodem Capitulo factum, quo scilicet ad euitanda mala, quæ ex perpetuitate Abbatum particularium Monasteriorum Congregationis huiusmodi proueniebant, Abbates ipsi ad triennium dumtaxat eligi deberent, & finito triennio huiusmodi, in alio Monasterio eiusdem Congregationis ad aliud triennium tantum in Abbates pro vno simili triennio eligi possent statuta, auctoritate, & tenore prædictis approbamus, & cõfirmamus, illisque perpetuæ firmitatis robur adiicimus, ac omnes, & singulos iuris, & facti ac solemnitatum, etiam substantialium defectus (si qui forsan interuenissent in eisdem) supplemus, nec nõ illa suo effectus, sortiri, & inuiolabiliter perpetuò obseruari debere decernimus. Et ita, ac insuper, quòd quotiens Generalatum prædictum

7 tam in prædicto Capitulo generali de triennio in triennium celebrado, quàm etiam per cessionem, priuationem, aut obitum

## XCII. PRIVILEGIUM.

vacare contigerit Congregatio duas personas vt præfertur nominare, & ex his Conuentus prædictus vnū eligere debeat, qui Generalis Cōgregationis, & Abbas particularis Monasterij prædictorū vsq̄, ad immediatè celebrādam Capitulū generale existat. Quodq̄; Abbates aliorum Monasteriorū ibidem triennio finito, vt præfertur reeligere nequeant. Nec quispiā Congregationis & Ordinis eorundē Abbas, seu Monachus, etiā si Generalis fuerit, etiā vigore cuiusuis concessionis, & indulti, etiā Apostolici contra præmissa & alia pro tēpore edita statuta quouis prætextu, seu quauis occasione vel causā per se, vel aliū, seu alios, verbo, vel in scriptis dicere, facere, vel venire seu opponere vel ad aliū quem ius iudicē Ecclesiasticū, vel secularē recurrere quoquomodo valeant, neq̄; debeant, sed illa prout præfertur inuolabiliter obseruare teneantur, eisdem auctoritate & tenore statuiamus, & ordinamus, ac Congregationi, & Conuentui, singulisq̄; illorum personis prædictis in virtute sanctæ obedientie, & sub maioris excommunicationis late sententiæ, à qua non nisi per nos seu Romanum Pontificem pro tempore existentem absolui possint, nec non priuationis officij, etiam Generalitus, & cuiusuis Abbatialis dignitatis ac vocis passiuæ, & actiuæ in Congregatione, & illius Capitulo generali prædictis, ac inhabilitatis ad illa, & alia in posterum obtinenda pœnis, eo ipso si contrafecerint incurrendis, quatenus huiusmodi statuta, & alia per nos ordinata præmissa, prout ad eos communiter vel diuisim pertinent, integra obseruent districtè præcipiendo mandamus. Et in super, vt de cetero in eadem Congregatione regularis disciplina, iuxta eiusdem Originis regularia instituta, cum quiete & tranquillitate iugiter obseruetur, illiusq̄; Abbates Monachi & Religiosi diuinis obsequijs Sacræq̄; Scripturæ, ac publicis concionibus ad fidē dei Catholicæ ædificationem, & Christi fidelium animarum salutem cum deuotione vacare melius possent, nec vllatenus dissensionibus,

10 bus, & inquietudini locus pateat, Philippo Regi prædicto, ac dilecto filio Georgio moderno, & pro tempore existente Generali dictæ Congregationis, quod duodecim aut plures eiusdem Congregationis Abbates, seu Monachos per prædictum Philippum Regem nominandos, quos Dei, sueque Religionis & fidei zelatores, vitæque & doctrinæ ac prudentiæ exemplaris esse cognouerit, qui simul cum prædicto Georgio Generali, in aliquo eiusdem Cōgregationis Monasterio, seu alio regulari loco congregati, omnia & singula, quæ ad eiusdem Cōgregationis salubrem directionem, prosperumque statum, & Regimen, ac pacem, & quietem, iuxta prædictæ Congregationis & illius Ordinis regularia instituta, & antiquas Patrum sanctiores & constitutiones, tam circa diuini officij celebrandi, quam circa morum reformationem statuenda, ordinanda, & reformanda videbuntur statuere, ordinare, reformare, & sancire, illaque omni appellatione remotâ sub prædictis, & alijs de quibus eis, seu prædicto Georgio, & pro tempore existenti eiusdem Congregationis Generali, & Visitoribus visum fuerit censuris, & pœnis, Ita vt illa per tunc immediatè sequens, & alia Capitula generalia quouis modo corrigi, & retractari, seu illis derogari, aut aliter contra ea ordinari, vel disponi non possit neque debeat, & quidquid secus etiam per Capitulum generale fieri, & attentari contigerit irritum, & inane nulliusque roboris vel momenti existat, exequi, & obseruari facere, & mandare, ac in contradictores & rebelles, ad centuras & etiâ priuationem vocis ætius, & pœnis prædictas, inuocato etiâ ad hoc (si opus fuerit) auxilio brachij secularis procedere possint, & valeant exequendi, nominandi, & deputandi, plenâ & liberam licentiam & facultatem, auctoritate, & tenore præmissis concedimus. Et insuper prædicto Georgio Generali, & alicui altero Prælato, seu aliquibus dictæ Congregationis exemplaris vitæ, & doctrinæ personis, per eundem Philippum Regem ad

id

XCII. *RIVILEGVM.*

id nominandis, quatenus Monasteriis, & Prioratibus dictę Cōgregationi, vt præfertur vnitis, & subiectis, illorumq. statu, & necessitatibus per eos diligenter perspectis, & cōsideratis, si inibi pro loci debitâ honestate regularem obseruantiam manuteneri oportere cognouerint, ac eorundē Monasteriorum, & Prioratum sic vnitorum fructus, redditus, & prouentus, ad duodecim, vel saltem ad decem Monachorum sustentationē non sufficere iudicauerint, vnum tunc eorundem sic vnitorū Monasteriorum, seu Prioratum cum annexis, ac omnibus iuribus, & pertinētis suis alteri pinguiori, magis commodo Monasterio, ita vt ex duobus, seu pluribus vnū, in quo dictus Monachorum numerus sustentetur, & manuteneatur Monasterium efficiatur, & Monasteria, quibus alia Monasteria, seu Prioratus, vt præfertur, vnita fuerint, dictum Monachorum numerum sustentare, & manuteneere teneantur subiicere, & incorporare: & si Monasteria, quibus alia, vt præfertur, vnita existūt, ob illorum fructuum, & reddituum tenuitatē onus huiusmodi sufferre nō posse cognouerint, aliqua de bonis Monasteriorum Ordinis, & Congregationis huiusmodi, quorum fructus redditus, & prouentus ad eō pingues existant, vt vltra onera illis incumbētia exinde competens Monachorum numerus in dictis Monasteriis, & Prioratibus vnitis, quorum fructus, redditus, & prouentus, ad sustentationem competentis in eis Monachorum numeri non sufficiunt, sustentari possit, ab ipsis pinguioribus Monasteriis, quorum Abbates, & Conuentus per censuras, & etiam priuationis dignitatum, & officiorū dicti Ordinis per eos obtentorum, vocisq. actiue, & passiue in eodem Capitulo generali pœnas, & alia, prout eisdem Georgio, & personæ, seu personis per dictum Philippum Regem, vt præfertur, nominandis expedire videbitur, & ab eis obseruari, & exequi debere mandatum fuerit, iuris & facti remedia ad id cogi, & compelli possint, donec ad pinguiorem fortunam peruenierint, iuxta priuilegia illis dicta auctoritate concessa, dismēbrare,



brare, illaque Mensæ Conuentuali Monasteriorum, & Prioratuum pauci redditus huiusmodi, ad hoc vt in illis competens Monachorum numerus, qui diuinis laudibus & officiis, ac lectionibus, & verbi Dei prædicationibus insistere valeant, manuteneri & commodè sustentari possit, iuxta eadem priuilegia applicare & appropriare. Et si dismembratio & applicatio huiusmodi ex aliqua causâ fieri non possit Monasteria, & Prioratus modici redditus huiusmodi cum annexis, ac omnibus iuribus, & pertinentijs suis, alijs eiusdem ordinis Monasterijs, ita vt illis per clericos seculares ad nutû Abbatis Monasterij, cui illa pro tẽpore subijci, seu applicari contigerit amouibiles, qui fundatorum mentem, quoad celebrationem Missarum, & aliorû diuinorum Officiorum adimplere teneantur, in diuinis deservire possit, & illorum Monachi ad Monasteria, quibus illa subijci contigerit se transferre teneantur, & inibi benignè excipi, & syncera in domino caritate tractari debeant, & Abbates ac conuentus eorundem Monasteriorum, quibus huiusmodi subiectiones, vel vniones fiunt per Georgium & Prælatum, aliosque à Præfato Philippo Rege, ad id vt præfertur deputandos præfatos sub similibus, ac alijs censuris & poenis de quibus eis videbitur, etiam cum simili inuocatione (si opus fuerit) auxiliij brachij secularis prædicti, cogi & compelli possint, & debeant perpetuò vel ad tempus subijcere, & applicare. Ita quòd liceat Abbatibus & Conuentibus, ac alijs Superioribus Monasteriorum, quibus huiusmodi subiectiones fiunt, corporalem possessionem Monasteriorum & Prioratum subijciendorum eorundem, propriâ auctoritate liberè apprehendere, & retinere, illorumque fructus, redditus, & prouentus in suos, & suorum, ac etiam subijciendorum Monasteriorum, & Prioratum prædictorum vsus, & vtilitatem conuertere, Diocesani loci, vel cuiusuis alterius licentiâ super hoc minimè requisitâ liberè & licitè possint, & debeant committimus, & mandamus: illisque quo ad præmissa licentiam & facultatem concedimus. Nec

XCVII. PRIVILEGIUM.

non Ordinis, & Congregationis eorundem Monachis, & alijs Religiosis, ne extra eorum Monasteria sub quouis prætextu, etiam deseruendi, alicui eorum Prioratui, vel simplici siue curato Beneficio Ecclesiastico, siue Capellæ Monasterijs eiusdē Congregationis annexis, seu ab eis dependentibus etiam vigore cuiusvis licentiæ, & facultatis, etiam à Sede Apostolicâ obtentæ degere, & morari, aut cuipiã Beneficio in diuinis deseruire, neque in eis etiã suæ curę cõmissis, vel alibi vllâ Ecclesiastica, præterquam Pœnitentiæ Sacramenta, nisi in extrema necessitate ministrare præsumant, sub maioris excommunicationis latæ sententiæ pœnã, alijsq̃ue censuris, & etiam p̃tuationis pœnis præmissis, de quibus eisdem sic nominandis personis videbitur, contra inobedientes, cõtradictores & rebelles infligendis districtis inhibemus: eisdemq̃ue Beneficijs suis, etiam si illa intra Monasteria Ordinis, & Congregationis huiusmodi, vel eorum limites constituta existant per clericos seu presbyteros seculares, ad illorum possessorum nutum amouibiles, & non per dictos Monachos in diuinis deseruire & Ecclesiastica Sacramenta illorum parochianis, & alijs Christi fidelibus ministrari debere, ac cum eis super hoc etiam per eorundem Monasteriorum Abbates, etiam si Ordinis, & Congregationis huiusmodi Generales fuerint dispensari, aut eis indulgere non posse, neque debere volumus, ac etiam perpetuò statuimus, ordinamus atque decernimus. Quo circa Venerabili Fratri nostro Episcopo Feltreni. & dilectis filijs Tarraconensi. & Salmanticensi. Officialibus per Apostolica scripta mandamus, quatenus ipsi, vel duo, aut vnus eorum per se, vel alium, seu alios presentes litteras, & in eis contenta quæcumq̃ue, vbi & quando opus fuerit, ac quotiens pro parte Congregationis, ac singularem eiusdem personarum, aliorumq̃ue prædictorum fuerint requisiti solemniter publicantes, ac illis in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes, faciant illos annullatione, irritatione, silentij impositione, approbatione, confirmatione, ad

iectio-

iectione, suppletionem, commissione, inhibitione, statutis, ordinationibus, mandatis, concessionibus, indultis, decretis, & aliis præmissis, pacificè frui, & gaudere: non permittentem Congregationem eiusque singulares personas, & alios prædictos, desuper per quoscumque quomodolibet indebitè molestari, perturbari, aut inquietari: Contradictores quoslibet, & rebelles, censuris & pœnis etiam Ecclesiasticis, aliisque iuris remedijs auctoritate nostra, appellatione postposita contempnendo: ac legitimis super his habendis seruatis processibus, illosque censuras, & pœnas huiusmodi incurrisse declarando, illas etiam iteratis vicibus aggrauando, inuocato etiam ad hoc (si opus fuerit) auxilio brachij secularis. Non obstantibus præmissis, ac Fel. record. Bonifacij Papæ octauij prædecessoris nostri, de vnâ, & Concilij generalis de duabus dietis, dummodo quis auctoritate præsentium vltra tres dietas non extrahatur: nec non etiam per similis memoriæ Alexandrum Sextum, & Iulium Tertium, ac Paulum Quartum, Romanos Pontifices prædecessores nostros, ac etiam per nos editis, aliisque constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis. Nec non quacumque reuocatione, seu destitutione, aut alia quauis prouisione, per nos, aut per dilectum filium nostrum Bartholomæum tituli Sanctæ Crucis in Hierusalem presbyterum Cardinalem, de la Cucua nuncupatum, eiusdem Congregationis protectorem, aut ex commissione nostra, etiam contra præfatum Georgium Generalem, etiam ad nonnullorum ipsius Congregationis Abbatum, & Monachorum instantiam facta, vel aliàs quouis modo editis, aliisque constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis: nec non Congregationis, ac Vallisoleti, & aliorum Monasteriorum, & Ordinis prædictorum etiam iuramento, confirmatione Apostolicâ, vel quauis firmitate aliareboratis, statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque indultis, & litteris Apostolicis illis, eorumque Generali, Superioribus, Abbatibus, Conuentibus, Prioribus aliisque personis

## XCII. PRIVILEGIUM

personis sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatorijs derogatorijs, alijsque efficacioribus & insolitis clausulis irritantibusque & alijs decretis, etiam vim contractus, & legis, ac statuti perpetui inducētibus in genere, vel in specie, ac alijs quomodolibet etiam motu proprio, & ex certâ scientiâ, consistorialiter, vel alijs quomodolibet cōcessis, ac etiam iteratis vicibus approbatis, & innouatis. Quibus omnibus, & singulis, etiam si de illis eorumque totistenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quæuis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc seruanda foret, illorum tenores, formas, & decreta, ac si de verbo ad verbū nihil penitus omisso, & forma in illis tradita obseruata infertiforent, præsentibus pro sufficienter expressis habentes, illis alijs in suo robore permāsuris, hac vice dumtaxat specialiter, & expressè derogamus, illaque quoad præmissa omnino suspendimus, ac etiam commissionem Bartholomæo Cardinali, & Protectori factam huiusmodi, harum seriè reuocamus, ceterisque contrarijs quibuscumque. Aut si aliquibus communiter vel diuisim ab eadem sit Sede indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint, per litteras Apostolicas, non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Nulli ergo omnino hominum liceat hæc paginam nostrorum absolutionis, annulationis, decretorum, silentij impositionis, approbationis, confirmationis, adiectionis, suppletionis, statuti, ordinationis, concessionū, mādatorum, inhibitionis, derogationis, suspensionis, & reuocationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autē hoc attentare præsumpserit indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius, se nouerit incursurum. Datis Romæ apud S. Petrum, Anno Incarnationis Dñicę 1561, Quinto decimo Kal. Ianuarij, Pontificatus nostri anno. 2.

## NONAGESIMVM TERTIVM.

Indultum, viuæ vocis oraculo concessum à Paulo  
 Papa Papa III. Congregationi Sancti Be-  
 nedicti Vallisoletani. Anno Domi-  
 nicæ Incarnationis 1537.

## SVMMARIVM INDVLTII.

*Statuta facta in Capitulo generali, seu facienda circa  
 electiones Abbatum, ad Monasteria Monialium ex-  
 tendantur, & in eis eadem statuta, & ordinationes,  
 que in virorum Monasteriis obseruentur, ad quas  
 etiam extendit indultum vescendi carnibus, sicut &  
 Monachis concessum est.*

**A**NTONIVS Miseratione Diuina tituli Sanctoꝝ  
 Quatuor Coronatorum presbyter Cardinalis. Dilecto  
 in Christo Abbati Monasterij Sancti Benedicti, Ordinis eius-  
 dem Sancti Benedicti Palentini. Diocesis. Congregationis San-  
 cti Benedicti Vallisoletani nuncupatæ, eiusdem Congregationis  
 Generali, Salutem in Domino. Ex parte tua nobis nuper obla-  
 ta petitio continebat: quod aliàs postquam tu, & Abbates, ac  
 Præsidentes, Priores, & alij Prælati Monasteriorum tunc eius-  
 dem Congregationis in vestro generali Capitulo congregati,  
 nonnulla circa electiones triennales Abbatum, Priorum, Præ-  
 sidentium, & aliorum Prælatorum ipsius Congregationis, vt  
 perfectius, & purius fierent statuta, & ordinationes feceratis, il-  
 li, & illas Apostolicâ auctoritate confirmari, & approbari, ac  
 de nouo statui, & ordinari, vobisq; in vestris Capitulis genera-  
 libus, pro tempore celebrandis, eadem statuta, & ordinationes

XCIII. PRIVILEGIUM.

quoties in Domino conspiceretis salubriter expedire reformã  
 di, alterandi, aut immutandi, ac alia statuendi, & ordinandi, seu  
 diffinita, & ordinata in melius reducendi, & declarandi, illaq;  
 ampliandi, ac alia forsan statuta, & ordinationes de super ne-  
 cessaria, & opportuna, aliàs tamen licita, & honesta, & sa-  
 cris canonibus non contraria de nouo condendi licentiam, &  
 facultatem concedi, ac de nouo reformanda, alteranda, mu-  
 tanda, & amplianda, nec non in melius reducenda, seu de no-  
 uo statuenda, diffinienda, & ordinanda ex tunc, prout ex die,  
 quo condita, mutata, seu alterata forent, approbari, & con-  
 firmari per quasdam sub plumbo, & deinde, quod tu in tota  
 eadem Congregatione, & alij Abbates, Priores, Præsiden-  
 tes, & Prælati in suis Monasteriis, quando, & quoties vobis  
 expedire videretur, cum Conuentibus, Monachis, & aliis  
 eiusdẽ Congregationis personis, vt diebus quibus esus carniũ  
 ceteris Christi fidelibus ex præcepto vniuersalis Ecclesiæ nõ  
 est interdictus, carnibus, in quibuscumque locis, etiam in  
 Monasteriorum, & aliorum regularium locorum refectoriis  
 perpetuò, vel ad tempus assiduè, vel aliquibus anni temporibus  
 pro evitandis egritudinibus, & sanitate conseruandã ves-  
 ci liberè, & licitè valerent, de consilio tamen, & consensu  
 Capituli generalis Congregationis huiusmodi, & aliàs sub cer-  
 tistunc expressis modo, & formã dispensare, ac eis licentiam  
 concedere valeres, & ipsi Abbates, Priores, & Præsidentes, ac  
 alij Prælati valerent, indulgeri, etiam concedi auctoritate Apo-  
 stolicã per alias sacræ Pœnitentiariæ Apostolicæ litteras obti-  
 nuistis, prout in singulis litteris prædictis plenius continetur.  
 Cum autem sicut eadem subiungebat petitio, tu cupias statuta  
 & ordinationes, circa electiones huiusmodi facta, & facienda  
 illarumq; confirmationes, approbationes, alterationes, & inno-  
 uationes, nec non indultum, circa esum carniũ huiusmodi etiã  
 ad dictæ Congregationis Monasteria Monialium, illorumq;  
 Abbatissas, Conuentus, Moniales, & alias personas extendi, &  
 ampliari,

ampliari, supplicari fecisti humiliter super his per Sedē Apostolicam de opportuno remedio misericorditer prouideri. Nos igitur attendētes, quod Sedes prædicta ibi cōsueuit se reddere benigniorem, ubi maiorē conspicit vigere necessitatē, & quod par sit, ut quos par labor, pariaq; merita, & vnius societatis vinculum coniungunt, pariaq; coniungant priuilegia, & fauores, & statutorum, ordinationū, ac litterarum huiusmodi tenores, causas, & formas præsentibus, ac si de verbo ad verbum inferrentur pro expressis habentes, huiusmodi supplicationibus inclinati, auctoritate Dñi Papæ, cuius Pœnitentiariæ curā gerimus, & de eius speciali mandato super hoc viuę voëis oraculo nobis facto, statuta, & ordinationes tam facta, quàm forsan, circa electiones huiusmodi faciendā, nec nō indultum, quoad esum carnū huiusmodi, ac litteras prædictas, & in eis contenta quæcumq;, quoad præmissa dūtaxat, ad Monasteria Monialū eiusdem Congregationis, illorūq; Abbatissas, Conuentus, Moniales, & alias personas auctoritate Apostolicā, tenore præsentium extendimus, & ampliamus, ac eadē statuta, & ordinationes, circa electiones Abbatissarū, & aliarū Præsidentū in ipsis Monasteriis Monialū obseruari, ipsasq; Abbatissas, Conuentus Monialū, Moniales, & alias Monasteriorū huiusmodi personas indulto, ac licentiā vescendi carnibus huiusmodi vti debere in omnib⁹, & per omnia, perinde, ac si prædicta statuta, & ordinationes pro eis etiā facta, cōfirmata, alterata, & innouata, seu de nouo condita, & litteræ prædictæ cum earum tamen limitationibus, & modificationibus eis quoad præmissa concessæ fuissent, eisdē auctoritate, & tenore decernimus. Nō obstantibus cōstitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac aliis Monasteriorū, Ordinis, & Congregationis prædictorū statutis, & cōsuetudinibus, etiā iuramento, cōfirmatione Apostolicā, vel quavis firmitate aliaroboratis, priuilegiis quoq;, & indultis, ac litteris Apostolicis, quorūcumq; tenorū existāt, etiā pluries cōcessis, confirmatis, & innouatis, ac omnibus illis, quæ eadem

## XCIIII. PRIVILEGIUM

Sedes Apostolica in dictis litteris voluit non obstare, ceterisq;  
contrariis quibuscumq; Datis Romæ apud Sanctum Petrum  
sub sigillo officij Pœnitentiariæ. Decimo sexto Kalend. Iulij,  
Pontificatus Domini Pauli Papæ III. Anno tertio.

## XCIIII. PRIVILEGIUM

Pij Papæ V. concessum Congregationi Sancti Be-  
nedicti Vallisoletani. Anno Incarnationis  
Dominicæ 1567.

## S V M M A R I V M P R I V I L E G I I .

1. Constituta fuit una Congregatio ex pluribus Mona-  
steriis Sancti Benedicti procurantibus Regibus Ca-  
tholicis, & suadente Carolo V. Imperatore, & cū cō-  
firmatione Sedis Apostolica.
2. Tempore Roderici Abbatis Conuentus Vallisoletani,  
& totius Congregationis, inter Conuentum, & Con-  
gregationem in Capitulo generali super iure eligendi  
Abbatem generale disceptatum est, & causa, &c.
3. Statutum anni 1550. de eligendis duobus Monachis à  
Congregatione vacante officio triennali Generalis, è  
quibus Conuentus alterum in Abbatem Congregatio-  
nis, & Monasterij Vallisoletani eligeret.
4. Nemo post anno reclamante Conuentu Sancti Bene-  
dicti, ut alter ex nominandis Monachis ex in illo  
professis eligeretur, constitutum est.
5. Hoc statutum reuocatur, & illud prius iterum confir-  
matur,



- matur, & ut Abbates essent triennales ordinatur, & finito triennio ibidem rursus eligi nequirent.
- 6 Facultas concessa Philippo Regi Catholico nominandi duodecim Monachos, qui cum Abbate Generali constitutiones ederent pro reformatione, & c. que nunquam retractari valerent.
- 7 Potestas uniendo Monasteria minora aliis maioribus, & ab aliis opulentioribus minus opulentis bona aliqua applicandi, & deseruendi Monasteria modicorum reddituum per clericos seculares ad nutum amouibiles.
- 8 Duodecim Monachorum per Regem Catholicum, nominatorum statutum, circa Generalis electione, ut triennio uno Congregatio duos eligeret Monachos, è quibus Cõuentus alterum eligeret in Abbatem Generalem, & altero triennio Conuentus duos eligeret Monachos, è quibus similiter Congregatio alterum eligeret in Abbatem Generalem, & sic successiuè singulis triennis.
- 9 Vacante officio Generalis per obitum, vel aliàs intra triennium Prior Monasterij Vallisoletani conuocet Visitatores, & ad minus quinque Diffinitores, ex propinquioribus, qui iuxta formam in Capitulo precedenti seruatam, eligant, & expensa quomodo fiat.
- 10 Abbates Congregationis per sex annos durent.
- 11 Gradus Magisterij in Artibus liberalibus, & Theologia quando Monachis conferendus.
- 12 Monasterium S. Benedicti, quod est Congregationis Caput

XCIIII. PRIVILEGIUM.

- put non concurrat in expensis, & contributionibus  
Congregationis, secus est de eius filiationibus.
- 13 Constitutiones factæ Madriti, etiam per Capitulum  
generale nequeunt abrogari.
- 14 Confirmantur constituta ab illis duodecim Mona-  
chis.
- 15 Amplissima confirmatio Privilegorum totius Con-  
gregationis.
- 16 Propter nullam causam, etiam in Capitulo generali  
propositam, ab hac concordia recedatur.

P I V S Episcopus servus servorum Dei ad perpetuam rei  
memoriam. Regimini vniuersalis Ecclesiæ meritis licet  
imparibus disponente Domino Præsidentes, ea, quæ pro publi-  
ca Ordinum quiete, prouidâq; Monachorum, ac ceterarum  
personarum sub suauis Religionis iugo Altissimo famulatum  
salubri directione, & Religionis profectu, per Superiores illo-  
rum prudenter ordinata, & concorditer stabilita fuisse dicun-  
tur, ut illa firma perpetuò, & illibata persistant libenter, potis-  
simum cum à nobis petitur, & id Catholicorum Regum vo-  
ta exposcunt, Apostolico munime roboramus, aliâq; desu-  
per disponimus, prout rerum, personarum, & temporum qua-  
litate pensatâ conspicimus in Domino salubriter expedire. Sa-  
nè carissimus in Christo filius noster Philippus Hispaniarum  
Rex Catholicus, tam suo, quàm dilectorum filiorum Rode-  
rici de Vadillo Abbatis, & Conuentus Monasterij Sancti  
Benedicti, opidi Vallisoleti, eiusdem Sancti Benedicti, Or-  
dinis Paleutiñ. Diocesis, necnon Capituli, & Congregatio-  
nis dicti Ordinis, nominibus nobis nuper exponi fecit: quod  
alias

alias postquam in multis celebribus Monasteriis Ordinis Sancti Benedicti huiusmodi, quæ in Regnis Hispaniarum à tunc existentibus illarum Regibus Catholicis fundata fuerant: iam pridem prolapsa Monastica disciplinâ, procurantibus claræ memoriae Ferdinando, & Elisabeth, Hispaniarum Regibus diligentè restituta fuerat, ac longo post temporis interuallo illa omnia in vnam Congregationem, suadente inlytæ memoriæ Carolo V. Romanorum Imperatore, Apostolicâ auctoritate conscripta, & reformata extiterant, grauiq; subinde discordiâ inter Rodericum Abbatem & Conuentum, ac Congregationem prædictos super iure eligendi Abbatem Generalem dictæ Congregationis (qui illius Caput, & Visitator Generalis existeret) concitatâ, vtriusque inuicem aduersis pertinaciter contendentibus, Congregatione videlicet, ius ipsum eligendi ad se, & totum Capitulum Generale, tanquam supremum Caput pertinere: Conuentu verò, ex quo Abbas Generalis totius Congregationis pariter Abbas specialis dicti Monasterij Vallisoleti erat, consentaneum non videbatur, vt Conuentus ipse potestate eligendi (cuius possessioni iam inde ab ipso reformationis principio insisterat) minus merito priuaretur: ac denique Capitulo ipso generali tunc existente Episcopo Seguntin. cui fel. record. Paulus Papa III. prædecessor noster, negotium hoc vniuersum specialiter delegauerat in dicto Monasterio Vallisoleti, Anno Domini, Millesimo, Quingentesimo, Quinquagesimo conuocato, & vtraque parte ibidem cõueniente, vnanimi omnium consensu, statutum, & ordinatum, ac quod perpetuis deinceps futuris temporibus custodiretur mandatum fuerat: vt quotiescunque officium Abbatis Generalis Congregationis huiusmodi (quod triennale erat) vacaret, vniuersa Congregatio in eodẽ Capitulo generali, ad hunc effectum celebrâdo, duos Monachos, qui ex ipsâ Cõgregatione magis idonei vide-

## XCIII. PRIVILEGIUM

ss
4
5
 rentur nominaret, Abbas verò, & Conuentus prædicti, alteru  
 ex ipsis duobus Monachis nominatis, quem mallet eligeret:  
 qui sic electus, Generalis Abbas totius Cōgregationis, ac simul  
 Abbas particularis Monasterij Vallisoleti huiusmodi existe-  
 ret. Demum statuto ipso, quo ad huiusmodi electione aliquot  
 annis obseruato, postquam Conuentus ipse illi, veluti inius-  
 to, reclamasset, rursus inter eum, ac dictam Congregationem  
 nono post anno conuentum, cōcordiaq; pactum fuerat, quod  
 duorum nominandorum, alter ex gremio dicti Cōuentus de-  
 sumeretur, & si eum in Abbatem Generalem eligi continge-  
 ret, sequenti triennio, Conuentus ipse alterum ab ipsa Congre-  
 gatione nominandum in dicto Monasterio Vallisoleti, non  
 professum, pariter in Abbatem Generalem eligere teneren-  
 tur. Cum hæc posterior conuentio, vt probauit euentus, nõ  
 modo pacis speratæ fructum non attulisset, quinimo discor-  
 diis (pro quibus se dandis processerat) fructum non modicum  
 ministraret, piæ memoriæ Pius Papa III. etiam prædecessor  
 noster, prædicti Philippi Regis supplicationibus inclinatus,  
 per suas litteras posteriorem concordiam, atque conuentio-  
 nem huiusmodi in irritum reuocauit, statutum verò prædi-  
 ctum de nominandis duobus vbicumque professis restituit,  
 illudq; ac etiam certis quibusdam honestis suadentibus caus-  
 sis, aliud ab ipsis editum statutum, quod ceteri Abbates reli-  
 quorum Monasteriorum dictæ Congregationis, ad trien-  
 nium dumtaxat ordinarentur, eo tamen finito, in aliud Mo-  
 nasterium simili modo assumi possent approbauit. Insu-  
 per statuit, & ordinauit, quod vacatione officij Abbatis Ge-  
 neralis huiusmodi, siue in prædicto Capitulo generali tertio  
 quoque anno celebrando, siue per cessionem, priuationem,  
 aut obitum, adueniente, Congregatio duos, vt præfertur  
 nominare, & ex his Conuentus alterum eligere deberet, qui,  
 & Abbas generalis congregationis, & Abbas particularis Mo-  
 nasterij prædicti vsque ad proximum Capitulum generale esset.

Abbatēs

Abbates verò aliorum Monasteriorum, finito suo triennio, rur-  
 sus ibidem eligi nequirent, Statutumq; , & ordinationem  
 huiusmodi, inuiolabiliter, ac omni tempore tam in capite,  
 quam in membris custodiri mandauit: Ac insuper ad conser-  
 uandam in eadem Congregatione regularem, iuxta prædicti  
 Ordinis instituta disciplinam, seuendamq; tranquillitatem, si-  
 mulq; efficiendum, vt dissensionibus, & passionibus exple-  
 sis, pro tempore existentes Abbates, Monachi, & ceteri religio-  
 si Ordinis huiusmodi diuinis obsequiis mancipati regularem  
 disciplinam colere, ac simul Sacræ scripturæ studio, publicisq;  
 concionibus, ad fidei catholicæ ædificationem, & Christi fide-  
 lium animarum salutem vacare possent, Philippo Regi præ-  
 dicto, ac tunc, & pro tempore existenti Abbati Generali di-  
 ctæ Congregationis licentiam, & facultatem concessit, vt  
 duodecim, aut plures ipsius Congregationis Abbates, seu  
 Monachi, quos prædictus Philippus Rex doctrinâ, rerum  
 vsu, & vitæ integritate præstantes nominaret, simul cum tunc  
 Abbate Generali congregati omnia, & singula, quæ reforma-  
 tionem morum, veteris disciplinæ à Sanctis Patribus tradi-  
 tæ restitutionem, ceteraq; prosperum statum, salubremq; di-  
 rectionem, & tranquillitatem dictæ Congregationis illiusq;  
 Monasteriorum, locorum, & personarum concernebant, sta-  
 tuere, & ordinare possent: ac quicquid ipsi statuerent, & or-  
 dinarent, etiam grauissimis censuris, & pœnis in pertinaces  
 infligendis omni appellatione remotâ obseruari facerent, sed  
 ne illa in proximis, nec in aliis deinceps Capitulis generali-  
 bus, aut alibi vsquam, quouis modo corrigi, vel retractari va-  
 lerent. Postremò eidem tunc Abbati Generali, ac illi, vel  
 illis, quem, seu, quos dictus Philippus Rex, inter ceteros di-  
 ctæ Congregationis vitâ, exemplo, & doctrinâ pollentes eli-  
 geret dedit in mandatis, facultatemq; pariter attribuit, vt Mo-  
 nasteriis, & Prioratibus dictæ Congregationi vnitis, & subie-  
 ctis, eorumq; statu, & necessitatibus diligenter consideratis,

XCIIII. RIVILEGIVM.

si pro loci honestate regularem obseruantiam manuteneri oportere cognoscerent, ac eorum fructus, & prouentus ad duo decim, vel saltem ad decem Monachorum sustentationem non sufficere iudicarent, vnum tenue ipsorum Monasteriorum sic vnitorum cum annexis, ac omnibus iuribus, & pertinentiis suis alteri pinguiori, & magis commodo Monasterio subiicerent, & incorporarent: ita vt ex duobus, seu pluribus vnum efficeretur, in quo dictus Monachorum numerus cum aliorum, sic vnitorum Monasteriorum adminiculo, sustentari deberent. Vbi verò Monasteria, quibus alia, vt præfertur vnita erant ob fructuum angustiam onus huiusmodi sufficere nõ posse cognoscerent, vsque quo ad pinguiorem fortunam peruenirent aliqua de bonis aliorum Monasteriorum opulentiorum Congregationis huiusmodi, ab ipsis opulentioribus, alijs iuxta priuilegia illis dicta auctoritate concessa, dismembrarent, & illa mensa Conuentuali Monasteriorum, & Prioratum angustis redditus huiusmodi ad hoc, vt in illis competens Monachorum numerus, qui diuinis officiis, & precibus, nec non sacris lectionibus, & concionibus insisterent commodè sustentari possent, iuxta eadem priuilegia applicarent, & appropriarent: & si dismembratio, & applicatio huiusmodi, modo prædicto ex aliquâ causâ fieri nequiret, Monasteria, & Prioratus modici redditus huiusmodi cum annexis, ac omnibus iuribus, & pertinentiis suis alijs eiusdem Ordinis Monasteriis perpetuò, vel ad tempus pariter subiicerent, & applicarent. Ita vt illis per clericos seculares ad nutum Abbatibus Monasterij, cui illa pro tempore subiici, & applicari contingeret amouibiles in diuinis deseruiiri posset, illorumque Monachi ad ea Monasteria, quibus ipsa subiici contingeret se transferre tenerentur. Postea verò duodecim egregijs viris dicti Ordinis ab ipso Philippo Rege, facultatis prædictæ vigore nominatis, post quam ipsi Diuino præsidio implorato, diu multumque vnà incubuissent, quibus demum rationibus

nondum

81

nondum satis tranquillos animos dictorum religiosorum cōponerent, ac perpetuam vtrinq; pacem stabilirent, eademq; operâ optimæ disciplinæ normam instruerent, eam quæ inuolantam custodirent, inter alia multa, quæ pro communi omnium tranquillitate, dictæque disciplinæ institutione, & consideratione optima visa sunt, ab eis sub beneplacito Sedis Apostolicæ statuta, & ordinata, quibusdam ex anterioribus statutis, ac litteris prædictis præfatis detractis, & mutatis, ac etiam illis editis, communibus votis fanciuerunt, quod electio Abbatis Generalis in Capitulo generali, singulo triennio celebraretur: ceterum ad tollenda in ipsa Congregatione, circa id dissidia, quod proximo triennio Conuentus Sancti Benedicti, ex vniuerso dictæ Congregationis grege duos liberè eligat, quos ad id munus præstare iudicauerint, factaque huiusmodi electione Congregatio per secreta suffragia alterum sic electorum assumat, qui sibi magis idoneus videbitur, isque Abbas Generalis, simulque Monasterij Sancti Benedicti huiusmodi eo ipso sit creatus, qui triennio illo perpetuo vtrisque præsideat: sequenti verò Capitulo generali Congregatio duos ibidem nominabit: quorum alter simili modo à Conuentu eligatur, vt pariter eo triennio Generalis totius Congregationis, & Monasterij Vallisoleti Abbas sit futurus: hic quoque ordo alternis deinceps triennis inter vtrofque seruetur: omnes verò iure iurando ante electionem huiusmodi solemniter pollicerentur, se eos dumtaxat electuros, quos ad id onus subeundum ceteris præstare crediderint. Ceterum dicti duodecim nominati perpetuum hac in re silentium imponendo, omnibus quicquam deinceps circa huiusmodi electionem opponendi, mutandi, aut alterandi, viam præciderunt. Verum ubi Abbas Generalis huiusmodi officium per obitum, vel aliam intra triennium vacare contigerit, Prior Monasterij Vallisoleti prædicti, quam primum Visitatores generales, ac Diffinitores, saltem quin-  
*que ex*

### XCIIII. PRIVILEGIUM.

que ex propinquieribus ad Monasterium ipsum conuocabit, ita vt in eo consensu nunquam pauciores septem conueniant, qui suffragij ferendi ius habet similem modum in nouissimo Capitulo generali seruaturi: veluti si nouissimus Abbas Generalis, in ipso Capitulo generali à Conuentu prædicto Vallisoleti electus fuerat, ibi rursus Conuentus ipse duos, quemadmodum in præcedenti electione capitulari nominabit, quorum alterum Visitatores, & Diffinitores eo congregati in nomine Abbatem Generalem, & Monasterij Vallisoleti, votis secretis eligent, ac vicissim, si in eo nouissimo Capitulo generali talis electio à Congregatione facta fuerit, ibi demum nominatio duorum ad eoldem Diffinitores, & Visitatores, assumptio vero in huiusmodi Abbatem ad Conuentum formâ prædictâ seruatâ pertinebit: talis porro electus & subrogatus præstito iuramento, ceterisque prædictis seruatis, vsque ad proximum generale Capitulum plene in vniuersum administrabit, qui & in ipso generali Capitulo in futurum triennium nominari & eligi posset, quando cunque prædicta vacatio post annum cum dimidio quam defunctus in Capitulo generali assumptus fuerat, contingeret. Ceterum quicquid impendi hac in re pro Visitoribus, & Diffinitoribus opus erit, ad omne Congregatio præfata suppeditare debet: dictus autem Prior Monasterij Vallisoleti à die vacationis prædictæ vsque ad noui Abbatis generaliselectionem in Capitulo generali præsidebit: Abbates vero ceterorum Monasteriorum Congregationis huiusmodi per suos Monachos ad annos sex eligerentur, eorumq; electio huiusmodi per Abbatem Generalem confirmabitur, nisi vitiū personæ infirmationem postulauerit. Sed si ante huiusmodi sex annos in Capitulo generali legitime constiterit, quem ex dictis inferioribus à Generali Abbatibus contra canones, & regularia dicti Ordinis instituta deliquisse, tunc demum Capitulum ipsum generale liberâ tribuat Monachis illius Conuentus facultatē, aliū in Abbatē eligēdi: qui sic electus reliquū sex annorum



tempus Monasterio debeat præsidere. In domibus verò, & Monasterijs, quæ Collegia Monachorum dicti Ordinis habet, Abbates quoque, & alij Prælati ad idem tempus sex annorum, sed in Diffinitorio generalis Capituli eligentur, & vacatione illorum interim quoquomodo occurrente Abbas Generalis, & duo Diffinitores ad alium Abbatem, iuxta eam constitutionem seu prolatum, quæ anno Domini Millesimo, Quingentesimo, Sexagesimo secundo edita reperitur, subrogabunt. Cumque rationi consonum sit illos, qui studijs laboriosam atque indefessam operam præstant, cõdigno præmio honestari, & quod Monachi in litteris bene versati, & summam de se expectationem ferentes, qui in suis Collegijs illa omnia munera nauauerint publicè, quæ ceteri faciunt, qui in Vniuersitate ad licentiaturæ gradum assumi volunt, & saltem cursum vnum Artium liberalium perlegerint docendo, tunc demum ab Abbate Generali, & Diffinitoribus prædictis in eodem Capitulo generali ad omnes gradus eius facultatis, in qua cursum prædictum fecerint, vt præfertur promoueri deinde facto alio in Sacra Theologiae lectione cursu, ad Magisterij gradum in dicta Theologia, in ipso Capitulo absque pompâ assumi possint, maiorem tamẽ Magisterij sic effecti in ordine prærogatiuam, quàm alijs à iure conceditur, neuiquam habituri. Cum autem prædictum Monasterium Vallisoleti, sit totius Congregationis prædictæ Caput, copiosèque ibi fiant elemosynæ, ac frequens in eo hospitalitas exerceatur ideo nulla iam cogatur deinceps contribuere, siue concurrere in expensis, prout cetera totius Congregationis Monasteria, iuxta distributionem super hoc factam conferre tenentur: Monasterijs, tamen Zamorensis. Fromestensis. & Monforte, sicut nec reliqua Monasteria Capitularia dicti Ordinis sunt exempta, ab hoc contributionis onere, nequaquã exemptis. Denique ipsi duodecim electi prædictas & alias à se factas circa instituta regularia Congregationis & Ordinis prædictorum constitutiones, & ordinationes, ita firmatas & inuiolatas

## XCIII. RIVILEGIVM.

voluerunt, vt per Capitulum generale nunquã retractari, corrigi, vel abrogari possiat, illud totum quod secus fieri contigerit irritam & inane, atque nullius roboris, vel momenti fore decernendo, prout in litteris prædictis, ac instrumentis, documentis, alijsq̃ue scripturis desuper confectis, plenius dicitur contineri. Quare prædictus Philippus Rex, etiam dictis nominibus totam hanc Congregationem, depulsis vtrinq̃, simultatibus grauibusque impensis, quibustantopere inuicem vexata est, ac postremã compositione intercedente pacem perpetuam conseruere, & conseruãdo sese sub optimis disciplinæ Monasticæ institutis in officio suo vtilius exercere possent nobis humiliter supplicari fecit, vt posterioribus statutis, ordinationibus, & decretis sic vt præfertur prouidenter editis, pro firmiori illorum subsistentiã robur Apostolicæ confirmationis adijcere, aliasq̃ue in præmissis opportunè prouidere de benignitate Apostolicâ dignaremur. Nos igitur, qui Congregationem prædictam obseruantes vsquequaque virtutes suas, vitæque integritatem promouere, ac concordiam vnanimitatemque, & mutuam Religiosorum omnium, ac præsertim sub eisdem habitu regulãque virtutum Domino famulantium inter se dilectionem vbi que vigere sincero desideramus affectu, Philippum Regem, ac Rodericum Abbatem, & Conuentus Capituli, & Congregationis huiusmodi singulares personas à quibusuis excommunicationis, suspensionis, & interdicti alijsq̃ue Ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis, à iure vel ab homine, quauis occasione vel causã latis, si quibus quomodolibet innotati existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absoluentes, & absolutos fore censentes, nec non veriores statutorum ordinationum, singulorum capitulorum, & decretorum, in eis contentorum, ac instrumentorum, documentorum, aliarumque scripturarum, super præmissis quomodolibet confectorum, ac inde secutorum quorumcunque tenores præsentibus pro expressis habentes, huiusmodi supplica-

tionis

tionibus inclinati, posteriora Statuta, ordinationes, & decreta  
 ab eisdem duodecim Abbatibus, seu Monachis benè & prudè  
 14 ter edita, nec non prout illa concernūt omnia & singula in lit-  
 teris Pij prædecessoris huiusmodi, ac instrumētis, scripturis, &  
 documentis prædictis contenta, & inde secuta quæcumque a-  
 liaque præcedentia, in quantum illa temporibus posteriori-  
 bus contradicere, aut eorum effectum quoquo pacto impedi-  
 re possint, illis omnibus aliàs in suo robore permanenti-  
 bus, cassando, annullando, & viribus omninò vacuando. Præ-  
 15 terea omnia & singula privilegia, immunitates, exemptiones,  
libertates, donationes, largitiones, fauores, gratias, & indulga  
quæcumque prædictis Abbati Generali, Ordini, Congregatio  
ni, singulisque Monasterijs, Prioratibus locis, ac illorum Abba  
tibus, Prælatibus, Monachis, & personis quibuscumque per præ-  
dictos, & quoscumque alios Romanos Pontifices prædecesso  
res nostros, ac nos, & Sedem prædictam, eiusque Legatos, nec  
non etiam Imperatorem, Reges, & alios seculares Principes,  
que modolibet concessa, etiam si talia & multa sint que sub ge-  
nerali appellatione non veniant, sed speciali expressione indi-  
geant, illorum omnium tenores præsentibus etiam pro expres-  
sis habentes, & de super confectas litteras, ac inde secuta quæcū-  
que, licita tamen & honesta, ac sacris canonibus non contraria  
Apostolicâ auctoritate, tenore præsentium perpetuò approba-  
mus, & confirmamus, illisque perpetuæ, & inuiolabilis firmi-  
tatis robur adijcimus, ac omnes & singulos iuris, & facti defe-  
ctus, si qui forsan interuenerint in eisdem supplemus, Abba-  
 temque, & Conuentum Monasterij Vallisoletæ, ac Cōgregatio-  
 16 nem prædictos, ceterosque omnes, & singulos, quorū interest  
 intererit, aut quomodolibet in futurū interesse poterit ad ob-  
 seruationē omnium, & singulorū præmissorū omninò teneri, nec  
 ab illis, vel aliqua eorū parte vllò vnquâ tēpore, ex quouis etiã  
 rationabili causâ, etiam in Capitulo generali proposita &

## XCIII. PRIVILEGIUM.

Declarata citra Romani Pontificis, pro tempore existentis auctoritatem, & consensum Motu proprio, & causa mature discussa, ac dictæ Congregationi necessariâ, præstitum resilire, seu recedere: quinimò pro illorum observatione censuris, & poenis Ecclesiasticis, ceterisque iuris, & facti remediis opportunis, & per executores super his delegandos, arbitrio suo adhibendis cõpelli, nec super his quacunq; ratione restitutionem in integrum, reductionem ad terminos iuris, ac quoduis aliud iustitiæ, vel gratiæ remediũ impetrare, aut etiam ab alio, vel aliis impetrato, aut etiam motu simili concesso, vti posse, præfataq; omnia, & singula, ac præsentis litteras nullo tempore violari, vel infringi, nec subreptionis, obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis nostræ, aliudue quopiam defectu notari, siue argui posse, neque illa sub quibusuis similibus, vel dissimilibus gratiarum reuocationibus, suspensionibus, modificationibus, limitationibus, & derogationibus, etiam per nos, & successores nostros, ac Sedem præfatam, etiam intuitu contemplatione, vel ad instantiam Imperatoris, Regum, Reginarum, Ducum, & aliorum Principum, aut motu simili, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine sub quibuscumq; tenoribus, & formis, ac cum quibusuis clausulis, etiam vim contractus, aut legis, seu statuti perpetui inducentibus decretis, aut aliis quomodolibet concessis, & concedendis comprehendendi, nec illis etiam per Sedem præfatam aliisque, vt præfertur derogari, aut derogatum censeri posse, etsi de toto tenore, & datis earundem præsentium mentio habita, & derogatio, suspensio, limitatio, reuocatio, aliisque prædicta Congregationis, & Conuentus præfatorum expresso consensu facta fuerint. Et nihilominus si derogari, reuocari, suspendi, & limitari contigerit, huiusmodi derogationes, suspensiones, limitationes, reuocationes, aliisque præfata, nullius sint roboris, vel momenti, sed semper ab illis exceptas, & quoties illæ emanabunt, toties in pristinum, & validum statum restitutas, & denudò concessas esse, & censeri, & ita in omnibus præfatis, per

quosq;

quoscumque iudices, & commissarios quauis auctoritate fungentes iudicari, & diffiniri debere, ac quicquid secus super his à quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum, & inane decernimus. Non obstantibus præmissis, ac quibusuis Apostolicis, nec non in Prouincialibus & Synodalibus Concilijs editis, generalibus, vel specialibus cõstitutionibus, & ordinationibus, ac Monasteriorum Congregationis, & Ordinis præfatorum iuramento confirmatione Apostolicâ, vel quauis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, declarationibus, inhibitionibus & decretis, priuilegijs quoque, indultis, & litteris Apostolicis ijsdem Monasterijs, Congregationi, & Ordini, eorumque Abbatibus, Prælatis, Cõuentibus, Superioribus, & personis per præfatos, & quoscumque alios Romanos Pontifices prædecessores nostros, ac nos & Sedem eandem sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cū quibusuis etiam derogatorijs derogatorijs, alijsque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis, ac irritantibus, & alijs decretis in genere, vel in specie, ac etiam Motu proprio pari, nec non consistorialiter, & alijs quomodolibet concessis, ac etiã iteratis vicibus approbatis, & innouatis: quibus omnibus, etiam si de illis, eorūque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & indiuidua, non autem per clausulas generales idē importantes mentio, seu quauis alia expressio habēda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc seruanda foret, illorum tenores, datas, formas, & decreta in illis apposita, ac si de verbo ad verbū, nihil penitus omisso, ac formā in eis traditā obseruatā inserti forent præsentibus pro sufficienter expressis habētes, illis alijs in suo robore permansuris hac vice dumtaxat specialiter, & expressè derogamus, ceterisque contrarijs quibuscumque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ absolutionis, confirmationis, approbationis, suppletionis, decreti, & derogationis infringere, vel ei ausu temerario cõtraire. Si quis autem hoc attentare presumpserit indignationem Omnipotentis

## XCV. PRIVILEGIUM.

tentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli, Apostolorum eius se no-  
uerit incursum. Datis Romae apud Sanctum Petrum, Anno  
Incarnationis Dominicae, Millesimo, Quingentesimo, Sexage-  
simo septimo, nono Kalen. Iunij. Pontificatus nostri, Anno se-  
cundo.

## NONAGESIMUM QUINTUM.

Privilegium Gregorij Papae XIII, concessum Con-  
gregationi Sancti Benedicti Vallisoletani.

Anno Dominicae Incarnatio-  
nis 1575.

## SUMMARIVM PRIVILEGII.

- 1 Donati, qui in Monasteriis regularem habitum susci-  
piunt emittant votum solemne, cum profitentur, &  
ab omnibus pro religiosis, & solemniter professis ha-  
beantur.
- 2 Abbas Generalis cum consilio Capituli statuatur quomo-  
do vivere debeant, iuxta regulam Sancti Benedicti,  
& loco officij diuini iniungat eis recitationem Ora-  
tionis Dominicae, & Salutationis Angelicae toties,  
quoties ei videbitur.
- 3 Gaudeant Donati omnibus privilegiis, & gratiis, qui-  
bus gaudent Monachi.
- 4 Forma professionis eorundem.

GREGORIVS Papa XIII. ad perpetuam rei me-  
moriã. Non mediocriter expedire arbitramur, vt iis,  
qui

quiam certo animi iudicio, reiectis seculi huius impedimen-  
 tis, Religioni se dedūt, & adscribunt, ne animi leuitate postmo-  
 dum adducti, ab illa deficiāt, eamq; cum populi scandalo dese-  
 rant, auctoritate nostra prouideatur. Nuper accepimus in  
 Congregatione Vallisoleti, Ordinis Sancti Benedicti Regno-  
 rum Hispaniarum, in qua Monachi sub perpetuā clausurā vi-  
 uunt, vigore licentiæ eidem Congregationi, seu Ordini, per di-  
 uersos Pontifices prædecessores nostros concessæ vsū rece-  
 ptum fuisse, recipiendi à seculo fugientes in Religiosos, quos  
 Donatos appellant, in quibuscūq; illius Monasteriis, qui pro-  
 bationis tempore elapso, triū substantialium votorū professio-  
 nem emittentes, sub certis tamen modo, & formā admitte-  
 bantur, vnde factum est, vt succedentibus temporibus cum  
 aliqui ex dictis Donatis, postquam per aliquot annos in di-  
 cto Ordine religiosorum more, & habitu induti, in officiis  
 vulgò obedientis appellatis, tam in eius Ordinis Monasteriis,  
 quàm extra illa exercendis versati fuerant, Dei timore post-  
 posito, habituque regulari dimisso, Religionisq; suauis iugo ex-  
 cusso, respicientes retro aratrum, ad seculum redierint, &  
 forte vxores duxerint, in maximum Religionis dedecus, &  
 illius bonorum temporalium, ac bonorum omnium scan-  
 dalum, ac inde occasio dubitandi iniecta fuerit, an ab hu-  
 iusmodi Donatis votum solemne emitteretur. Quibus om-  
 nibus in posterum, vt obuietur scandalis, & incommo-  
 dis, ac vt omnis dubitandi occasio tollatur, cum dilectus  
 filius Abbas Generalis prædictæ Congregationis, seu Ordini-  
 nis nos super præmissis consuli curauerit, maximè conueni-  
 re existimauimus, vt cuius arma quis induat, eam miles mi-  
 litiam profiteatur, propterea de Apostolicæ potestatis ple-  
 nitudine statuimus, & decernimus, votum Obedientiæ,  
 Paupertatis, & Castitatis, iuxta formam infra scriptam,  
 de cetero in prædicto Ordine Sancti Benedicti emittenti-  
 ab omnibus, & singulis Donatis, qui in eius Monasteriis

XCV. PRIVILEGIUM.

regularem habitum, per eos de more gestari solitum in posterum suscipiens, & quoad eos, qui illum de presenti suscepisse reperiuntur, si illud emittere voluerint, inuiolabiliter obseruari debere, & illud esse votum solemne, ac omnem inducere effectum, quem inducit votum solemne, & eisdem Donatos, qui votum huiusmodi emittent, ab omnibus pro Religiosis, & solemniter professis haberi & deputari debere, ad hoc, vt illi deinceps ipsum emissuri perpetuum præstent Altissimo famulatum, & ad seculum redire nequaquam valeant: dantes, & concedentes facultatem, & auctoritatem eidem Abbati Generali,

2 cum consilio Capituli Generalis ordinationes, & statuta, quibus dicti Donati viuere, & quæ seruare debeant, quæ, quoad fieri poterit Regulæ Sancti Benedicti congruant, proponendi, nec non loco officij diuini, seu Horarum canonicarum recitationem Orationis Dominicæ, & Salutationis Angelicæ toties,

3 quoties ei videbitur iniungendi. Ita quod Donati huiusmodi omnibus, & singulis Apostolicis, Regijs, & alijs quibuslibet priuilegijs, indulgentijs, immunitatibus, exemptionibus, libertatibus, & gratijs, quibus huiusmodi Congregationis Monachi vtuntur, fruuntur, & gaudent, vt, frui, & gaudere in posterum valeant: sicq; per quoscūq; iudices, & commissarios, quauis auctoritate fungentes, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, & causarum Palatii Apostolici Auditores, sublatæ eis & eorum cuilibet aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, iudicari, & diffiniri debere: & si secus super ijs à quoquam, quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari irritum, & inane decernimus. Quo circa mandamus eidem Abbati Generali, & alijs Abbatibus, & Visitoribus, nec non Monachis Congregationis huiusmodi vniuersis, & singulis, ac Donatis prædictis, omnibusq; Christi fidelibus, vt huiusmodi nostrum statutum non expectata alia iussione, aut mentis nostræ declaratione humiliter recipiant, & studiose obseruare procurent. Non obstantibus præmissis, ac

Congre-



Congregationis prædictæ, illiusq; Monasteriorum iuramento, confirmatione Apostolicâ, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & litteris Apostolicis illis, illorumq; Superioribus, & personis, & eorum singulis per quoscumque Romanos Pontifices prædecessores nostros, ac nos, & Sedem Apostolicam, etiam per modum statuti perperui, ac initi, & stipulati contractus, ac aliâs sub quibuscumque clausulis, & decretis in genere, & specie concessis, & confirmatis, ac etiam aliis reformationibus, quocumq; tempore factis, & promulgatis, & quibuslibet aliis indulgentiis, & litteris Apostolicis specialibus, & generalibus, quorumcumque tenorum existant, per quæ præsentibus non expressa, vel totaliter non inserta effectus eorum impediri valeat quomodolibet, vel differri: & de quibus, quorumq; totis tenoribus habenda sit in nostris litteris mētio specialis, quæ omnia tâquàm abrogata nolumus cuiquã in aliquo suffragari. Ceterum volumus, quod præsentiam litterarû exemplâ, etiam impressâ, Generalis, vel cuiuscumque alterius Abbatis, vel Monasterij dictæ Congregationis, aut Prælati Ecclesiastici, vel eius Curie sigillo, & Notarij publici manu ob signata, eandem illam fidem vbique locorum in iudicio, & extra illud faciant, quam ipsæ præsentēs facerent, si exhiberentur. Forma autē professiones per Donatos, vt præfertur emittē. est huiusmodi, vt sequitur. Ego frater. N. facio professionem, & promitto obedientiam Deo Omnipotenti, Beatæ Mariæ, & Beato Benedicto, tibiq; N. huius Monasterij N. Abbati, vice N. Monachorum Ordinis Sancti Benedicti Hispaniarum Generalis, & successorum eius canonicè intrantium, vivere semper sine proprio, & in castitate, secundum Regulam sancti Benedicti, vsque ad mortem. Datû Romæ apud Sanctû Petrum, sub annulo Piscatoris. Die x. Iunij. M. D. Lxv. Pontificatus nostri, Anno quarto.

XCVI. PRIVILEGIUM.

Gregorij Papæ XIII. concessum Congregationi  
Sancti Benedicti Vallisoletani. Anno  
Dominicæ Incarnationis

1578.

*SVMMARIVM PRIVILEGII*

*Confirmatur constitutio facta in Capitulo generali, ut  
Abbates sint triennales.*

**G**REGORIVS Episcopus servus servorum Dei ad  
perpetuam rei memoriam. In euidenti Apostolicæ di-  
gnitatis culmine, meritis licet imparibus, Diuina dispositione  
vocati, ad ea libenter intendimus, per quæ damnis, & incom-  
modis, quæ ex statutis, & ordinationibus, per Ordinum quorū  
libet Superiores, nimirum in præiudicium electionum Abba-  
tum factis, prouenire dignoscuntur, obuiatur, & vt id votiue  
succedat statuta ipsa in melius moderamus, & limitamus, ac  
aliàs de super disponimus, prout in Domino conspiciamus salu-  
briter expedire. Sanè pro parte dilectorum filiorum Genera-  
lis, & Abbatum, ac Diffinitorum, nec non Congregationis Or-  
dinis Sancti Benedicti Regnorum Hispaniarum nobis nuper  
exhibita petitio continebat: Quod dudum felicis recordatio-  
nis Pius Papa III. prædecessor noster, tunc existentibus eorū-  
dem Regnorum Abbati Generali, Diffinitoribus, & aliis duo-  
decim, aut pluribus ipsius Congregationis Abbatibus, seu de-  
putatis omnia, & singula, quæ ad eiusdem Congregationis salu-  
brem directionem, prosperumq; statum, ac regimè, pacem, &  
quietem, iuxta dictæ Congregationis, & illius Ordinis regula-  
ria instituta, ac antiquas sanctiones, & constitutiones, tam cir-  
ca diuini officij celebrationem, quàm circa morū Monachorū  
reformationē statuenda, ordinanda, & reformanda videretur,  
statuere,

statuere, ordinare, sancire, & reformare, illaq; omni appellatione remotâ sub censuris, & pœnis, de quibus eis, & seu pro tempore existentibus eiusdē Congregationis Abbati Generali, & Visitoribus visum foret exequi, ita, vt illa per tunc immediate sequens, & alia Capitula generalia quouis modo corrigi, & retractari, seu illis derogari, aut aliâs contra ea ordinari, vel disponi non possit, neque deberet, & quidquid secus super iis à quoquâ etiâ per Capitulum generale fieri, & attentari contingeret irritû, & inane, nulliusq; roboris, vel momenti existere, ac in contradictores, & rebelles ad censuras, & pœnas, & priuationes vocis actiua, & passiuâ procedere possent facultatē, & licentiam concessit, & deinde præfati tunc existētes Abbas Generalis, & Diffinitores earum dē litterarum vigore plures consuetudines, ordinationes, & statuta ediderūt, ac inter alia, quod de cetero electiones Morachorū ad regimen Monasteriorum eiusdem Ordinis per eosdem Superiores facienda, per sex annos durare deberent, statuerunt, & ordinarunt, ac postquâ statutum, & ordinatio electionis Abbatū ad sex annos concernētia, in vsum recepta fuerunt, multa damna, & incommoda eidē Ordini, illiusq; Monachis, prout iam eorum cōprobauit vsus, attulerunt: qua propter Generalis, & Abbates, ac Diffinitores, necnon Congregatio prædicti in eorum Capitulo generali, vt moris est congregati, cupientes, damnis, & incommodis, quæ ex dictis electionibus prodire conspiciebantur prospicere, ac vt in eadem Congregatione regularis disciplina, iuxta eiusdem Ordinis regularia instituta, cum quiete, & tranquillitate iugiter obseruetur, statuto, & ordinatione præfatis prius per eos diligenter perspectis, & maturè consideratis, statutum, & ordinationes, electiones Abbatum concernentia prædicta sub nostro, & Apostolicæ Sedis beneplacito moderanda, & reformâda fore duxerūt, prout in litteris Apostolicis, & vestris publicis desuper confectis plenius dicitur contineri. Cum autem sicut eadem petitiō subiugebat, si statu-

tum, & ordinatio prædicta moderarentur, & reformarentur: ita quod de cetero electiones Monachorum ad regimina Monasteriorum Ordinis huiusmodi fiendæ ad triennium reducerentur, prout antea erant, profecto prædictis damnis, & incommodis, ac multis aliis inconuenientibus, quæ ex eisdem statuto, & ordinatione prouenire possent obuiaretur, ac paci, & tranquillitate eorundem Abbatis, & Monachorum non modicè cõsuleretur: Quare pro parte modernorum Generalis, & Abbatum, ac Diffinitorum, nec non Congregationis prædictorũ nobis fuit humiliter supplicatum, quatenus statutum, & ordinationem præfata moderare, & reformare, ac aliàs in præmissis opportunè prouidere de benignitate Apostolicâ dignaremur. Nos igitur, qui mutuum religiosorũ omnium, præsertim sub eisdem habitu, regulæq; virtutum, Domino famulantium inter se dilectionem ubiq; vigere sincero desideramus affectu, dictos Generalem, & Abbates, & Diffinitores, nec non Congregationis prædictæ singulares personas, & eorum quamlibet à quibusuis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisq; Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à iure, vel ab homine quauis occasione, vel causâ latis, si quibus quomodo libet innodatis existunt, ad effectum præsentium dũtaxat consequendum, harum seriè absoluentes, & absolutos fore censentes, nec non dictarum litterarum tenores præsentibus pro expressis habentes, huiusmodi supplicationibus inclinati, statutum, & ordinationem prædictam: ita quod Monasteria, & electiones Monachorum ad eorum regimina pro tempore fiendæ, de cetero ad triennialitatem, prout antea erant, reducta intelligantur, auctoritate Apostolicâ tenore præsentium moderamus, & reformamus: nec non Generalè, & Abbates, ac Diffinitores, ac Congregationem prædictos ad obseruationem statuti, & ordinationis primo dictorum minimè teneri, nec eos propterea aliquas censuras, & pœnas incurere posse, ac quicquid secus super iis à quoquam, quauis auctoritate scienter, vel

igno-

ignoranter contigerit attentari, irritum, & inane decernimus. Non obstantibus præmissis, ac quibuscumque Apostolicis, necnon in Prouincialibus, & Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, & ordinationibus, ac dicti Ordinis iuramento, cõfirmatione Apostolicâ, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, & cõsuetudinibus, ceterisque contrariis quibuscumque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ absolutionis, moderationis, reformationis, & decreti infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursum. Datis Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo, Quingentesimo, Septuagesimo octauo. Idus Decembris, Pontificatus nostri Anno septimo.

## NONAGESIMVM SEPTIMVM.

Indultum Gregorij Papæ XIII. concessum Congregationi Sancti Benedicti Vallisoletani. Anno Dominicæ Incarnationis 1580.

## SUMMARIVM INDVLTII.

*a* Omnes persona Congregationis, & eius seruitores, ac fratres, & sorores eiusdem singulis noctibus conscientias proprias examinantes, ac de commissis peccatis dolentes, & veniam petentes cum proposito ea confitendi, & ter Orationem Dominicam, & Salutationem Angelicam pro felici statu Ecclesiæ recitantes unum annum, & unam quadragenam de sibi iniunctis penitentis consequantur.

## XCVII. PRIVILEGIUM

- 2 *Iisdem pœnitentibus, & confessis, ac sacrâ Eucharistiâ refectis singulis mensibus, si ter Pater noster, & Ave Maria postea recitauerint conceditur plenaria indulgentia omnium peccatorum, eademq; conceditur eisdem, si in articulo mortis ter nomen Iesu voce, vel si non potuerint, saltem corde inuocauerint.*
- 3 *Et ut quoties tres Missæ pro anima cuiuscumque ex prædictis in caritate migrante celebrentur, à purgatorij pœnis liberetur.*
- 4 *Statuitur, ut in singulis Monasteriis, singulis diebus post Missam Conuentualem recitetur genibus flexis Oratio Salve Regina cum tribus orationibus, Cœcede nos, &c. pro Ecclesiæ necessitatibus, & dictæ Congregationis conseruatione.*

**G**REGORIVS Papa XIII. ad perpetuam rei memoriam. Quo fidelium animarum saluti sedulo consulimus, ac in eorûdem fidelium pectoribus deuotionem per orationem, & exactum examen propriæ cōscientiæ excitamus, eo magis, quæ curæ Pastoralis officij nostri imminent exequimur. Precibus igitur dilecti filij Generalis Congregationis Sancti Benedicti Hispaniarum, & ipsius Congregationis nobis hac in parte porrectis excitati, de Omnipotentis Dei misericordiâ, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius auctoritate cōfisi omnibus, & singulis dictæ Congregationis Abbatibus, Abbatissis, Monachis, & Monialibus, Cōuersis, seu Donatis, Nouitiis, ac iis, qui in Monasteriis dictæ Congregationis deseruierint, necnō alius, quos fratres, & sorores vocât, qui

admissi

- admissi sunt, & in posterum admittentur ad participationem orationum, ac suffragiorum, nec non reliquorum bonorum operum, quæ in ipsa Congregatione pro tempore ad diuini nominis gloriam fiunt, qui singulis noctibus proprias conscientias examinantes, ac peccata sua agnoscentes de commissis per eos ab intimis doluerint, ac à Deo propterea veniam humiliter petierint, animo gerentes propositum firmum illa statuto tempore confitèdi, ac ter Orationem Dominicam, & ter Salutationem Angelicam pro Romani Pontificis, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ felici statu recitauerint, vnum annum, & vnam Quadragesimam de eis iniunctis, seu aliàs quomodolibet debitis pœnitentiis misericorditer in Domino relaxamus. Nec non cuilibet ex prædictis, qui vere pœnitens, & confessus, semel singulis mēsis, post sumptum per eum sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum ter Orationem Dominicam, & toties salutationem Angelicam deuotè supradicta ratione recitauerit, ac in articulo mortis constitutus nomen Iesus ter voce, vel saltè corde, cum ore non potuerit inuocauerit, plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam, & remissionem Apostolicam auctoritate, tenore præsentium elargimur. Concedimus quoque, vt quoties tres Missæ pro anima alicuius ex prædictis, quæ Deo in caritate coniuncta ab hac luce migrauerit, celebrabuntur, ipsa de thesauro Ecclesiæ indulgentiam consequatur, quatenus Domini nostri Iesu Christi, & Beatissimæ Virginis Mariæ, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum prædictorum, aliorumque omnium Sanctorum meritis suffragantibus, à Purgatorij pœnis liberetur. Statuimus quoque, vt laudes gloriosissimæ Virginis referre lingua nunquam cesset humana, in singulis Monasteriis Monachorum, seu Monialium dictæ Congregationis post Missam Conuentualem statim vnoquoque die recitari genibus flexis orationem, quæ incipit Salve Regina, cum tribus aliis Orationibus, videlicet, Concede nos famulos tuos, Intercessio nos qua sumus,

Domi

## XC VIII. PRIVILEGIUM.

Domine, & Ecclesie tue pro necessitatibus eiusdē Sanctæ Romanæ Ecclesie, & dictæ Congregationis conseruatione. Et quia difficile foret præsentēs litteras ad singula quæque loca, vbi illis opus fuerit deferri, volumus, quod earum transumptis manu alicuius Notarij publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem vbiq; fides adhibeatur, quæ ipsis originalibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datis Romæ apud Sanctum Petrum, sub annulo Piscatoris. Die vigesimæ septimæ Ianuarij, Milleesimo, Quingentesimo, Octuageesimo, Pontificatus nostri Anno octauo.

## XC VIII. PRIVILEGIUM

Clementis Papæ VIII. concessum! Congregationi  
Sancti Benedicti Vallisoletani. Anno Do-  
minicæ Incarnationis 1591.

## S V M M A R I V M PRIVILEGII.

*Clemente viij. fue  
electo en 30 de heñ  
de 1592. La data  
de esta bula es a 1.º de  
março de 1591. Por que  
la data de esta bula  
se quentaron en Roma  
dando principio a  
no en 21 de março  
quan de el sol entro  
en el signo de  
Arius que el pri.º  
y de a quel dia co  
mencaron los Abba  
les de el año solar.  
conforme a esta  
el año de 1591. comen  
ço a 21 de março de  
aquel año y acabó en  
21 de março del año  
de 1592. y asien  
esta data de esta  
bula en el año de  
1591. que fue el pri.  
mero del pontifica  
do de Clemente viij.*

*1* Status differentia super iure eligendi Abbatem Generalem, & Concordia, quæ circa hoc præcesserunt.  
*2* Abbates & Procuratores, & votum in Capitulo Generali habentes eligant liberè priori triennio in Generali Abbatem Congregationis, & particularē Conuentus Vallisoletani unum Monachum ex gremio Congregationis, & in subsequenti unum Monachum ex professis in Monasterio Sancti Benedicti Vallisoletani, qui ordo alternis tricennis perpetuò seruetur.



- 3 Vnus ex octo Diffinitoribus Capituli, eligatur semper ex Monachis professis in Monasterio Vallisoletano, siue ex illis, qui ibidem degunt, siue ex ijs, qui Capitulo intersunt.
- 4 Abbates Conuentuum, qui filiationes aliorum Monasteriorum non sunt, in Capitulo à Generali & Diffinitoribus eligantur, seruat à Concordiâ, quæ in Monasterio Montiserrati circa alternatiuam, & c. constituta est.
- 5 Diffinitores in Capitulo careant voto passiuo, neq; in Abbates eligi possint, secus est infra triennium, nam vacante per obitum officio Abbatis assumi poterunt ad illud usque ad sequens Capitulum.
- 6 Initio cuiusq; Capituli generalis, Cõgregatio omnis, & Conuentus Vallisoleti iurent, se hæc omnia seruaturos, & id non iurâs voto, & suffragio perpetuò careat.
- 7 Si Cõgregatio aliquid circa hoc immutari, electio Generalis liberè ad Conuentum Sancti Benedicti Vallisoletani deuoluatur, si Conuentus, sit libera electio Cõgregationi.
- 8 Hæc omnia ob omnibus inuiolabiliter obseruetur, & c.

CLEMENS Episcopus seruus seruorum Dei ad perpetuam rei memoriam. Inter cetera cordis nostri desideria, id intensis exoptamus affectibus, vt inter personas ecclesiasticas quascumq; præsertim regulares, præcisiss quarũlibet discordiarũ materijs, caritatem concordia nutriat, & pacè caritatis firmet amenitas, pro quo tam salubri beno consequendo

non

XC VIII. PRIVILEGIUM

nonnulla statui mus, & ordinamus, prout conspici mus in Do-  
 mino salubriter expedire. Dudum siquidem felicis recordatio-  
 nis Pio Papa Quinto prædecessori nostro pro parte carissimi  
 in Christo filij nostri, tunc sui Philippi Hispaniarum Regis Ca-  
 tholici, ac dilectorum filiorum Abbatis, & Conuentus Mona-  
 sterij Sancti Benedicti opidi Vallisoleti, Ordinis eiusdem San-  
 cti Benedicti Palentiñ. Dioces. nec non Congregationis dicti  
 Ordinis Regnorum Hispaniarum exposito: quod antea post-  
 quam in multis celebribus Monasterijs eiusdem Ordinis, quæ  
 in Regnis præfatis à tunc existentibus illorum Regibus Catho-  
 licis fundata fuerant, iam pridem prolapsa Monastica disci-  
 plina, procurantibus claræ memoriæ Ferdinando, & Elisabet His-  
 paniarum Regibus, diligenter restituta fuerat, ac longo post  
 temporis interuallo illa omnia in vnã Congregationem, sua  
 dente in clytæ memoriæ Carolo Quinto Romanorum Impe-  
 ratore Apostolicâ auctoritate confecta, & reformata extite-  
 rant, grauique subinde discordiã inter Abbatem & Conuen-  
 tum, ac Congregationem præfatos, super iure eligendi Abba-  
 tem Generalem dictæ Congregationis, qui illius Caput, & Vi-  
 sitator existeret concitatã, vtrisque inuicem aduersis pertinaci-  
 ter contendentibus, Congregatione videlicet, ius ipsum eligē-  
 di ad se, & totum Capitulum generale, tanquam supremũ Ca-  
 put pertinere, Cõuentui vero, ex quo Abbas Generalis totius  
 Congregationis pariter Abbas specialis dicti Monasterij Valli-  
 soleti erat, consentaneum non videbatur, vt Conuentus ipse  
 potestate eligēdi, cuius possessioni: iã inde ab ipso reformatio-  
 nis principio insisterat, minus merito priuaretur, ac deniq; Ca-  
 pitulo ipso generali à tunc existente Episcopo Seguntin. cui  
 piæ memoriæ Paulus Papa Quartus, etiam prædecessor noster  
 negotiũ hoc vniuersum specialiter delegauerat, in dicto Mona-  
 sterio Vallisoleti, anno Dñi Millesimo, Quingétesimo, Quin-  
 quagesimo cõuocato, & vtrãq; parte ibidẽ conueniente vnani-  
 mi omnium consensu statutum, & ordinatum, ac quod per-

*Nome del Br  
 ue de Pio V.*

*La Reform on  
 en el año de los Re-  
 ges Carlos V. y  
 Carlos V.*

*conuentionem  
 in la Cong. en casa  
 de Vallisoleti.*

*Pretension de la  
 Congregation.*

*Pretension del  
 Conuenio de Valli*

*concordia del  
 año de 1550.*

petuis deinceps futuris temporibus custodiretur mandatum fuerat, vt quotiescumque officium Abbatis Generalis Congregationis huiusmodi, quod triennale erat vacaret, vniuersa Congregatio in eodem Capitulo generali ad hunc effectum celebrando, duos Monachos, qui ex ipsa Congregatione magis idonei viderentur, nominaret, Abbas vero & Conuentus præfati alterum ex ipsis duobus Monachis nominatis, quem mallent, eligerent, qui sic electus Generalis Abbas totius Congregationis, ac simul Abbas particularis Monasterij Vallisoleti huiusmodi existeret: demum statuto ipso quoad huiusmodi electionem annis aliquot obseruato, postquam ipsi Conuentus illi, veluti iniusto, reclamasset, rursus inter eos, ac dictam Congregationem nono post anno conuentum, concordiaque pactum fuerat, quod duorum nominandorum alter ex gremio dicti Conuentus desumeretur, & si cum in Abbatem Generalem eligi contingeret, sequenti triennio ipsi Conuentus alterum ab ipsa Congregatione nominandum, in dicto Monasterio Vallisoleti non professum, pariter in Abbatem Generalem eligere tenerentur. Cumque deinde hæc posterior conuentio, vt probauerat euentus non modo pacis speratæ fructum non attulisset, quinimo discordias, pro quibus sedandis processerat ministraret, cum recolendæ memoriæ Pius Papa Quartus similiter prædecessor noster, præfati Philippi Regis supplicationibus inclinatus, per suas litteras posteriorem concordiam, atque conuentionem huiusmodi, in irritum reuocasset, statutum verò præfatum de nominandis duobus vbi- cumque professis restituisset, illudque, ac & certis quibusdam honestis suadentibus causis aliud ab ipsis editum statutum, quod ceteri Abbates reliquorum Monasteriorum dictæ Congregationis ad triennium dumtaxat ordinarentur, eo tamen finito in aliud Monasterium simili modo assumi possent, approbasset, ac insuper statuisset, & ordinasset, quod va-

catio-

*Reclamação do  
des. Benito.*

*concordia de laño  
de 1559.*

*Pio 4. reuoca  
la concordia de  
año de 1559. y  
confirma la del  
año de 1550.*

*Prohibens el  
relección de  
los Abades.*

XCVIII. PRIVILEGIUM.

*eleccion de General y Abad*

catione officij, Abbatis Generalis huiusmodi, siue in prædicto Capitulo Generali, tertio quoque anno celebrando, siue per celsionem, priuationem, obitumque adueniente, Congregatio duos, vt præfertur nominaret, & ex his Conuentus alterum eligere deberent, qui, & Abbas Generalis Congregationis, & Abbas particularis Monasterij Vallisoleti vsque ad proximum Capitulum generale esset, Abbates verò aliorum Monasteriorum finito suo triennio rursus ibidem eligi nequit, statutumque, & ordinationem huiusmodi inuiolabiliter, ac omni tempore, tam in capite, quam in membris custodire mãdasset: postea vero duodecim egregijs viris, dicti Ordinis Monachis, ab ipso Philippo Rege, facultatis sibi ab Apostolicâ Sede traditæ vigore nominatis, postquam ipsi diuino præsidio implorato diu, multumque vna incubuissent, quibus demum rationibus nondum satis tranquillos animos dictorum Religiosorum componerent, ac perpetuam vtrinque pacem stabili-  
rent, eademque operâ optimæ disciplinæ normam institueret, eamque inuiolatam custodirent, inter alia multa, quæ pro cõmuni omnium tranquillitate, dictæque disciplinæ institutione, & consuetudine optima visa fuerât, ab eis sub beneplacito dictæ Sedis statuta, & ordinata, quibusdam ex anterioribus statutis, ac litteris præfatis detractis, & mutatis, ac etiã illis editis cõmunibus votis sanciuissent, quod electio Abbatis Generalis in Capitulo generali singulo triennio celebraretur, ceterũ ad tollenda in prædicta Congregatione dissidia, quod proximo triennio Conuentus dicti Monasterij Vallisoleti ex Vniuerso dictæ Cõgregationis grege duos liberè eligeret, quos ad id munus præstantes iudicaret, factaque huiusmodi electione Congregatio per secreta suffragia alterũ sic electorum assumeret, qui sibi magis idoneus videretur, isq; Abbas Generalis, simulque Monasterij Vallisoleti huiusmodi, eo ipso esset creatus, qui triennio illo perpetuo vtrisque præfideret, sequenti vero Capitulo generali Congregatio duos ibidem nominaret, quorum

*alter*

*Junta de los 12 de Madrid*

*constituciones de Madrid*

*eleccion de Abad*

alter, simili modo, à Conuentu eligeretur, vt pariter eo triennio Generalitotius Congregationis, & Monasterij Vallisoleti Abbas esset futurus, hic quoque ordo alternis deinceps triennis inter vtrosque seruaretur: omnes vero iure iurando ante electionem huiusmodi solemniter pollicerentur, se, eos dumtaxat electuros, quos ad id onus subeundum ceteris præstare crederent. Ceterum dicti duodecim nominati Monachi perpetuum hac in re silentium imponendo omnibus, quicquam deinceps, circa huiusmodi electionem opponendi, mutandi, aut alterandi, viam præciderant. Verum vbi Abbatem Generalis huiusmodi officium per obitum, vel alias intra triennium vacare contigisset, Abbas Monasterij Vallisoleti huiusmodi quamprimum Visitatores Generales, ac Difinitores, saltem quinque ex propinquieribus, ad Monasterium ipsam Vallisoleti cõuocaret, ita vt in eo consensu nõquã pauciores septem conuenirent, qui suffragij ferendi ius haberent, similem modum in nouissimo Capitulo Generali seruaturi: veluti si nouissimus Abbas Generalis in ipso Capitulo Generali à Cõuẽtu prædicto Vallisoleti electus fuisset, ibi rursus Cõuentus ipse duos, quemadmodum in præcedenti electione Capitulari, nominaret, quorum alterum Visitatores, & Difinitores eò congregati in nomine Abbatis Generalis, & Monasterij Vallisoleti huiusmodi votis secretis eligerent: ac vicissim, si in eo nouissimo Capitulo generalitatis electio à dicta Congregatione facta fuisset, ibi demum nominatio duorum ad eòdem Difinitores, & Visitatores, assumptio verò in huiusmodi Abbatem ad Conuentum præfatos, forma prædicta seruata pertineret, talis porrò electus, & subrogatus prælato iuramento, ceterisque prædictis seruatis, vsque ad proximum generale Capitulum plene in vniuersum administraret, qui & in ipso generali Capitulo in futurum triennium nominari, & eligi posset quandoquomque prædicta vacatio post annum eum

*Electio in  
tra de Generali*

XCVIII. PRIVILEGIUM.

timidio, quàm defunctus in Capitulo generali assumptus  
 fuisset contingeret: ceterum quicquid impendij hac in re  
 pro Visitatoribus, & Diffinitoribus opus esset, id omne Con-  
 gregatio prædicta suppeditare deberet: dictus autem Abbas  
 Monasterij Vallisoleti huiusmodi, à die vacationis prædictæ  
 usq; ad noui Abbatis Generalis electionem in Capitulo gene-  
 rali præsideret, Abbates vero ceterorum Monasteriorum Con-  
 gregationis huiusmodi, per suos Monachos ad sex annos eli-  
 gerentur, eorumq; electio huiusmodi per Abbatem Genera-  
 lem confirmaretur, nisi vitium personæ infirmationem postu-  
 lasset: sed si ante huiusmodi sex annos in Capitulo generali legi-  
 timè cõstitisset, quem ex dictis inferioribus à Generali Abbati  
 bus contra Canones, & regularia dicti Ordinis instituta deli-  
 quisse tunc demum Capitulum ipsum generale liberam tri-  
 bueret Monachis illius Conuentus facultatem alium in Abba-  
 tem eligendi, qui sic electus reliquum sex annorum tempus  
 Monasterio deberet præsidere: in domibus vero, & Monaste-  
 riis, quæ Collegia Monachorum dicti Ordinis habet, Abbates  
 quoque, & alij Prælati ad idem tempus sex annorum, sed in  
 Diffinitorio generalis Capituli eligerentur, & vacatione illo-  
 rum interim quoquomodo occurrente Abbas Generalis, &  
 duo Diffinitores ad alium Abbatem, iuxta eam constitutio-  
 nem, seu prolatum, quæ anno Domini Millesimo, Quingen-  
 tesimo, Sexagesimo secundo edita reperitur subrogarent, idem  
 Pius V. prædecessor supplicationibus Philippi Regis, ac Ab-  
 batis, & Conuentus, necnon Congregationis huiusmodi in  
 ea parte inclinatus posteriora statuta, ordinationes, & decre-  
 ta ab eisdem duo decim Monachis benè, & prudenter edita,  
 necnon prout illa concernunt omnia, & singula in litteris  
 Pij IIII. prædecessoris, ac instrumentis, scripturis, & docu-  
 mentis desuper confectis contenta, & inde secuta quæcumq;  
 aliaq; præcedentia, in quantum illa temporibus posteriori-  
 bus contradicere, aut eorum effectum quoque pacto impedi-

*Præsidencia  
 Cap: g:ral:*

*eleccion de Ab-  
 bes en los conu:  
 por seis años*

*Abbas dicitur  
 g:ral scilicet  
 Diffinitorio.*

*Pius V. confirmata  
 Constitutio nec  
 de Madrid*

*Reuocata confir-  
 macione d: Pij 4*

repossent, illis omnibus aliis in suo robore permanentibus,  
 cassando, annullando, & viribus omnino euacuando Apo-  
 stolicâ auctoritate, perpetuè approbavit, & confirmavit, il-  
 lisque perpetuæ; & inuiolabilis firmitatis robur adiiecit, ac  
 omnes, & singulos iuris, & facti defectus, si qui forsan interue-  
 nissent in eisdem supplicuit, Abbatemq;, & Conuentum Mo-  
 nasterij Vallisoleti huiusmodi, ac Congregationem præfa-  
 tos, ceterosque omnes, & singulos, quorum intererat, aut  
 quomodolibet in futurum interesse posset, ad obseruationem  
 omniû, & singulorum præmissorû omnino teneri, nec ab illo,  
 vel aliqua eorum parte, vllò vnquam tempore, ex quauis, etiâ  
 rationabili causa, etiâ in Capitulo generali proposita, & decla-  
 rata, citra Romani Pontificis, pro tempore existētis auctori-  
 tatem, & consensum, motu proprio, & causâ maturè discuf-  
 sâ, ac dictæ Congregationi necessariâ præstitum resilire, seu  
 cedere, quinimo pro illorum obseruatione censuris, & pœ-  
 nis Ecclesiasticis, ceterisque iuris, & facti remediis opportu-  
 nis, & per executores desuper delegandos, arbitrio suo ad-  
 hibendis compelli, nec super quacumque ratione restitu-  
 tionem in integrum, reductionem ad terminos iuris, ac  
 quoduis aliud iustitiæ, vel gratiæ remedium impetrare, aut  
 etiam ab alio, vel aliis impetrato, & etiam motu simili con-  
 cesso vti posse, præfataq; omnia, & singula, ac easdem litteras  
 nullo tempore violari, vel infringi, nec subreptionis, obreptio-  
 nis, aut nullitatis vitio, seu intentionis dicti Pij III. prædecef-  
 soris, alioque quopiam defectu notari, siue argui posse, nec illa  
 sub quibusuis similibus, vel dissimilibus gratiarum reuocatio-  
 nibus, suspensionibus, modificationibus, limitationibus, dero-  
 gationibus, etiâ per eundem Piû III. & successores suos, ac Sedē  
 prædictam, etiâ intuitu, contemplatione, vel ad instantiam Im-  
 peratoris, Regum, Reginarû, Ducum, aut aliorum Principum,  
 aut motu simili, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine sub  
 quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusuis clau-

solis, etiam vim contractus, aut legis, seu statuti perpetui indu-  
 centibus, decretis, aut alijs quomodolibet concessis, & conce-  
 dendis comprehendis, nec illi etiam per Sedem prædictâ alijs,  
 quàm ut præfertur derogari, aut derogatum censi posse, & si  
 de toto tenore, & datis earumdem litterarum mentio habita,  
 & derogatio, suspensio, limitatio, reuocatio, aliq; prædicta de  
 Congregationis, & Conuentus prædictorum expressio consen-  
 su facta essent, & nihilominus si derogari, reuocari, suspendi, &  
 limitari contigisset, huiusmodi derogationes, suspensiones,  
 limitationes, reuocationes, aliq; prædictæ nullius essent ro-  
 boris, vel momenti, sed semper ab illis exceptas, & quoties  
 illæ emanassent, toties in pristinum, & validum statum re-  
 stitutas, & de nouo concessas esse, & ceteri decreuit, prout  
 in prædictis, ac eiusdem Pij V. prædecessoris litteris, ac in-  
 strumentis, documentis, aliisque scripturis desuper confe-  
 ctis, plenius dicitur contineri. Cum autem sicut exhibita no-  
 bis nuper, pro parte Philippi Regis, ac Conuentus, necnon  
 Congregationis huiusmodi petitio continebat, licet forma ele-  
 ctionis Generalis Abbatis, & reliquorum Abbatum in statu-  
 tis, & litteris prædictis contenta, seruata hæcenus inuolabi-  
 liter extiterit, nihilominus cum verum efficax docuerit ex-  
 perientia, neque exinde optata pacis exitum rem consecu-  
 tam fuisse, nec Abbates, & alios Congregationis præfate  
 finem conquærendi fecisse, ex eo, quia liberè sibi ius eligen-  
 di Generalem Abbatem minimè daretur, è contra verò Con-  
 uentum Vallisoleti huiusmodi se ante dictum annum Mille-  
 simum, Quingentesimum, Quinquagesimum, absque Con-  
 gregationis interuentu, seu suffragis Abbatem Generalem eli-  
 gere olim consueuisse, ac reliquorum dicti Ordinis Monaste-  
 riorum in dictis Regnis existentium Caput semper extitisse, & stare  
 & ab eo, tâquam à Capite eorundem Monasteriorum reformatio-  
 nis, & ad veram Monasticæ disciplinæ obseruationis reductionem

*Titulus marce  
 hecha Clementis*

*Precesion de la  
 Congregation  
 y de la ciudad de Vall.*





## XCVIII. PRIVILEGIUM.

2  
 ridifunt obseruantia, in Abbatem Generalem ad triennium  
 futurum eligant, quo finito simili modo Abbates, & alij præ-  
 dictæ Congregationis successiue ad aliud triennale tēpus im-  
 mediatē sequens præcisē, vnum Monachum professum in di-  
 cto Monasterio Vallisoleti, iuxta regulæ, & constitutio-  
 nem prædictarum dispositionē, quem etiam magis idoneum  
 iudicant Monachis ipsius Monasterij, qui Capitulares non  
 sint, suffragia pariter in eo non ferentibus, in eiusdem Mona-  
 sterij Vallisoleti Abbatem, & Congregationis Generalem  
 eligere teneantur, atque is ordo alternis deinceps trienniis  
 omnitempore seruetur: vno videlicet, aliquis ex gremio Con-  
 gregationis, altero triennio vnus ex professis in Monasterio  
 Vallisoleti huiusmodi, qui ceteris præstantes, & digniores iu-  
 dicati fuerint, vt præfertur eligantur. Et quia hætenus Mo-  
 nachi dicti Conuentus in huiusmodi Generalis electione suf-  
 fragia semper tulerunt, ea in posterum ne utiquam ferre pos-  
 sint, sed Cōgregatio ipsa liberam habeat eligendi potestatem,  
 quæ singulis quoque triennis, vnum in dicto Monasterio Val-  
 lisoleti professum, ex iis, qui in ipso Monasterio Vallisoleti  
 cum in eo Capitulū celebratur deguerint, seu ipsi Capitulo in-  
 ter fuerint in Diffinitorē ex octo, qui eliguntur semper eligat.  
 3  
 4  
 Cumq; hætenus reliquorum Monasteriorum Abbates per  
 suos quiq; Conuentus eligi seu assumi consueuerint de cetero  
 ipsorum Abbatum officia primo proximo Capitulo præsentis  
 anni Millesimi, Quingentesimi, Nonagesimi secundi, vt præ-  
 fertur, celebrādo, ac omni deinceps tēpore in vnoquoq; Capi-  
 1  
 tulo generali vacare cēseantur, ac vacēt, & Abbas Generalis, ac  
 I  
 Diffinitores nouiter in dicto Capitulo electi tantūmodo ipsos  
 eligant Abbates, saluis tamen ordine, ac modo in Monasterijs,  
 seu domibus, quæ filiationes habēt, circa ipsarū filiationū pro-  
 uisiones seruari solitis, & cōtinentis, qui nullatenus mutentur, sed  
 in suis statu, & formā firmiter remaneant, & absq; etiā præiudi-  
 cio cōcordiæ inite, & quæ nūc seruatur in Monasterio S. Marię  
 de Mōteserrato dicti Ordinis Viceñ. Dioc. quoad alternati-

uā nominādi, & eligendi Abbatē, cuius, prout, & ceterorū Mo-  
 nasteriorū electio, licet in Diffinitorio fieri debeat, alternatiuæ  
 5 tamē regula neuti quā immutetur. Quo verò liberius, ac re-  
 ctius in huiusmodi Abbatū electionib<sup>9</sup> procedatur, Diffinito-  
 res voto passiuo careant, & in Capitulo Abbates eligi nequeāt,  
 nisi casu, quo interim aliquis Abbas viā vniuersæ carnis ingre-  
 deretur, tunc enim pro illo residuo tēpore, vsq; ad triennij finē  
 in Abbatis defuncti locū aliquem ipsorum subrogari, seu eligi  
 fas sit. Ceterū pro præmissorū omnium firmitate, & validitate  
 Congregatio, necnon Conuentus, Monasterij Vallisoleti hu-  
 iusmodi, cū primo proximo Capitulo præsentis anni Mille-  
 6 mi, Quingentesimi, Nonagesimi secundi celebrando, tū initio  
 cuiusq; generalis Capituli omnes iureiurando polliceantur, se  
 omnia, & singula quæ uis circa Generalis, Abbatis, & Diffinito-  
 rū electionem continentur inuiolabiliter, & omni tēpore ser-  
 uaturos, quod si eorū aliquis iurare recuset, aut præmissa non  
 seruarit, à Capitulo excludatur, ac voto, & suffragiis tam dan-  
 7 dis, quàm habēdis ipso facto perpetuò priuatus existat. Si verò  
 aliqua ipsarum partū aliquid de præmissis, & circa ea immu-  
 tari, ut alterari tentarit, si Congregatio fuerit, Cōuentus solus,  
 & in solidū liberam habeat potestatem eligendi Abbatē Ge-  
 neralem, si verò Conuentus huiusmodi in culpa fuerit, tunc, &  
 eo casu eligendi huiusmodi liberè, ac nulla habitatione,  
 8 quod professus sit in ipso Monasterio Vallisoleti, ad Congre-  
 gationem deuoluatur, Quæ omnia per vos, ut præfertur statu-  
 ta, & ordinata à generali Cōgregatione, Cōuentu Monasterij  
 Vallisoleti, Abbatibus, Prælatibus, & Monachis, omnibusq; alijs,  
 & singulis, ad quos spectat, & pertinet, aut spectabit, & perti-  
 nebit quomodolibet infuturum, ac perpetuis futuris tem-  
 poribus perpetuò firmiter, & inuiolabiliter obseruari debere,  
 neq; eorū quemquā ab eis, nullo vnquā tēpore sub quouis præ-  
 textu, occasione, vel causā, seu quesito colore, ex qua uis etiā a  
 tionabili causā resilire, seu recedere posse, sed ad ipsorū omniū

XCVIII. PRIVILEGIUM.

obseruationem perpetuò obligatos fore, & esse, & ad id etiam per censuras, & pœnas Ecclesiasticas, ac suffragiorum, & officiorum priuationem, ceteraq; iuris, & facti remedia opportuna, omni, & quacumq; appellatione, reclamatione, & recurſu postpositis cogi, & conPELLI posse, nec super his relaxationem iuramenti, aut in integrum restitutionem impetrari, aut impetratis, vt, seu præſentes litteras de subreptionis, vel obreptionis vitio, aut intentionis nostræ, seu quouis alio defectu argui, vel impugnari posse volumus: sicq; & non aliter per quoscumque iudices, & commissarios, quauis auctoritate fungentes, etiã caussarum Palatij Apostolici Auditores, & Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, sublatâ eis, & eorû cui libet, quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate iudicari, & diffiniri debere, ac quicquid secus super his à quoquam, quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari irritû, & inane decernimus. Non obstantibus præmissis, nec non præfatis Pij. V. prædecessoris litteris, ac quibusuis Apostolicis, nec nō in Prouincialibus, & Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, & ordinationibus, ac Mōnasteriorum Congregationis, & Ordinis prædictorum iuramento, confirmatione Apostolicâ, vel quauis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, declarationibus, inhibitionibus, & decretis, priuilegiis quoq; indultis, & litteris Apostolicis iisdem Mōnasteriis, Congregationi, & Ordini, eorûq; Abbatibus, Prælatibus, Cōuentibus, Superioribus, & personis per quoscumq; Roman. Pontifices prædecessores nostros, ac nos, & Sedem eandem, sub quibuscûq; tenoribus, & formis, & cû quibusuis derogatoriis derogatoriis, aliisq; efficacioribus, & insolitis clausulis, ac irritantibus, & aliis decretis in genere, vel in specie, ac etiã motu proprio, nec non consistorialiter, & aliàs quomodo libet concessis, ac etiã iteratis vicibus innouatis, quibus omnibus, etiã si de illis, eorûq; totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & indiuidua, non autē per clausulas ge-

nerales

nerales idem importantes mentio, seu quæuis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc seruanda foret, illorū tenores, datas, formas, & decreta in illis apposita, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, ac formā in eis traditā obseruari inferti forent, præsentibus pro sufficiēter expressis habentes, in quantum præmissis contradicant, illis alias in suo robore permanfuris, specialiter, & expressè derogamus, ceterisq; contrariis quibuscumq;. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ absolutionis, statuti, ordinationis, voluntatis, decreti, & derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se noverit incursum. Datis Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicę Millesimo, Quingentesimo, Nonagesimo primo. Kalend. Martij: Pontificatus nostri Anno primo.

XCIX. PRIVILEGIUM.

Clementis Papæ VIII. concessum Congregationi Sancti Benedicti Vallisoletani, Anno Dominicæ Incarnationis 1591.

SUMMARIVM PRIVILEGII.

- 1 *Judices excutores præserti priuilegij Episcopi Palentini. & Salmantini. & Abbas Ecclesie secularis, & Collegiate Vallisoletanae.*
- 2 *Priuilegium præsertum.*
- 3 *Commissio executionis illius præfatis iudicibus.*

XCIX. PRIVILEGIUM.

CLEMENS Episcopus servus servorum Dei. Venerabilibus fratribus Palentiũ. & Salmantiũ. Episcopis, ac dilecto filio Abbati secularis, & Collegiatae Ecclesiae opidi Vallisoleti, Palentiũ. Dioecel. Salutem, & Apostolicam Benedictionem. Hodie emanarũt à nobis litterae tenoris subsequẽtis.

CLEMENS Episcopus servus servorum Dei ad perpetuam rei memoriam. Inter cetera cordis nostri desideria, id intensis exoptamus affectibus, vt inter personas ecclesiasticas quascumque, praesertim regulares, praecisis quarũlibet discordiarũ materijs, caritatem concordia nutriat, & pacẽ caritatis sicut amoenitas, pro quo tam salubri bono cõsequendo nonnulla statuimus, & ordinamus, prout conspiciamus in Domino salubriter expedire. Dudum siquidem felicis recordationis Pio Papa Quinto praedecessori nostro pro parte carissimi in Christo filij nostri, tunc sui Philippi Hispaniarum Regis Catholici, ac dilectorum filiorum Abbatis, & Conuentus Monasterij Sancti Benedicti opidi Vallisoleti, Ordinis eiusdem Sancti Benedicti Palentiũ. Dioecel. nec non Congregationis dicti Ordinis Regnorum Hispaniarum exposito: quod antea postquam in multis celebribus Monasterijs eiusdem Ordinis, quae in Regnis praefatis à tunc existentibus illorum Regibus Catholicis fundata fuerant, iam pridem prolapsa Monastica disciplina, procurantibus clarae memoriae Ferdinando, & Elisabeth Hispaniarum Regibus, diligenter restituta fuerat, ac longo post temporis intervallo illa omnia in vnã Congregationem, sua dente inclytæ memoriae Carolo Quinto Romanorum Imperatore, Apostolicã auctoritate confecta, & reformata extiterant, grauique subinde discordiã inter Abbatem & Conuentum, ac Congregationem praefatos, super iure eligendi Abbatem Generalem dictae Congregationis, qui illius Caput, & Visitator existeret concitatã, vtriusque inuicem aduersis pertinaciter contendentibus, Congregatione videlicet, ius ipsum eligendi ad se, & totum Capitulum generale, tanquam supremũ Caput

put pertinere, Cōuentui vero, ex quo Abbas Generalis totius  
 Congregationis pariter Abbas specialis dicti Monasterij Valli  
 soleti erat, consentaneum non videbatur, vt Conuentus ipse  
 potestate eligēdi, cuius possessiōni iā inde ab ipso reformatio  
 nis principio insisterat, minus merito priuaretur, ac deniq; Ca  
 pitulo ipso generali à tunc existente Episcopo Seguntin. cui  
 piæ memoriæ Paulus Papa Quartus, etiam prædecessor noster  
 negotiū hoc vniuersum specialiter delegauerat, in dicto Mona  
 sterio Vallisoleti, anno Dñi Mille simo, Quingētesimo, Quin  
 quagesimo cōvocato, & vtrāq; parte ibidē conueniēte vnani  
 mir omnium consensu statutum, & ordinatum, ac quod per  
 petuis deinceps futuris temporibus custodiretur mandatum  
 fuerat, vt quotiescumq; officium Abbatis Generalis Con  
 gregationis huiusmodi, quod triennale erat vacaret, vniuer  
 sa Congregatio in eodem Capitulo generali ad hunc effe  
 ctum celebrando, duos Monachos, qui ex ipsa Congrega  
 tione magis idonei viderentur, nominaret, Abbas vero &  
 Conuentus præfati alterum ex ipsis duobus Monachis no  
 minatis, quem mallent, eligerent, qui sic electus Genera  
 lis Abbas totius Congregationis, ac simul Abbas particula  
 ris Monasterij Vallisoleti huiusmodi existeret: demum sta  
 tuto ipso quoad huiusmodi electionem annis aliquot ob  
 ternato, postquam ipsi Conuentus illi, veluti iniusto, recla  
 masset, rursus inter eos, ac dictam Congregationem nono  
 post anno conuentum, concordiaq; pactum fuerat, quod  
 duorum nominandorum alter ex gremio dicti Conuentus  
 defumeretur, & si cum in Abbatem Generalem eligi contin  
 geret, sequenti triennio ipsi Conuentus alterum ab ipsa Cō  
 gregatione nominandum, in dicto Monasterio Vallisoleti  
 non professum, pariter in Abbatem Generalem eligere te  
 nerentur. Cumq; deinde hac posterior conuentio, vt pro  
 bauerat euentus, non modo pacis speratæ fructum non at  
 tulisset, quinimo discordias, pro quibus sedandis processerat

XCIX. PRIVILEGIUM.

ministraret, cum recolendæ memoriæ Pius Papa III. similiter prædecessor noster, præfati Philippi Regis supplicationibus inclinatus, per suas litteras posteriorem concordiam, atque conuentionem huiusmodi, in irritum reuocasset, statutum verò præfatum de nominandis duobus vbi-  
cūque professis restituisset, illudque, ac etiã certis quibusdam honestis suadentibus causis aliud ab ipsis editum statutum, quod ceteri Abbates reliquorum Monasteriorum dictæ Congregationis, ad triennium dumtaxat ordinarentur, eo tamen finito in aliud Monasterium simili modo assumi possent, approbasset: ac insuper statuisset, & ordinasset, quod vacatione officij Abbatis Generalis huiusmodi, siue in prædicto Capitulo Generali, tertio quoque anno celebrando, siue per cessionem, priuationem, obitumque adueniente, Congregatio duos, vt præfertur nominaret, & ex his Conuentus alterum eligere deberent, qui, & Abbas Generalis Congregationis, & Abbas particularis Monasterij Vallisoletij præfati vsq; ad proximū Capitulū generale esset, Abbates verò aliorū Monasteriorum finito suo triennio rursus ibidem eligi acquireret, statutumque, & ordinationem huiusmodi inuiolabiliter, ac omni tempore, tam in capite, quam in membris custodire mādasset: postea vero duodecim egregijs viris, dicti Ordinis Monachis, ab ipso Philippo Rege, facultatis sibi ab Apostolicâ Sede traditæ vigore nominatis, postquam ipsi diuino præsidio implorato diu, multumque vnâ incubuissent, quibus demum rationibus nondum satis tranquillos animos dictorum Religiosorum componerent, ac perpetuam vtrinque pacem stabili-  
rent, eademque operâ optimæ disciplinæ normam instituerēt, eamque inuiolatam custodirent; inter alia multa, quæ pro cōmuni omnium tranquillitate, dictæque disciplinæ institutione, & cōsideratiōe optima visa fuerāt, ab eis sub beneplacito dictæ Sedis statuta, & ordinata, quibusdam ex anterioribus statutis, ac litteris præfatis detractis, & mutatis, ac etiã illis editis cōmunibus



munibus votis lanciuissent, quod electio Abbatis Generalis in  
 Capitulo generali singulo triennio celebraretur, ceterum ad sol-  
 lenda in prædicta Congregatione dissidia, quod proximo  
 triennio Conuentus dicti Monasterij Vallisoleti ex Vniuerso  
 dictæ Cōgregationis grege duos liberè eligeret, quos ad id mu-  
 nus præstantes iudicaret, factaque huiusmodi electione Con-  
 gregatio per secreta suffragia alterum sic electorum assumeret,  
 qui sibi magis idoneus videretur, isq; Abbas Generalis, simul-  
 que Monasterij Vallisoleti huiusmodi, eo ipso esset creatus: qui  
 triennio illo perpetuo utrisque præficeret: sequenti vero Cap-  
 itulo generali Congregatio duos ibidem nominaret, quorum  
 alter, simili modo à Conuentu eligeretur, ut pariter eo trienio  
 Generalis totius Congregationis, & Monasterij Vallisoleti  
 Abbas esset futurus, hic quoque ordo alternis deinceps trienni-  
 inter utrosq; seruaretur: omnes verò iure iurando ante electio-  
 nem huiusmodi solemniter pollicerentur, se eos dumtaxat el-  
 cturos, quos ad id onus subeundum ceteris præstare crederent.  
 Ceterum dicti duodecim nominati Monachi perpetuum hi-  
 in re silentium imponendo omnibus, quicquam deinceps ci-  
 ca huiusmodi electionem opponendi, mutandi, aut alteranc-  
 viam præciderant. Verum ubi Abbatis Generalis huiusmo-  
 officium per obitum, vel alias intra triennium vacare cont-  
 gisset, Abbas Monasterij Vallisoleti huiusmodi quamprimò  
 Visitatores generales, ac Diffinitores, saltem quinque, ex propin-  
 quioribus, ad Monasterium Vallisoleti conuocaret; ita, ut in e-  
 consensu nunquam pauciores septem conuenirent, qui suffi-  
 gijferendi ius haberent, similem modum in nouissimo Cap-  
 itulo generali seruaturum: veluti si nouissimus Abbas Genera-  
 lis in ipso Capitulo generali à Conuentu prædicto Valliso-  
 leti electus fuisset, ibi rursus Conuentus ipse duos quemad-  
 modum in præcedenti electione Capitulari nominaret, quo-  
 rum alterum Visitatores, & Diffinitores eo congregatio ne-

XCI X. PRIVILEGIUM.

mine Abbatem Generalem, & Monasterij Vallisoleti huiusmodi votis secretis eligerent: ac vicissim, si in eo nouissimo Capitulo generali talis electio à dicta Congregatione facta fuisset, ibi demum nominatio duorum ad eisdem Diffinitores, & Visitatores, assumptio verò in huiusmodi Abbatem ad Conuentum præfatos, formâ prædictâ seruata pertineret, talis porro electus, & subrogatus præstito iuramento, ceterisq; prædictis seruatis, vsque ad proximum generale Capitulû plene in vniuersum administraret, qui & in ipso generali Capitulo in futurum triennium nominari, & eligi posset quam locumque prædictâ vacatio post annum eum dimidio, quam defunctus in Capitulo generali assumptus fuisset contingeret, ceterum quicquid impendij hac in re pro Visitatoribus, & Diffinitoribus opus esset, id omne Congregatio prædicta suppeditare deberet: dictus autem Abbas Monasterij Vallisoleti huiusmodi, à die vacationis prædictæ vsq; ad noui Abbatis prædicti electionem in Capitulo generali præsideret, Abbates verò ceterorum Monasteriorum Congregationis huiusmodi per suos Monachos ad sex annos eligerentur, eorumq; electio huiusmodi, per Abbatem Generalem confirmaretur, nisi vitium personæ infirmatione postulasset: sed si ante huiusmodi sex annos in Capitulo generali legitime cõstitisset, quem ex dictis inferioribus à Generali Abbatibus cõtra Canones, & regularia dicti Ordinis instituta deliquisse, tunc demum Capitulum ipsum generale liberam tribueret Monachis illius Cõuentus facultatem alium in Abbatem eligendi, qui sic electus reliquum sex annorum tempus Monasterio deberet præsidere: in domibus verò, & Monasteriis, quæ Collegia Monachorum dicti Ordinis habent Abbates quoque, & alij Prælati ad idem tempus sex annorum, sed in Diffinitorio generalis Capituli eligerentur, & vacatione illorum interim quoquo modo occurrente, Abbas Generalis,

lis, & duo Diffinitores ad alium Abbatem, iuxta eam constitutionem, seu prolatum, quæ anno Domini Mille simo, Quingentesimo, Sexagesimo secundo edita reperitur subrogarent, idem Pius V. prædecessor supplicationibus Philippi Regis, ac Abbatis, & Conuentus, necnon Congregationis huiusmodi in ea parte inclinatus, posteriora statuta, ordinationes, & decreta ab eisdem duodecim Monachis bene, & prudenter edita, necnon prout illa concernunt omnia, & singula in litteris Pij III. prædecessoris, ac instrumentis, scripturis, & documentis desuper confectis contenta, & inde secuta quæcumque, aliæque præcedentia in quantum illa tēporibus posterioribus contradicere, aut eorum effectum quoquo pacto impedire possent, illis omnibus aliis in suo robore permanentibus, cassando, annullando, & viribus omnino euacuando Apostolicâ auctoritate perpetuò approbavit, & confirmavit, illisq; perpetuæ, & inuiolabilis firmitatis robur adiecit, ac omnes, & singulos iuris, & facti defectus, si qui forsan interuenissent in eisdem, suppleuit, Abbatem que, & Conuentum Monasterij Vallisolei huiusmodi, ac Congregationem præfatos, ceterosque omnes, & singulos, quorum intererat, aut quomodolibet in futurum interesse posset, ad obseruationem omnium, & singulorum præmissorum omnino teneri, nec ab illis, vel aliqua eorū parte, vllò vnquam tempore, ex quauis, etiam rationabili causâ, etiam in Capitulo generali proposita, & declarata, citra Romani Pontificis, pro tempore existentis auctoritatem, & consensum, motu proprio, & causâ maturè discussâ, ac dictæ Congregationi necessariâ præstitum resiliere, seu recedere, quinimo pro illorum obseruatione censuris, & poenis Ecclesiasticis, ceterisque iuris, & facti remediis opportunis, & per executores desuper delegandos, arbitrio suo adhibendis compelli, nec super quacumq; ratione

restitu;

**XCIX. PRIVILEGIUM.**

restitutionem in integrum, reductionem ad terminos iuris, aut quodvis aliud iustitiæ, vel gratiæ remedium impetrare, aut etiam ab alio, vel aliis impetrato, & etiam motu simili concessio vti posse, præfataq; omnia, & singula, ac easdem litteras nullo tempore violari, vel infringi, nec subreptionis, obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis dicti Pij III. prædecessoris aliove quoquam defectu notari, siue argui posse, nec illa sub quibusvis similibus, vel dissimilibus gratiarum reuocationibus, suspensionibus, modificationibus, limitationibus, derogationibus, etiam per eundem Pium III. & successores suos, ac Sedem prædictam, etiam intuitu, contemplatione, vel ad instantiam Imperatoris, Regum, Reginarum, Ducum, aut aliorum Principum, aut motu simili, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis clausulis, etiam vim contractus, aut legis, seu statuti perpetui inducentibus, decretis, aut aliàs quomolibet concessis, & concedendis comprehendendi, nec illis etiam per Sedem prædictam aliàs, quam vt præfertur derogari, aut derogatū censi posse, etiã si de toto tenore, & datis earūdem litterarū mentione habita, & derogatio, suspensio, limitatio, reuocatio, aliæque prædicta de Congregationis, & Conuentus prædictorum expresso consensu factæ essent, & nihilominus si derogari, reuocari, suspendi, & limitari contigisset, huiusmodi derogationes, suspensiones, limitationes, reuocationes, aliæque prædicta nullius essent roboris, vel momenti, sed semper ab illis exceptas, & quoties illæ emanassent, toties in pristinum, & validum statum restitutas, & de nouo concessas esse, & censi decreuit, prout in prædictis, ac eiusdem Pij V. prædecessoris litteris, ac instrumentis, documentis, aliisque scripturis desuper confectis, plenius dicitur contineri. Cum autem sicut exhibita nobis nuper, pro parte Philippi Regis, ac Conuentus, necnon Congregationis huiusmodi petitio continebat, licet forma

electio-

electionis Generalis Abbatis, & reliquorum Abbatum in statutis, & litteris prædictis contenta, seruata hæctenus inuolubiler extiterit, nihilominus cum verum efficax docuerit experientia, neque exinde optatæ pacis exitum rem consequutam fuisse, nec Abbates, & alios Congregationis præfatæ finem cõquærendi fecisse, ex eo, quia liberè sibi ius eligèdi Generalem Abbatè minimè daretur, è contra verò Conuentû Monasterij Vallisoleti huiusmodi se ante dictum annû Millesimû, Quingètesimû, Quinquagesimû, absq; Congregationis interuetu, seu suffragiis Abbatem Generalem eligere olim cõsuisisse, ac reliquorû dicti Ordinis Monasteriorû in dictis Regnis existentû Caput semper extitisse, & stare, & ab eo, tâquam à Capite eorundem Monasteriorum reformationem, & ad veram Monasticæ disciplinæ obseruationis reductionem alias emanasse, & ex us, aliisque de causis ad ipsum electionem huiusmodi spectare contendunt, pro parte Philippi Regis, necnon Conuentus, ac Congregationis huiusmodi nobis fuit humiliter supplicatum, quatenus eis in præmissis opportunè prouidere de benignitate Apostolicâ dignaremur. Nos, ut iam tâdem dissensionibus, & passionibus modus imponatur, & illarû etiam præcludatur occasio, ac quo Monachi prõptius, ac quietius in odorem suauitatis, & pacis suum possint debitum Altissimo impendere famulatû, prouidere cupiètes, ac Philippû Regè, ac singulares personas Monasterij Vallisoleti, & Cõgregationis huiusmodi à quibusuis excõmunicationis, suspèionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis à iure, vel ab homine quauis occasione, vel causâ latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum seriè absoluentes, & absolutos fore censentes: necnon litterarum, instrumentorum, documentorum, & scripturarum tenores, etiã vetiores præsentibus pro expressis habentes huiusmodi supplicationibus inclinati, Apostolicâ auctoritate, tenore præsentîû perpetuò statuimus,

XCVIII. PRIVILEGIUM.

- 2 & ordinamus, quod de cetero in primo Capitulo generali præsentis anni Millefimi, Quingentesimi, Nonagesimi secundi, Deo dante iniendo, & celebrando, ac deinceps perpetuis futuris temporibus Abbates, & Procuratores Congregationis prædictæ, ac reliqui votum in eodem Capitulo habentes liberè, & absq; eo, quod Monachi dicti Monasterij Vallisoleti, (Capitularibus tamen exceptis) suffragia ferant, Abbatem Generalè dictæ Congregationis ex gremio ipsius Congregationis eligant, isq; Abbas Generalis sic creatus, vt præfertur, Abbas in simul particularis sit, prout nunc esse cõsuevit, dicti Monasterij Vallisoleti, dum modo in ea prima electione præsentis Millefimi, Quingentesimi, Nonagesimi secundi, vt præmittitur faciendæ, quem ex vniuersa ipsa Cõgregatione duxerint meliorem, iuxta dicti Ordinis regulam, & constitutiones, quæ nũc in viridi sunt obseruantia, in Abbatem Generalem ad triennium futurum eligant, quo finito simili modo Abbates, & alij prædictæ Congregationis successiuè ad aliud triennale tẽpus immediatè sequens præcisè, vnum Monachum professum in dicto Monasterio Vallisoleti, iuxta regulæ, & constitutionum prædictarum dispositionè, quem etiam magis idoneum iudicarint Monachis ipsius Monasterij, qui Capitulares non sint, suffragia pariter in eo non ferentibus, in eiusdem Monasterij Vallisoleti Abbatem, & Congregationis Generalem eligere teneantur, atque is ordo alternis deinceps trienniis omni tempore seruetur: vno videlicet, aliquis ex gremio Congregationis, altero triennio vnus ex professis in Monasterio Vallisoleti huiusmodi, qui ceteris præstantes, & digniores iudicati fuerint, vt præfertur eligantur. Et quia hætenus Monachi dicti Conuentus in huiusmodi Generalis electione suffragia semper tulerunt, ea in posterum ne vquam ferre possint, sed Cõgregatio ipsa liberam habeat eligendi potestatem, quæ singulis quoque triennis, vnum in dicto Monasterio Vallisoleti professum, ex iis, qui in ipso Monasterio Vallisoleti
- 3
- cum

cum in eo Capitulū celebratur deguerint, seu ipsi Capitulo inter fuerint in Diffinitorē ex octo qui eliguntur semper eligat.

- 4 Cumq; hætenus reliquorum Monasteriorum Abbates per suos quiq; Conuentus eligi seu assumi consueuerint de cetero ipsorum Abbatum officia primo proximo Capitulo præsentis anni Millesimi, Quingentesimi, Nonagesimi secundi, vt præfertur, celebrādo, ac omni deinceps tēpore in vnoquoq; Capitulo generali vacare cēleantur, ac vacēt, & Abbas Generalis, ac Diffinitores nouiter in dicto Capitulo electitantūmodo ipsos eligant Abbates, saluis tamen ordine, ac modo in Monasteriis, seu domibus, quę filiationes habēt, circa ipsarū filiationū provisiones seruari solitis, & cōsuetis, qui nullatenus mutētur, sed in suis statu, & formā firmiter remaneant, & absq; etiā præiudicio cōcordię inite, & quę nūc seruatur in Monasterio S. Marię de Mōteserrato dicti Ordinis Viceñ. Dioc. quoad alternatiuā nominādi, & eligendi Abbate, cuius, prout, & ceterorū Monasteriorū electio, licet in Diffinitorio fieri debeat, alternatiuæ tamē regula neuti quā immutetur. Quo verò liberius, ac rectius in huiusmodi Abbatū electionib<sup>9</sup> procedatur, Diffinitores voto passiuo careant, & in Capitulo Abbates eligi nequeāt, nisi casu, quo interim aliquis Abbas viā vniuersę carnis ingrederetur, tunc enim pro illo residuo tēpore, vsq; ad triennij finē in Abbatis defuncti locū aliquem ipsorum subrogari, seu eligi fas sit. Ceterum pro præmissorum omnium firmitate, & validitate Congregatio, necnon Conuentus, Monasterij Vallisoleti huiusmodi, cum primo proximo Capitulo præsentis anni
- 6 Millesimi, Quingentesimi, Nonagesimi secundi celebrando, tum initio cuiusq; generalis Capituli omnes iureiurando polliceantur, se omnia, & singula quęuis circa Generalis, Abbatis, & Diffinitorum electionem continentur inuiolabiliter, & omni tempore seruaturos, quod si eorum aliquis iurare recusarit, aut præmissa non seruarit, à Capitulo excludatur, ac voto, & suffragiis tam dandis, quàm habendis ipso

XCIX. PRIVILEGIUM.

facto perpetuò priuatus existat. Si verò aliqua ipsarum partium aliquid de præmissis, & circa ea immutari, aut alterari tentarit, si Cõgregatio fuerit Cõuentus solus, & in solidum liberã habeat potestaté eligendi Abbatem Generalẽ, si verò Cõuentus huiusmodi in culpa fuerit, tunc, & eo casu ius eligendi huiusmodi liberè, ac nulla habita ratione, quod professus sit in ipso Monasterio Vallisoleti ad Congregationem deuoluatur. Quæ omnia per vos, vt præfertur statuta, & ordinata à generali Congregatione, Cõuentu Monasterij Vallisoleti, Abbatibus, Prælatibus, & Monachis, omnibusq; aliis, & singulis, ad quos spectat, & pertinet, aut spectabit, & pertinebit quomodolibet in futurum, ac perpetuis futuris temporibus perpetuò firmiter, & inuiolabiliter obseruari debere, neque eorum quemquam ab eis, nullo vnquam tempore sub quouis prætextu, occasione, vel causã, seu quæsito colore, ex quauis etiam rationabili causã resilire, seu recedere posse, sed ad ipsorum omnium obseruationem perpetuò obligatos fore, & esse, & ad id etiam per censuras, & pœnas Ecclesiasticas, ac suffragiorum, & officiorum priuationem, ceteraq; iuris, & facti remedia opportuna, omni, & quacumq; appellatione, reclamatione, & recurso postpositis cogi, & compelli posse, nec super his relaxationem iuramenti, aut in integrum restitutionem impetrari, aut impetratis vti, seu præsentibus litteras de subreptionis, vel obreptionis vitio, aut intentionis nostræ, seu quouis alio defectu argui, vel impugnari posse volumus: sicq; & non aliter per quoscumque iudices, & commissarios, quauis auctoritate fungentes, etiã caussarum Palatii Apostolici Auditores, & Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, sublatã eis, & eorũ cuilibet, quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate iudicari, & diffiniri debere, ac quicquid secus super his à quoquam, quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari irritũ, & inane decernimus. Non obstantibus præmissis, nec non præfati Pij V. prædecessoris litteris, ac quibusuis Apostolicis,



nec nõ in Prouincialibus, & Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, & ordinationibus, ac Monasteriorum Congregationis, & Ordinis prædictorum iuramento, confirmatione Apostolicâ, vel quauis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, declarationibus, inhibitionibus, & decretis, priuilegiis quoq; indultis, & litteris Apostolicis eisdem Monasteriis, Congregationi, & Ordini, eorũq; Abbatibus, Prælatibus, Cõuentibus, Superioribus, & personis per quoscumq; Roman. Pontifices prædecessores nostros, ac nos, & Sedem eandem, sub quibuscũq; tenoribus, & formis, & eũ quibusuis derogatarum derogatoriis, aliisq; efficacioribus, & insolitis clausulis, ac irritantibus, & aliis decretis in genere, vel in specie, ac etiã motu proprio, necnon consistorialiter, & aliis quomodolibet concessis, ac etiã iteratis vicibus innouatis, quibus omnibus, etiã si de illis, eorumq; totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & indiuidua, non autẽ per clausulas generales idem importantes mentio, seu quauis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc seruanda foret, illorũ tenores, datas, formas, & decreta in illis apposita, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, ac formã in eis traditã obseruatã inserti forent, præsentibus pro sufficiẽter expressis habentes, in quantum præmissis contradicant, illis aliã in suo robore permansuris, specialiter, & expressẽ derogamus, ceterisq; contrariis quibuscumq;. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ absolutionis, statuti, ordinationis, voluntatis, decreti, & derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumperit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datis Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicę Millesimo, Quingentesimo, Nonagesimo primo. Kalend. Martij. Pontificatus nostri Anno primo.

## C. PRIVILEGIUM.

3  
¶ Quo circa discretioni vestræ per Apostolica scripta mandamus quatenus vos, vel duo, aut vnus vestrū per vos, vel aliū, seu alios litteras præfatas, ac omnia, & singula in eis contenta, vbi, & quando expedierit, ac quoties pro parte Philippi Regis, seu Abbatis, & Conuentus, vel Congregationis huiusmodi fueritis requisiti solēniter publicantes, eisq; in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes faciatis litteras, & in eis contenta huiusmodi inuiolabiliter obseruari: non permittentes eos per quoscumq; desuper quomodolibet impediri, seu perturbari: Contradictores per censurā Ecclesiasticam appellatione postposita compescendo. Non obstantibus similis memoriæ Bonifacij Papæ VIII. etiam prædecessoris nostri, qua inter alia cauetur, ne quis extra suas ciuitatem, & Dioeces. nisi in certis exceptis casibus, & in illis vltra vnam dietam à fine, suæ Dioeces. ad iudicium euocetur, seu ne Iudices ab eadem Sede deputati extra ciuitatem, & Dioeces. in quibus deputati fuerint contra quoscumq; procedere, aut alij, vel aliis, vices suas committere præsumant, & de duabus dietis in Concilio generali edita, dūmodo, quis vltra tres dietas auctoritate præsentium ad iudiciū non trahatur, aliisq; constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, nec non omnibus aliis supradictis, seu si aliquibus cōmuniter, vel diuisim ab eadem sit Sede indultum, quod interdicti, suspendi, vel excommunicari non possint per litteras Apostolicas, non facientes plenā, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Datis Romæ apud Sanctum Petrum. Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo, Quingentesimo, Nonagesimo primo.

## C. PRIVILEGIUM.

Clementis Papæ VIII. concessum Congregationi  
S. Benedicti Vallisoletani. Anno Domi-  
nicæ Incarnationis 1592.

S V M M A

## SUMMARIVM PRIVILEGII.

*Quæ de electione Abbatis Generalis, & Diffinitorum in Capitulo statuta sunt, de Abbatum etiam electionibus sunt intelligenda.*

CLEMENS Papa VIII. ad futuram rei memoriam. Cum nos nuper per nostras sub plumbo expeditas litteras, sub datis videlicet Kalend. Martij, Pontificatus nostri anno primo, carissimi in Christo filij nostri Philippi Hispaniarum Regis Catholici, ac Congregationis Ordinis Sancti Benedicti Regnorum Hispaniarum, diuersa circa electionem Abbatis Generalis Congregationis prædictæ, ac aliorum eiusdem Congregationis Abbatum statuerimus, & ordinauerimus, prout in eisdem litteris, quarum tenorem præsentibus pro expresso haberi volumus, plenius continetur, in quibus inter alia expressum fuit, vt pro omnium in eisdem litteris contentorum, seu concessorum firmitate, & validitate Congregatio, necnon Conuentus Monasterij Vallisoleti in primo proximo tunc futuro Capitulo præsentis anni 1592. celebrando, in initio cuiusq; generalis Capituli omnes iure iurando pollicerentur se omnia, & singula, ac quæ circa Generalis, Abbatis, & Diffinitorum electionem continebantur, inuiolabiliter, & omni tempore seruatoros, cum tamen Abbatum dicendum esset, ac propterea venerabilis frater Episcopus Salmantiñ. earumdem litterarum exequutor deputatus animaduertens, & considerans mentis nostræ nõ fuisse, vt omnestantum modo iurarent, quæ circa Generalis, & Diffinitorum electionem in dictis litteris continebantur, sed quæ præter Generalis, & Diffinitorum, & circa aliorum Abbatum electionem in adabantur, prout ex præcedentibus, & subsequentibus, ac earundem litterarum cursu apparere videbatur, omnes iurare iussit, pro vt omnes nemine discrepante, iurarent, se ea omnia, quæ circa Generalis, Abbatum, & Diffinitorum electionem continebantur, inuiolabiliter, & omni tem-

## CI. PRIVILEGIUM.

pore servaturos. Ne autem scrupulus, vel dubitandi relinquatur  
 occasio nobis humiliter supplicari fecit idem Philippus Rex,  
 quatenus iis, quæ per Episcopum prædictum in litterarum hu-  
 iusmodi executionem, circa prædicta iuraméta, vt præfertur  
 acta sunt, Apostolicæ validitatis robur adicere, ac declarare præ-  
 dictas litteras valere perinde, ac si dictû fuisset, quæ circa Gene-  
 ralis, & Abbatû, & Diffinitorû electione continentur, ac aliàs in  
 præmissis opportunè providere, de benignitate Apostolicâ dig-  
 naremur. Nos igitur præmissis attentis, eiusdèq; Philippi Regis  
 supplicationib; inclinati, litteras prædictas perinde, ac si in eisdè  
 de Generalis, & Abbatû electione metio expressa facta fuisset,  
 ac iuraméta de super præstita, & gesta quæcûq; valere, plenâq;  
 roboris firmitatè obtinere in omnibus, & per omnia perinde,  
 ac si in eisdè litteris de Generalis, & Abbatû, ac Diffinitorû ele-  
 ctione metio præcisa facta fuisset: sicq; & nõ aliàs per quoscûq;  
 iudices, & Commissarios, etiã Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardina-  
 les, ac Palatij Apostolici Auditores iudicari, & diffiniri debere:  
 sublatâ eis, & eorû cuilibet, qualibet aliter iudicâdi, & interpre-  
 tandi facultate, ac auctoritate, ac irritû, & inane quicquid secus  
 super his à quoquâ, quavis auctoritate sciëter, vel ignorâter cõ-  
 tingerit attentari, decernimus, & declaramus. Nõ obstantibus lit-  
 teris prædictis, ac quibusvis cõstitutionibus, & ordinationibus  
 Apostolicis ceterisq; cõtrariis quibuscûq; Datis Romæ apud  
 Sanctum Petrum, sub annulo Piscatoris. Die primo Decëbris  
 Millesimo, Quingentesimo, Nonagesimo secundo. Pontifica-  
 tus nostri Anno primo.

## CI. PRIVILEGIUM

Julij Papæ II. concessum Congregationi Sancti  
 Benedicti Vallisoletani. Anno Domini-  
 cæ Incarnationis 1503.

*Este no que deser*

*Julio 3.º año 2.º q*

*Julio 2.º fue electo*

*año 1503. 2.º Julio*

*3.º Año de 1550*

*Este ha de ser Julio 2.º*

*por que ha de la concesion*

*del 7.º de Julio.º a instancia*

*de los Reyes catolicos q*

*no vivian año 1550*

**S V M M A**

## SUMMARIVM PRIVILEGII.

*Monasteria, Prioratus, Grangia, Beneficia Congregationis nullatenus impetrentur, aut in titulum, seu commendam alicui uentur, sed Cōgregationi integra permaneat.*

**I**VLIVS Episcopus seruus seruorū Dei ad perpetuam rei memoriā. Quoniam in his, quæ felicem statū Ecclesiarū, & Monasteriorū omnium, & in illis cū diuini cultus augmento pro tempore præfertim sub regulari obseruantia personarum Altissimo famulantium cōcernunt, nostra iugiter versatur intentio, idcirco ad ea nostræ sollicitudinis partes interponimus, per quæ Ecclesiæ, & Monasteria ipsa cum Dei honore, & personarū prædictarū indemnitate salutaribus proficere valeant incrementis. Sanè pro parte dilectorū filiorum Abbatū, & Cōuentuum S. Benedicti opidi Vallisoleti Palentiū. Diocesi. & aliorū Monasteriorum, ac Cōgregationis Ordinis eiusdē Sacti de obseruantia nūcupatæ in Hispaniā, iuxta morē ipsius Ordinis nobis nuper exhibita petitio cōtinebat: quod alias Sancti Benedicti, quod in partibus illis insigne, & totius Cōgregationis præfatæ Caput existit, ac alia Monasteria huiusmodi nonnulla Prioratus, Grangias, & Membra, seu Beneficia præfatis Monasteriis subiecta, aut ab illis dependētia respectiue habebant, à quibus illa pro tempore obtinentes pro solo nutu Abbatū Monasteriorum prædictorum, seu aliorum Superiorum amoueri consueuerant, quorum aliqua ex eis obtinentes temporibus præcedentibus, & ab eis ad nutum huiusmodi amoueri non possent Apostolicā, vel alia auctoritate impetrarūt, aut in ipsis collata, seu cōmendata, aut alias cōcessa fuerint, in nō modicū diuini cultus, & præfatæ obseruantie diminutionē, ac Mona-

## C. PRIVILEGIUM.

steriorum Conuentuum, & Cōgregationis prædictorum præ iudicium, & grauari. Et sicut eadem petitio subiūgebat, si statueretur, & ordinaretur, quod de cetero cedentibus, aut decedentibus Prioratus, Grangias, Membra, seu Beneficia huiusmodi prædictorum, aut aliorum pro tempore præfatæ Congregationis existentium Monasteriorum, obtinentibus, aut illa quomodolibet dimittentibus, aut illis quibusuis modis, etiam apud Sedē Apostolicam vacantibus Prioratus, Grangiarum, Membra, aut Beneficia huiusmodi in pristinum statum, in quo erant quando illa obtinentes pro nutu huiusmodi amoueri poterant reuerterentur, profecto cultui, & obseruatiæ augmento Monasteriorum, Abbatum, Conuentuum, & Congregationis prædictorum indemnitati opportunè consulere. Quare pro parte Abbatum, Conuentuum, & Congregationis eorūdem nobis fuit humiliter supplicatum, vt cedentibus, vel decedentibus Prioratus Grangias, Membra, aut Beneficia huiusmodi obtinentibus, seu illa quomodolibet dimittentibus, aut eis quibusuis modis vacantibus, in statum præfatum, in quo erant quando illa obtinentes pro nutu huiusmodi amoueri consueuerant restituere, & reponere aliāq; in præmissis opportunè prouidere de beniguitate Apostolicā dignaremur. Nos igitur, qui cultum, & obseruantiam huiusmodi vigere, Monasteriorumq; prosperum statum, & personarum prædictorum cōmodum intensis desiderijs affectamus, Abbates, Cōuentus, & Cōgregatione in prædictos, aliorumq; singulares personas à quibusuis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisq; Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à iure, vel ab homine quauis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati exsunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum sententiā absolventes, & absolutos fore censentes, huiusmodi supplicationibus inclinari, necnō cōsideratione carissimi in Christo filij nostri Ferdinandi Regis, & carissimæ in Christo filie nostræ Elisabethæ Reginae Castelle, & Legionis Illustriū nobis super hoc

humiliter supplicantium, quod de cetero cedentibus, aut de-  
cedentibus Prioratus, Grangias, Membra, vel Beneficia huius-  
modi prædictorum, & aliorum pro tempore præfatæ Congre-  
gationis Monasteriorum existentium, ita quod ab illis amoue-  
ri non possint in titulum, commendam, seu alias concessio-  
nes obtinentibus, seu ea aliàs quomodolibet dimittentibus, aut  
illis quibusuis modis etiam apud Sedem præfatam vacantibus,  
Prioratus, Grangiæ, Membra, & Beneficia huiusmodi, in pri-  
stinum, & eum, in quo antea erant quando illa obtinentes pro-  
nutu prædicto amoueri poterant, existebant, statum restituan-  
tur, reponantur, & reuertantur eo ipso: ita quod Abbates, Con-  
uentus, & Congregatio prædicti Prioratibus, Grangiis, Mem-  
bris, & Beneficiis prædictis de Prioribus, Administratorib<sup>9</sup>, Ca-  
pellanis, aut Rectoribus dicti Ordinis regularibus, vel seculari-  
bus ad eorū nutum amouilibus, aut etiam aliàs, vti prius ante-  
quam impetrationes, collationes, commendæ, seu aliæ cōces-  
siones huiusmodi factæ foret providere, liberè, & licitè valeat,  
auctoritate præfatâ tenore præsentium perpetuò statuimus,  
& ordinamus. Non obstantibus impetrationibus, collationi-  
bus, commendis, & concessionibus præfatis, ac constitutioni-  
bus, & ordinationibus Apostolicis, ceterisq; cōtrariis quibus-  
cumq; Nulli ergo omnino hominum liceat hæc paginam no-  
stræ absolutionis, statuti, & ordinationis infringere, vel ei ausu  
temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumperit  
indignationē Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli  
Apostolorū eius se nouerit incursum. Datis Romæ apud Sā-  
ctum Petrum. Anno Incarnationis Dominicæ M. D. iij. Ter-  
tio decimo Kalend. Martij. Pontificatus nostri Anno primo.

## CII. PRIVILEGIUM.

Celestini Papæ III. concessum Abbati Sancti Fa-  
cundi. Anno Dominicæ Incarnationis 1194.

## SUMMARIVM PRIVILEGII.

- 1 Licet Abbatibus Sæcti Facundi pro tēpore existen-  
tibus omni appellatione, & contradictione remotâ  
vti non solum Mithra, & Baculo, quod iam olim  
à Sede Apostolicâ impetrauerant, sed etiam Tunica,  
Dalmatica, Chirotecis, Annulo, & Sandaliis.
- 2 Huiusmodi indumentorum assignatur elegans, & pia  
significatio.

CELESTINVS Episcopus seruus seruorum Dei. Di-  
lecto filio Iohanni Abbati Monasterij Sanctorum Facundi,  
& Primitiui, Salutem, & Apostolicam Benedictionem. Sicut  
Monasterium tuum odoriferæ religionis famâ constat esse per-  
fufum, & bonum nomen, quod diuitiis præeminet vniuersis  
dignoscitur vbiq; terrarum habere, ita nos, qui aliquâdo perso-  
naliter in ipso Monasterio fuimus, & manifesta facie vidimus  
habitantium inibi puritatem, ad honorem ipsius Ecclesiæ ma-  
gnificandû multipliciter, & augendû grato inducimur, & in-  
uitamur assensu, maxime nos ipsis inuitantibus, & consulenti-  
bus Fratribus nostris, qui nos hilariter audiunt bona, & iocûda  
de ipso Cornobio sæpenumero referentes, & satagunt inter-  
cessione frequenti, vt statum ipsius Monasterij Sancti Facundi  
nostris temporibus in melius semper dirigere studeamus.  
Hac igitur Dilecte in Domino Fili consideratione rationis  
inducti, cum tu ipse ad Sedem Apostolicam in persona pro-  
pria, eade causa venisses, vt cuius specialis filius es Ro-  
manam Vistitares Ecclesiam, & personam nostram, quam  
olim in minori officio positam tu etiam ipse in minori tunc  
loco



loco constitutus in Hispaniis videras, præsentia corporali requireres, & si posses privilegium ipsius Monasterij renouari obtineres, & in melius commutari nos ipsi nobiscum, & cum fratribus deliberationem suscepimus, & tractatum habere, quomodo personam tuam, & Ecclesiam tibi commissam libertatum, & ornamentorum privilegio decorare possemus. Unde post inuentionem privilegij, & adiectionis, atque mutationes in eo necessario positas, & alia capitula per indulgentias nostras indulta, hæc etiam, quæ in hac præsentis pagina continentur tibi, & successoribus tuis de benignitate Sedis Apostolicæ duximus cõcedenda. Statuentes, & auctoritate Apostolicâ indulgentes, vt liceat tibi, & aliis Abbatibus, qui pro tẽpore fuerint omni appellatione, & contradictione remotâ vt liberè tunicâ, Dalmatica, Chirothecis, Annulo, & Sandaliis, Mitra etiam, & Baculo, quorum vltimorum vtrumq; hæctenus habuisti: sic enim creditur diuinæ prouidentia complacere, vt Ecclesia vestra per nos, sicut et placuit ad maiora vocatos alia insignia obtineret, per quos olim in minori officio existentes vsum Mitrae, & Baculi non ambigitur impetrasse. Tu verò fili, sicut vir prouidus, & discretus, considera, sicut in libro Leuitici legitur, quid huiusmodi insignia, & indumenta significent, & vt mysticè conuoces, prout ibi legitur synagogâ intra secretarium cordis tui, congregationem sanctarum cogitationum vsquequaq; reuoluas, respicias quoq; ad tunicâ, per quâ, quia in veteri testamẽto solum modo de hiacinto fiebat Christus vitam tuam Angelicam, & conuersationem vult esse cælestem, Dalmatica verò, quæ simbrias habet in latere sinistro pendentes, & nullas in dextro te reddit attetum, vt sic per sinistram, idest præsentem vitam, quæ superfluitates habet tẽporaliter transcas, quod ad dextrâ, quæ libera est, & vita æterna, peruenire valeas libertatem. Chirotheca quippe, quibus lineis nuda manuum induuntur, ipsas manus mûdas, & ab omni sorde immunes, ac nitidas esse requirunt. Anulus autem te

*Signification  
de las insigni-  
as Pontificales.*

## CII. & CIII. PRIVILEGIUM.

amicum, & Vicarium illius sponsi, & quodammodo sponsum suam sponsam scilicet Ecclesie debere veracem esse requirit, de quo dicitur, qui habet sponsam sponsus est, amicus autem sponsi, qui stat, & audit cum gaudio gaudet propter vocem sponsi. Legimus verò in Euangelio Christi discipulos sandaliscalciatos in preparationem Euangelij pacis ab ipso transmissos, quod innuit, te predicationi debere instare, & ad pacem habendam semper dare operam efficacem. Mithra quidem, quia fit de lino frequenti, castitatis candorem munditiamque requirit habendam. Baculo quoque siue virga utens, quorum altero percipiuntur subditi, & altero sustentantur, neque nimiam benignitatem, neque asperitatem habebis, sed altero alteri discretè còmixto, temperamentum conficies ex utroque. Sic ergo iis ornamentis utaris, ut quæ significat ad gloriam Iesu Christi, & exaltationem Ecclesie tibi commissæ, atque salutem animæ tuæ in operum exhibitione demonstras. Decernimus, ut nulli omnino hominum liceat hanc paginam nostræ concessionis, & constitutionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis verò hoc attentare præsumpserit indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se noverit incursum. Datis Lateranensibus. ij. Idus Iulij. Pontificatus nostri Anno quarto.

## CIII. PRIVILEGIUM.

Celestini Papæ III. concessum Monasterio  
Sancti Facundi. Anno Dominicæ In-  
carnationis 1195.

SVMMA.

## SUMMARIVM PRIVILEGII.

*Monachi requisiti de quocumque privilegio, indulgentia, seu instrumento, non teneantur illud tradere ad transcribendum, sed aut Iudice presente, aut aliquibus prudentibus viris deputatis ab ipso, audiēte parte contraria, tantummodo recitetur, & capitulum privilegij, de quo questio est dumtaxat rescribatur, eiusq; copia aduersæ parti detur.*

**C**ELESTINVS Episcopus servus servuorum Dei. Dilectis filiis Abbati, & Conuentui Sanctorum Facūdi, & Primitiui, Salutē, & Apostolicam Benedictionē. Contingit interdum, vt dicitis, quod quādo cum aliquo litem in causis habetis, privilegium vestrum aduersæ parti cogimini plenius exhibere, vnde accidit, quod occasione vtrius forte capituli, super quo conuenimini, plurium litigia suscitantur, sic etiam æmuli multarum cauillationum commenta reperiunt, quibus pacem, & tranquillitatem vestram impugnant. Quia igitur nostra interest obuiare iurgijs suscitandis, & suscitata decidere, consultationi vestræ, quam super hoc proposuistis tali modo respondemus, & volumus, vt quādo cumq; fueritis requisiti privilegium, seu quācumq; indulgentiam, vel quodcumq; instrumentum vestrum, aut præfente Iudice, aut aliquibus prudentibus viris deputatis ab ipso, audiēte parte contraria, tantummodo recitetur. Ita quod privilegium ad transcribendum nullo modo tradatur, verumtamen, si super vno tantum privilegij capitulo questio fuerit, dumtaxat illud capitulum rescribatur, & aduersæ parti eius copia fiat. Datis Lateranē. viiij. Kalendas Augusti, Pontificatus nostri Anno quarto.

CIIII. PRIVILEGIUM

Gregorij Papæ IX. concessum Abbati Sancti Facundi. Anno Dominicæ Incarnationis

1237.

SUMMARIVM PRIVILEGII.

*Licet Abbati indumenta benedicere sacerdotalia, ac Monachos, & Clericos Monasterio pleno iure subiectos ad minores ordines promouere.*

GREGORIVS Episcopus seruus seruorum Dei. Dilecto filio Abbati Monasterij Sancti Facundi Ordinis Sancti Benedicti, Salutem, & Apostolicam Benedictionem. Apostolicæ Sedis benignitas providè pensans merita singulorum, illos prosequitur prærogativa gratiæ specialis, qui se illa per suæ sollicitudinis studium dignos reddunt. Cum itaq; sicut in nostra proposuisti præsentia constitutus, Monasterio tuo, quod ad Romanam Ecclesiam nullo pertinet mediante à Sede Apostolicâ sit concessum, vt Abbates, qui pro tempore fuerint Episcopalibus vtantur insignis, & tanquam Episcopus solemniter benedicant, ad cum alandum gratiæ gratiam mentis tuæ probitatis inducti, auctoritate tibi præsentium indulgemus, vt liceat tibi, & tuis successoribus eiusdem Monasterij indumenta sacerdotalia benedicere, ac Monachos, & clericos seculares Monasterio ipsi pleno iure subiectos, vsque ad Acolythatus ordinem promouere. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ concessionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursum. Datum Interamniæ. iij. Kalend. Iunij. Pontificatus nostri Anno decimo.

CV. PRI-

## CV. PRIVILEGIUM

Alexandri Papæ III. concessum Abbati, &  
 Conuentui Sancti Facundi. Anno Do-  
 minicæ Incarnationis 1258.

## SUMMARIVM PRIVILEGII.

*Monachi viatores, & infirmi non tenentur ad aliquod  
 aliud officium recitandum, quam quod in Regula sta-  
 tutum est. per quod Officio mortuorum nõ detrahatur.*

ALEXANDER Episcopus seruus seruorum Dei.  
 Dilectis filiis Abbati, & Conuentui Monasterij Sancti  
 Facundi, ad Roman. Ecclesiam nullo medio pertinentis, Or-  
 dinis Sancti Benedicti, Salutem, & Apostolicam Benedictio-  
 nem. Ex parte vestra fuit propositum coram nobis, quod qui-  
 dam predecessores vestri officio diuino statuto, & ordinato in  
 Beati Benedicti regula non contenti, plures adiectiones, &  
 Psalmodias officio addiderunt eidem, quæ Monachis vestri Mo-  
 nasterij viatoribus, & infirmis sunt non modicum onerosæ: su-  
 per quo petitis per Sedem Apostolicam salubre remedium ad-  
 hibere. Nos itaq; vestris supplicationibus inclinati, auctoritate  
 vobis presentiam in fulgemus, vt predicti Monachi viatores,  
 & infirmi, dummodo dicant officium in regula ipsa statutum,  
 & ordinatum, ad dicendum adiectiones, & psalmodias huius-  
 modi mini ne teneant ut. Nolumus tamẽ, quod per hoc in ali-  
 quo detrahatur Officio mortuorum. Nulli ergo omnino ho-  
 minum liceat hanc paginam nostre concessionis infringere,  
 vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attetare præ-  
 sumperit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum

CVI. PRIVILEGIUM.

Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursum. Datis Viterbij, viij. Kalendas Martij, Pontificatus nostri Anno quarto.

CVI. PRIVILEGIUM

Alexandri Papæ III. concessum Abbati Sancti Facundi. Anno Dominicæ Incarnationis 1260.

SUMMARIVM PRIVILEGII.

*Abbas Sancti Facundi potest more Pontificum Benedictionem solemnem largiri in Missarum solennijs, & consuetis Horis in proprio Monasterio, & suis Ecclesijs, atque etiam vbiq; de licentiâ Diœcesanorum aliorum locorum.*

ALEXANDER Episcopus seruus seruorum Dei. Dilecto filio Abbati Monasterij Sancti Facundi, ad Romanam Ecclesiam nullo medio pertinētis, Ordinis Sancti Benedicti, Salutem & Apostolicam Benedictionē. Inducunt nos tuæ deuotionis merita, vt te prosequamur beneuolentiâ gratiosâ. Sanè petitio tua nobis exhibita continebat: quod tibi, & successoribus tuis auctoritate Apostolicâ est concessum, vt in Missarū solemnijs, & consuetis Horis positis in Monasterio vestro, & Ecclesijs ei subiectis solemnem Benedictionem, more Pontificum largiri. Nos itaq; tuis supplicationibus inclinati, volentes tibi gratiam facere ampliolem, vt tu, & iidem successores vbiq; de licentiâ locorum Diœcesanorum in huiusmodi solemnijs, & Horis positis dare Benedictionem huiusmodi tibi, eidemq; successoribus, auctoritate presentium, indulgemus.

mus. Nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginam nostræ concessionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit indignatione Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se noverit incursum. Datis Anagninæ. Non. Maij. Pontificatus nostri Anno sexto.

## CVII. PRIVILEGIUM

Alexandri Papæ III. concessum Monasterio Sancti Facundi. Anno Dominicæ Incarnationis 1260.

## SUMMARIUM PRIVILEGII.

*Confirmatur statutum factum in dicto Monasterio de non recipiendo in Monachum, & fratrem eum, qui in alio Ordine professionem emisit.*

ALEXANDER Episcopus servus servorum Dei. Dilectis filiis Abbati, & Conuentui Monasterij Sancti Facundi, ad Romanam Ecclesiam nullo medio pertinentis, Ordinis Sancti Benedicti, Salutem, & Apostolicam Benedictionem. Cum à nobis petitur, quod iustum est, & honestum, tam vigor æquitatis, quam ordo exigit rationis, vt per sollicitudinem officij nostri ad debitum perducatur effectum. Sanè petitio vestra nobis exhibita continebat: quod vos prouidè attendentes, quod ex receptione illorum, qui de aliis Ordinibus se ad vestrū Monasteriū transferebant, Monasteriū ipsum pluries detrimentū sustinuit, statuistis, quod nullū, qui in alio Ordine professionem emisit recipietis in Monachū, & in fratrem.

## CVIII. PRIVILEGIUM.

Nos itaq; vestris supplicationibus inclinati statutorum huiusmodi, prout providè factum est ratum, & firmum habentes, illud auctoritate Apostolicâ confirmamus, & præsentis scripti patrocinio communimus: vobis districtiùs inhibentes, ne tales præsumatis recipere, absque nostra licentiâ speciali. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autè hoc attentare præsumpserit indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli & Apostolorum eius se noverit incursum. Datis Agnaniæ Non. Maij, Pontificatus nostri Anno sexto.

## CVIII. PRIVILEGIUM

Alexandri Papæ IIII, concessum Abbati & Conventui Sancti Facundi. Anno Dominicæ Incarnationis 1260.

## SUMMARIVM PRIVILEGII.

*Priores & obedientiarij Prioratum, & Membrorum Monasterio subiectorum, & clerici ibi commorantes, cum Monasterio, & non cum clericis Legionen. Dioces. contribuunt cum opus fuerit, &c.*

ALEXANDER Episcopus servus servorum Dei Dilecto filio Abbati, & Conventui Monasterij Sancti Facundi ad Romanam Ecclesiam nullo medio pertinentis, Ordinis Sancti Benedicti, Salutem, & Apostolicam Benedictionem. Desideriis vestris in iis effectu beneuolo libenter annuimus, quæ vobis profutura speramus. Sanè  
petitio



petitio vestra nobis exhibita continebat, quod cū aliqua summa pecuniæ Monasteriis, & Ecclesiis Legionens. ciuitatis, Diocel. aut aliis illarum partium occasione procurationum, Legatorum, & Nuntiorum Sedis Apostolicæ, seu aliàs imponitur Priores, & obedientiarij Prioratum, & Membrorum vestro Monasterio subiectorum, & clerici commorantes in eis vobiscum, & non cum clero ciuitatis, & Diocel. siue partium eorundem in huiusmodi pecunia, iuxta facultates proprias contribuere consueuerunt à tēpore, cuius memoria nō existit. Nos itaq; vestris supplicationibus inclinati, vt Priores, & obedientiarij, ac clerici, prædictis præmissis veris existentibus, vobiscū dumtaxat in huiusmodi pecunia de cetero contribuunt, prout hætenus facere consueuerunt, vobis auctoritate præsentium indulgemus, districtiùs inhibentes, ne locorū Diocelani, aut quicunq; alij Priores, vel obedientiarios prædictos, seu eorundem clericos prætextu Beneficiorum, quæ in eisdem Prioratibus, & obedientiis obtinent, ad contribuendum in huiusmodi pecunia cum alijs quibuscunq; compellant. Nulli ergo hominum liceat hanc paginam nostræ cōcessionis, & inhibitionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autē hoc attentare præsumpserit indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorū Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursum. Datis Anagniz, Nonis Maij, Pontificatus nostri Anno sexto.

CIX. PRIVILEGIUM

Clementis Papæ IIII. concessum Abbati, & Conuentui Sancti Facundi, Anno Dominicæ Incarnationis 1266.

*SUMMARIVM PRIVILEGII.*

*Non teneantur Monachi ad solutionem debitorum Monasterij*

CX. PRIVILEGIUM.

Monasterij nomine contractorum, nisi creditores probauerint legitimè ea fuisse conuersa in Monasterij utilitatem.

**C**LEMENS Episcopus seruus seruorum Dei. Dilectis filiis Abbati, & Conuentui Monasterij Sancti Facundi, ad Romanam Ecclesiam nullo medio pertinentis, Ordinis Sancti Benedicti, Salutem, & Apostolicam Benedictionem. Indemnitati vestre, ac Monasterij vestri paternâ volentes sollicitudine prouidere, auctoritate vobis præsentium indulgemus, vt non teneamini ad solutionem aliquorum debitorum ipsius Monasterij nomine contractorum, nisi ea in utilitatem ipsius Monasterij conuersa fuisse legitimè probauerint creditores. Non obstantibus renunciationibus, confessionibus, obligationibus, pœnarum adiectione, iuramentis, instrumentis, & litteris quibuscumq;, cõtractui in tempore, interiectis. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ concessionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentè præsumpserit indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursum. Datis Viterbij, Tertio Idus Ianuarij, Pontificatus nostri Anno secundo.

CX. PRIVILEGIUM

Nicolai Papæ III. concessum Abbati, & Conuentui Sancti Facundi. Anno Dominicæ Incarnationis 1278.

*SVMMARIVM PRIVILEGII.*

*Bona quæ Monachi, & Conuersi quocumque iure in seculo habere poterant à Monasterio possunt peti, recipi, & retineri.*

Nico-

**N**ICOLAUS Episcopus seruus seruorum Dei. Dilectis filiis Abbati, & Conuentui Monasterij de Sancto Facundo ad Romanam Ecclesiam nullo medio pertinentis Ordinis Sancti Benedicti, Salutem, & Apostolicam Benedictionem. Deuotionis vestrae precibus inclinati, praesentium vobis auctoritate concedimus, vt possessiones, & alia bona mobilia, & immobilia, quae liberas personas Monachorum, & Conuersorum vestrorum, mundi vanitate relictâ, ad vestrum Monasterium conuolantium, & professionem facientium in eodem, iure successionis, vel alio iusto titulo, si remanissent in seculo contigissent, & ipsi potuissent aliis liberè erogare, feudalibus dumtaxat exceptis, valeatis petere, recipere, ac etiam retinere, sine iuris prauiudicio alieni. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrae cõcessionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se noverit incursum. Datis Romae apud Sanctum Petrum. iij. Idus Aprilis, Pontificatus nostri Anno quinto.

## CXI. PRIVILEGIUM.

Benedicti XIII. concessum Abbati, & Conuentui Sancti Facundi. Anno Domini-  
nicæ Incarnationis.

1403.

## SUMMARIUM PRIVILEGII.

*Tempus lecturæ, & studij cõputetur studentibus, & legentibus, ibi, ac si in Studio aliquo generali ageretur, &c.*

CXI. PRIVILEGIUM.

**B**ENEDICTVS Episcopus servus servorum Dei.  
 Dilectis filiis Abbati, & Conuentui Monasterij Sancti Fa-  
 cundi Ordinis Sancti Benedicti, Salutem, & Apostolicam Be-  
 nedictionem. Meritis vestre deuotionis inducimur, vt peti-  
 tionibus vestris, quantum cum Deo possumus, fauorabiliter an-  
 nuamus. Sanè pro parte vestra nobis exhibita petitio contine-  
 bat: quod in Monasterio vestro nonnulli tam Monachi, quam  
 Ecclesiasticæ, & laicales personæ, ob deuotionem, quam ad  
 Beatum Benedictum, & Monasterium ipsum gerunt in ani-  
 mo speciale, ad Dei seruitium, & dicti Monasterij laudem Mo-  
 nachos in eo Domino famulantes in Theologiæ quatuor sen-  
 tentiarum libris, Iure Canonico, & Septem Artibus liberalibus  
 instruunt, & legunt in eisdem: nos igitur vestris in hac parte  
 supplicationibus inclinati, vt omnibus, & singulis in præfato  
 Monasterio in facultatibus huiusmodi, seu aliqua ipsarum le-  
 gentibus, seu studentibus præsentibus, & posteris tempus lectu-  
 ræ, & studij huiusmodi perinde cõputetur, ac si in illis in loco,  
 in quo litterarũ Studium generale vigeret legissent, seu etiam  
 studuissent, dum modo ipsi gradus per eos assumendos in ali-  
 quo ex ipsis generalibus studiis, in eisdẽ facultatibus recipiant:  
 non obstantibus constitutionibus Apostolicis, ac statutis, & cõ-  
 suetudinibus studiorum prædictorum, etiam iuramento valla-  
 tis, & aliis contrariis quibuscumq; vobis, ac eisdem legentibus,  
 & studentibus, tenore præsentium, indulgemus. Nulli ergo o-  
 mnino hominum liceat hanc paginam nostræ concessions  
 infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc  
 attentare præsumperit indignationem Omnipotentis Dei, ac  
 Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se noverit incur-  
 surum. Datis apud Pontem Sorgiæ, Avinionen. Dioc-  
 ces. Tertio Kalendas Septembris, Pontificatus nostri Anno  
 nono.

CXII. PRI

BENE

Et

## CXII PRIVILEGIUM.

Benedicti XIII. concessum Monasterio Sancti  
Facundi. Anno Domini Incarnatio-  
nis 1404.

Quod est confirmatio alterius Privilegij Celestini  
Papæ, quod hic inseritur.

## SUMMARIVM PRIVILEGII.

1. Nulli persona liceat excommunicare, suspendere, aut in-  
terdicere Monachum aliquem ubilibet habitantem,  
prater Romanum Pontificem, aut Legatum Car-  
dinalium Apostolicæ Sedis.
2. Tempore generalis interdicti terra licet Monachis in  
suis Ecclesiis, ianuis clausis. Et campanis non pulsa-  
tis, exclusis excommunicatis, Et interdiktis, suppressa  
voce clericis, Et familia sua divina officia cele-  
brare. Et debita sepultura peragere.
3. Nulli Episcopo, seu alteri persona licet quolibet chri-  
stianorum, cuiuscumque Ecclesiæ dicti Monasterij, qua-  
cumque occasione excommunicare, suspendere, vel  
interdicere, nisi de speciali mandato Sedis Apo-  
stolicæ.
4. Non solvant Monachi decimas de laboribus, quos pro-  
priis manibus, aut sumptibus colunt, si de nocumentis  
suis suorum animalium.

Et s. i. Inf.

CXII. PRIVILEGIUM.

- 5 *Infra Parochias Ecclesiarum ad ipsum Monasterium pertinentium, seu in damnum alicuius earum nullus, absque assensu Abbatis, potest Ecclesiam edificare, & quod alias edificatum fuerit auferre: auctoritate Apostolica in irritum reuocetur.*
- 6 *In Monachos (qui ubicumque morantur ab Episcoporum subiectione omnino liberi sunt, ac si in corpore Monasterij morarentur) aut in Ecclesias exemptas, vel ipsarum clericos nullus, prater Abbatem, vel de eius mandato suspensionis, interdicti, seu excommunicationis sententiam potest promulgare, aut ab Abbate in subditos promulgatam, aliquatenus relaxare, & aliter factum, tanquam contra Sedis Apostolicæ indultum, irritum sit, nec ab aliquo obseruetur.*
- 7 *Libertates, & immunitates Monasterio, & eius Ecclesiis concessæ, & hæcenus obseruata confirmantur.*

**B**ENEDICTVS Episcopus seruus seruorum Dei. Dilectis filiis Abbati, & Conuentui Monasterij Sanctorum Facundi, & Primitiui Ordinis Sancti Benedicti, Salutem & Apostolicam Benedictionem. Deuotionis vestræ sinceritas promeretur, vt petitionibus vestris, illis præsertim, quæ vestrorum quietis, & pacis commoda respiciunt fauorabiliter annuamus. Sanè pro parte vestra nobis fuit humiliter supplicatum, vt litteras felicis recordationis Celestini Papæ III. prædecessoris nostri gratiosè vobis concessis, quæ incipiunt vetustate consumi, quarumq; tenorem de verbo ad verbum præsentibus inferi fecimus, innouare, de benignitate Apostolicâ, dignaremur. Tenor verò dictarum litterarum talis est. Celestinus Episcopus seruus seruorum Dei. Dilectis filiis Ioanni Abbati, & Conuentui Monasterij Sanctorum Facundi, & Primitiui, Salutem, & Apostolicam

licam Benedictionem. Quanto Monasterium vestrum maiori  
 præminet sanctitate, & in eo quotidie per regulares obseruan-  
 tias Omnipotenti Deo gratior hostia, & acceptabilior immo-  
 latur, tanto nos, qui aliquando in eo præsentialiter fuimus, &  
 religionē loci oculis nostris aspeximus, libentiùs, & faciliùs in-  
 vitamur ad ea vobis per multa priuilegia, de fratrum consilio  
 concedenda, quibus decor vestri Monasterij augeatur, & vos,  
 ac successores vestri à quorumlibet infestatione muniti, diui-  
 no possitis obsequio liberitiùs, & expeditiùs insudare. Quo circa  
 dilecti filij in Domino vestris iussis precibus annuentes, præ-  
 senti pagina stabilimus, vt non liceat alicui omnino personæ,  
 præter Romanum Pontificem, aut Legatum Cardinalem Apo-  
 stolicæ Sedis, ad quam specialiter pertinetis, in Monachos ve-  
 stros, vbilibet habitantes, excommunicationis, suspēisionis, aut  
 interdicti sententiam promulgare. Cum autem generale inter-  
 dictum terræ fuerit, liceat vobis in Ecclesiis vestris, exclusis ex-  
 communicatis, & interdictis, clausis ianuis, non pulsatis cam-  
 panis, suppressa voce, clericis, & familiæ vestræ diuina officia  
 celebrare, & debita peragere sepulturæ. Prohibemus insuper,  
 ne licitum sit alicui Episcoporum, seu cuiilibet alij quemlibet  
 clericorum vestrorum pro alius excessu sententia excommu-  
 nicationis, suspensionis, vel interdicti notare, vel aliquem Ec-  
 clesiarum vestrarum occasione alius Ecclesiæ, vel personæ in-  
 terdicto supponere, nisi forte super iis à Sede Apostolicâ man-  
 datum expressum contigerit emanare. Sanè laborum vestrorū,  
 quos propriis manibus, aut sumptibus colitis, siue de nutrimen-  
 tis animalium vestrorum nullus à vobis decimas exigere, vel  
 extorquere præsumat. Statuimus etiam, & præsentium au-  
 thoritate vetamus, ne infra Parochias Ecclesiarum ad ipsum  
 Monasterium Sancti Facundi pertinentium, vel in dam-  
 num alicuius earum, absque Abbatis assensu, aliquis Eccle-  
 siam ædificare præsumat, saluis tamen priuilegijs, & indul-  
 gentijs Apostolicæ Sedis: quod si contra hoc aliquis ædificare

CXII. PRIVILEGIUM.

6 præsumpserit, per Abbatem auctoritate Apostolicâ in irritum  
 reuocetur. Adiciamus autem, vt si in Monachos vestros, quo-  
 cumque loco vestro morantes, quos omnes ab Episcoporum  
 subiectione ita per omnia liberos esse volumus, ac si in corpo-  
 re Monasterij morarentur, aut in Ecclesiis exemptas, vel ipsa-  
 rum clericos suspensionis, interdicti, seu excommunicationis  
 sententiam quisquam, præter Abbatem vestrum, seu alium de  
 mandato ipsius promulgare præsumpserit, aut à nobis in sub-  
 ditos vestros canonicè promulgatam aliquatenus relaxare,  
 quòd taliter factum fuerit, id tamquàm còtra Sedis Apostolicæ in-  
 dulta prolatum nullam habeat firmitatè, nec ab aliquo obserue-  
 7 tur. Ad vltimum quoque libertates, & immunitates Mona-  
 8 sterio, & Ecclesiis vestris iustè concessas, & hæctenus obserua-  
 9 tas præsentis paginam confirmamus. Decernimus ergo, vt nulli  
 10 omnino hominum liceat hanc paginam nostræ constitutio-  
 11 nis, prohibitionis, & confirmationis infringere, vel ei ausu te-  
 12 merario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit  
 indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pau-  
 13 li Apostolorum eius se noverit incursum. Datis Lateran. ij.  
 14 Idus Iulij Pontificatus nostri anno quarto. Nos igitur huiusmo-  
 15 di supplicationibus inclinati prædictas litteras auctoritate Apo-  
 16 stolicâ innouamus, & præsentis scripti patrocinio communi-  
 17 mus. Per hoc autem nullum ius vobis de nouo adquiri volu-  
 18 mus, sed antiquum tantummodo conseruari. Nulli ergo o-  
 19 mnino hominum liceat hanc paginam nostræ innouationis,  
 20 communionis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario  
 21 contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit indigna-  
 22 tionem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apo-  
 23 stolorum eius se noverit incursum. Datis Tarascon. Auinio-  
 24 ne. Diceces. xv. Kalendas Ianuar. Pontificatus nostri Anno  
 25 decimo.

CXIII. PRI-



CXIII. PRIVILEGIUM.

Clementis Papæ VII. concessum Monasterio  
Sancti Facundi. Anno Dominicæ In-  
carnationis 1534.

SUMMARIVM PRIVILEGII.

1. Lectores, & studentes in Studio Monasterij Sancti Facundi possunt sibi facere fructus cuiuscumque Beneficij Ecclesiastici, cum cura, & sine cura, &c.
2. Conferantur ibi gradus Bachalaureatus, Licentiatu-  
ra, Magisterij & Doctoratus, &c. cum insignis, ho-  
noribus, & præminentis, quæ Salmantica, &c.
3. Studium, & in eo degentes personæ, gaudeant litteris  
Conseruatoris Monasterio, & vniuersa Congrega-  
tioni Sancti Benedicti Vallisoletani concessis, ac om-  
nibus priuilegiis, &c. Vniuersitatibus Salsmanticæ,  
& de Alcala de Henares indultis.
4. Indices Conseruatores Abbates Sancti Benedicti Valli-  
soletani, & S. Zoelli de Carrion.

CLEMENS Episcopus seruus seruorum Dei, Venera-  
bili Episcopo fratri Castellinaris, ac Dilectus Filius Sancti  
Benedicti Vallisoletani, & Sancti Zoelli de Carrion Monaste-  
riorum Palatiis, Diocesis, Abbatibus, Salutem, & Apostolicam  
Benedictionem. Hodie à nobis emanarunt litteræ tenoris sub-  
sequentis. Clemens Episcopus seruus seruorum Dei ad perpe-  
tuam rei memoriam. Cum vniuersalis Ecclesia ad sui regimen

CXIII. PRIVILEGIUM.

viris litterarum per maximè indigere noscatur, votis omnium, quæ ad hoc tendere dignoscuntur libenter annuimus, eaq; fauoribus prosequitur opportunis. Sanè pro parte dilecti filij moderni Abbatis Monasterij Sancti Facundi, Ordinis Sancti Benedicti, nobis nuper exhibita petitio continebat, quod aliàs felicis recordationis Benedicti Papa XIII. prædecessor noster, vt omnibus, & singulis in dicto Monasterio in Theologia, & Iure Canonico, ac septem Artibus liberalibus, vel aliqua facultatum huiusmodi legentibus tunc præsentibus, & futuris tempus lecturæ, & studij huiusmodi perinde computaretur, ac si in illis, in loco, in quo litterarum Studium generale vigeret, legissent, seu etiam studuissent, concessit per eius litteras, prout in illis dicitur plenius contineri. Quodq; claræ memoriæ Alfonso Rex Castellæ prædictum Monasterium fundauit, & in locis eidem Monasterio circumuicinis est magnus pauperum numerus, & plures, ac forsân maior pars presbyterorum eorundem locorum litteris grammaticalibus carent, & propterea in dicto Monasterio vnus in Theologia, & Artibus, & alter in Iure Canonico ordinariè legunt, estq; inibi vnum Collegiû triginta Collegialium clericorum secularium, quorum quilibet in dicto Collegio per septenniû manere potest, & Monasterium ipsum duobus Lectoribus de salariis illisq; ac triginta Collegialibus prædictis de expensis prouidet, ac etiã aliis scholaribus, & pauperibus eleemosynas, & forsân aliquibus totum victum tribuit, ac Abbas prædictus zelo caritatis, & animarum salute motus, proposuit inibi Studiû generale erigere, & quod ibi Lectores, qui in Grammaticâ, Rethoricâ, ac Artibus, & Theologiâ, ac sacris Canonibus inibi ordinariè quibuscumq; audire, & studere volentibus legant, & aliquis peritus in cantu, qui quascumq; personas Ecclesiasticas vñdecumq; illuc accedentes in cātu instruat perpetuò sint ipsiq; Lectores, & Musicus salaria ab eodè Monasterio habeant, ac studentes, & cantare discentes huiusmodi gratis doceant ordinariè, vnde in illis partibus

diuinus

diuinos cultus, ac animarū salus magnū suscipiant incremen-  
 tū: & si Rectores, & Beneficiarij Ecclesiarū illarum partiū quā-  
 diū inibi studerent Ecclesiis, ac Beneficiis suis per idoneos Ca-  
 pellanos interim in diuinis deseruere faciēdo, fructus, redditus,  
 & prouentus, Beneficiorū suorum percipere possent, profe-  
 cto Rectores, & Beneficiarij litterarum ignari, ad operam litte-  
 ris dandam, ac eorū ignorantiam vincendā libentiū inducerē-  
 tur, & sic docti euaderēt, & gregem Dominicum eis commis-  
 sum longē meliūs gubernare possent: ac tam gregis, quā pa-  
 storum eorundem animarum saluti plurimum consuleretur.  
 Quare pro parte dicti Abbatis nobis fuit humiliter supplica-  
 tum, vt facultatem percipiendi fructus huiusmodi concedere,  
 aliāsq; in præmissis opportunē providere de benignitate Apo-  
 stolicā dignaremur. Nos igitur dictum Abbatem à quibusuis  
 excommunicationis, suspensionis, & interdicti aliisq; Ecclesia-  
 sticis censuris, sententiis, & pœnis à iure, vel ab homine quouis  
 occasione, vel causā latis, si quibus quomodolibet innodatus  
 existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, ha-  
 rum serie absoluentes, & absolutum fore censentes, huiusmo-  
 di supplicationibus inclinati, auctoritate Apostolicā, tenore  
 præsentium, quod omnes, & singuli in Collegio, aut Studio hu-  
 iusmodi litterarum studiis pro tēpore existentes, quādiū inibi  
 studuerint omnes, & singulos fructus, redditus, & prouentus  
 quorumcūq; Beneficiorū Ecclesiasticorū cū curā, & sine curā  
 per eos pro tēpore obtentorū, etiā si Canonicatus, & præbēdæ,  
 Dignitates, Administrationes, vel Officia in Cathedralib; Me-  
 tropolitanis, vel Collegiatis, & Dignitates ipsę in eisdē Cath-  
 edralibus etiā Metropolitanis post Pōtificales maiores, aut Colle-  
 giatis Ecclesiis principales, seu aliās mixtę, aut Parochialis Eccle-  
 się, vel earū perpetuę Vicarię existāt, aut de iure, fundatione, sta-  
 tuto, cōsuetudine, priuilegio, vel aliās personales residentias re-  
 quirant, cū ea integritate, quotidianis distributionibus dūtaxat  
 exceptis, cū qua illos perciperēt, si in eisdē Ecclesiis, & Beneficiis

CXIII. PRIVILEGIUM.

personaliter residerent percipere liberè, & licitè valeant, & ad residendum interim in eisdem Ecclesiis, & Beneficiis minimè teneantur, nec ad id à quoquam inuiti possint cōpelli. Quodq; in Collegio, & Studio huiusmodi per inibi Legentes Bachalau reatus, Licéciaturæ, Magisterij, ac Doctoratus gradus omnibus, & singulis ad hoc, iuxta ipsorum Lectorum vota idoneis, ac insignia graduum eorumdem exhiberi, ac omnia, & singula in similibus solita fieri: & quicumq; inibi fuerint graduati omnibus, & singulis priuilegiis, facultatibus, prærogatiuis, antelationibus, insigniis, honoribus, præminentis, & gratis, quibus in Vniuersitate Studij generalis Salmañ. iuxta illius statuta, & cōsuetudines gradus, & insignia huiusmodi recepissent gaudere quomodolibet possint. Nec non Collegium, Studium, Lectores, Collegiales, Scholares, Officiales, & alij quicūq; Collegij, & Studij huiusmodi litteris Conseruatoris in fauorem dicti Monasterij, aut illius, & Congregationis cuius Monasterium ipsum existit, à Sede Apostolicâ concessis, iuxta illarum contententiam, & tenorem, nec non omnibus, & singulis priuilegiis immunitatibus, prærogatiuis, facultatibus, præminentis, antelationibus, indulis, exèptionibus, fauoribus, & gratis, quibuscumq; quibus Salmañ. huiusmodi, ac opidi de Alcalá de Henares Toletanæ Diocesis. Studia, & Collegia, eorumq; Lectores, Collegiales, Scholares, Officiales, ac alij quicumq; quomodolibet vtuntur, in futurum vtipotiri, & gaudere, absque vllâ penitus differentiâ liberè, & licitè valeant: & sic per quoscūq; tam Apostolicâ, & ordinaria, quàm delegata, & mixta auctoritate fungentes Iudices, & personas vbiq; iudicari, cognosci, ac decidi debeat, sublatâ eis, & eorum cuiuslibet quauis aliter iudicandi, cognoscendi, ac decidendi facultate: nec non irriti, & inane quidquid super iis à quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, perpetuò statuimus, ac decernimus. Non obstantibus Apostolicis, ac in Prouincialibus, & synodalibus Cōcilij seditis generalibus, vel specialibus

consti-

constitutionibus, & ordinationibus, ac Monasterij Congregationis, Ordinis, Vniuersitatis, Studiorum, & Collegiorum prædictorum statutis, & consuetudinibus, etiam iuramento, confirmatione Apostolicâ, vel quauis firmitate alia roboratis, priuilegijs quoq; indultis, ac litteris Apostolicis, etiam in formâ Breuis per quoscumq; Romanos Pontifices prædecessores nostros, & nos, ac Sedem prædictam, etiam per viam generalis legis, & statuti perpetui, ac in ius, & stipulati contractus, ac motu proprio, & ex certa scientiâ, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, & cum quibusuis irritatiuis, annullatiuis, cassatiuis, reuocatiuis, præseruatiuis, exceptiuis, restrictiuis, declaratiuis mentis attestatiuis, ac derogatorijs derogatorijs, alijsq; efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis quomodolibet, etiam pluries concessis, confirmatis, & innouatis: quibus omnibus, etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumq; totistenoribus specialis, & indiuidua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales deui importantes, mentis, seu quæuis alia expressio habenda, aut exquisita forma seruanda foret, & in eis caueatur expressè, quod illis nullatenus derogari possit, illorum omnium, & quarumcumq; scripturarum, occasione præmissorum quomodolibet confectarum, tenores, præsentibus pro sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis, nec non modos, & formas ad id seruandos, prout in indiuiduo seruatis habentes, hac vice dumtaxat, illis aliâs in suo robore permansuris, harum serie specialiter, & expressè derogamus, ceterisq; contrarijs quibuscumq; Prouiso, quod Beneficia prædicta debitis propterea non fraudentur obsequijs, & animarum cura in eis, si qua illis imineat nullatenus negligatur, sed per bonos, & sufficientes vicarios, quibus de Beneficiorum eorumdem prouentibus necessaria congruè ministrantur, diligenter exercentur, ac deseruiatur inibi laudabiliter in diuinis. Nulli ergo omnino hominum liceat hâc paginam nostræ absolutionis, statuti, decreti, & derogationis infringere, vel

## CXIII. PRIVILEGIUM.

ciaufu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumperit indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se noverit incurfurum. Datis Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo, Quingentesimo, Trigesimo quarto, Pridie Non. Maij. Pontificatus nostri Anno undecimo. Quocirca discretioni vestre per Apostolica scripta mandamus, quatenus vos, vel duo, aut unus vestrum per vos, vel alium, seu alios auctoritate nostra faciatis præinfertas litteras, & in eis contenta quæcumque plenum effectum sortiri, illisq; omnes, & singulos, quos quomodolibet concernunt pacificè frui, & gaudere, nec permittatis quemquã contra litterarum earumdem tenorem quomodolibet molestari, impediri, aut inquietari: contradictores quoslibet, & rebelles etiam per quascumq; de quibus vobis placuerit censuras, & pœnas, appellatione postpositâ compescendo, inuocato ad hoc etiam, si opus fuerit, auxilio brachij secularis: non obstantibus omnibus supradictis, seu si aliquibus communiter, vel diuissim ab eadem sit Sede indulsum, quod interdicti, suspendi, vel excommunicari non possint per litteras Apostolicas, non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Datis Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo, Quingentesimo, Trigesimo quarto. Pridie Nonas Maij. Pontificatus nostri Anno undecimo.

## CXIII. PRIVILEGIUM

Alexandri Papæ VI. concessum Abbati, & Monasterio Sancti Saluatoris de Ona. Anno Dominicæ Incarnationis 1492.

## SUMMARIVM PRIVILEGII.

*Abbates huius Monasterij quamdiu vixerint sub regulari*

gulari obseruantia in diuinis officiis, & competentibus locis Baculo, Annulo, Mithra, & aliis insigniis Pontificalibus uti possunt, prout Abbates perpetui utebantur.

2. Possunt post Missarum, Vesperum, & Matutinorum solemniam Benedictionem solemnem dare dummodo aliquis Antistes, vel Sedis Apostolicæ Legatus presens non sit.
3. Pallas, vestes, & alia ornamenta ad diuinum cultum necessaria benedicere possunt.

ALEXANDER Episcopus seruus seruorum Dei. Dilectis filiis Abbati, & Conuentui Monasterij Onien. Ordinis S. Benedicti, Burgen. Diocesis. Salutem, & Apostolicam Benedictionem. Exposcit vestra deuotionis sinceritas, & religionis promeretur honestas, ut tam vos, quos speciali dilectione prosequimur, quam Monasterium vestrum dignis honoribus attollamus. Cuius itaque, sicut exhibita nobis nuper pro parte vestra petitio continebat, licet felicitis recordationis Innocentius PP. III. prædecessor noster, tunc Abbati Monasterij vestri Onien. Annuli, ac in diuinis officiis, & competentibus locis Mithræ, Chirothecarum, Sandalium, Tunica, ac Dalmaticę usum per suas litteras concesserit, prout in illis dicitur plenius contineri, & alias Abbates dicti Monasterij, qui fuerunt pro tempore, & qui perpetui erant, & benedici consueuerant à tanto tempore citra, cuius initij memoria hominum non existerat, in diuinis officiis, & aliis congruentibus locis insigniis Pontificalibus vsi fuerint, ac vestimenta Ecclesiastica, ad usum diuini cultus necessaria benedicere consueuerint, tamen, quia post modum à quadraginta annis citra, Monasterium prædictum ad regularem obseruantiam, & perpetuam clausuram reductum, & aliquam diu per Abbatem biennem gubernatum extitit, nunc verò per Abbatem triennem

CXIII. PRIVILEGIUM.

nalem dumtaxat regitur, & gubernatur; à tempore reductionis dicti Monasterij ad perpetuam clausuram Abbates prædicti insigniis Pontificalibus huiusmodi vti non curarunt, seu neglexerunt, & vestimenta prædicta non benedixerunt, credentes forsàn eis non licere: Nos igitur Monasterium prædictum, & te fili Abbas, & tuos successores dicti Monasterij Abbates pro tẽpore, solitis, & antiquis priuilegijs decorare volẽtes, vos quoque, & etiã Conuentus huiusmodi singulares personas à quibuscumque excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsq; Ecclesiasticis sententijs, cœsuris, & pœnis à iure, vel ab homine, quauis occasione, vel causã latis, si quibus quomodolibet innotati existitis, ad effectũ præsentium dumtaxat consequendũ, hæc uerba absoluentes, & absolutos fore cœsentes, vestris in hac parte supplicationibus inclinati, vt tu Abbas, & successores tui Abbates dicti Monasterij, qui pro tẽpore fuerint, in diuinis officijs, & cõpetentibus locis Baculo, Anulo, Michrã, & alijs insigniis Põntificalibus, prout Abbates dicti Monasterij, quãdo perpetui erant, & antequã ipsum Monasteriũ ad regulã obseruãtium, & perpetuã clausuram reduceretur vsi fuerunt, & vti poterãt, vti: ac post Missarum, Vesperorum, & Matutinorum solẽnia Benedictionem solẽnem, dũ modo aliquis Antistes, vel Sedis Apostolicę Legatus præsens nõ fuerit, elargiri: nec nõ Pallas vestes, & alia ornamenta ad diuinũ cultum necessaria benedire, quãdiu sub obseruãtiã regulaci, & perpetuã clausurã huiusmodi vixeritis liberẽ, & licitẽ valeatis præmissis, ac piã memoria Alexandri Papæ III. etiã prædecessoris nostri, quæ incipit Abbates, & alijs quibuscumque Apostolicis constitutionibus in contrarium editis, nequaquam obstantibus, vobis, & eiusdem successoribus, auctoritate Apostolicã, de speciali gratiã, tenore præsentium indulgemus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ absolutionis, & indulti infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationẽ Omnipotentis Dei,

ac Bea-



ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incur-  
surum. Datis Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnatio-  
nis Dominicæ, Millefimo, Quadringentesimo, Nonagesimo  
secundo. Tertio Idus Septembris, Pontificatus nostri Anno  
primo.

## CXV. INDVLTVM

Alexandri Papæ VI. viuæ vocis oraculo con-  
cessum Monasterio Sancti Saluatoris  
de Oña, Anno Dominicæ In-  
carnationis 1492.

## SUMMARIVM INDVLTII.

*Omniſus Monasterij familiaribus, ſeruatoribus, offi-  
e ilibus, & eorum familiis licet in Eccleſiâ eiuf-  
dem diuina officia, & Miſſas audire, & à Mona-  
chis eiufdem Euchariftia, & alia Eccleſiaſtica Sa-  
cramenta recipere, die Paſchatis tantummodo ex-  
cepto.*

**I**VLIANVS Miſeratione diuina Epicoſopus Hoſtieñ.  
Dilectis in Chriſto religioſis uiris Abbati, & Cõuentui Mo-  
naſterij S. Saluatoris de Oña, Ordinis Sãcti Benedicci. Burgeñ.  
Dioceſ. ad Romanam Eccleſiam nullo medio pertinentis, Sa-  
lutem in Domino. Uterga Sedem Apoſtolicam eo amplius  
creſcat veſtræ deuotionis affectus, quo eam benigniorem in-  
ueneritis, faciendo uobis gratiam ſpecielem: Nos ueſtris deu-  
tis ſupplicationibus inclinati, ut vniuerſis, & ſingulis ueſtris, &  
dicci Monasterij vtriuſq; ſexus familiaribus, & ſeruatoribus ad

CXVI. PRIVILEGIUM.

vestra, & dicti Monasterij seruitia specialiter deputatis, ac officialibus, eorumq; vxoribus, & familijs nũc, & pro tẽpore existentibus, ac eorum cuilibet, etiamsi extra septa eiusdem Monasterij d-guerint, & habitauerint, quibuscuq; diebus Dominicis, & alijs festiuis, & non festiuis diebus perpetuò liceat in Ecclesia dicti vestri Monasterij, cuiusuis licentia super hoc minimè requisito, Missas, Sermones, & alia diuina officia audire, & illis interesse, nec non à Monachis dicti Conuentus Eucharistia, & alia Ecclesiastica Sacramenta, die Paschatis dumtaxat excepto, ibidem recipere liberè, & licitè possint, & valeant: ac vobis, & cuilibet vestrum præfatos familiares, seruitores, officiales quoscuq;, & alios commemoratos præsentis, & futuros ad præmissa admittendi, ipsiq; diuina audiendi, & Sacramenta huiusmodi, vt præmittitur recipiendi, auctoritate Domini Papæ, cuius Pœnitentiariæ curam gerimus, & de eius speciali mandato, super hoc viuz vocis oraculo nobis facto, tenore præsentium, licentiam concedimus, & facultatem: ac vobiscum, & dictis familiaribus, seruitoribus, officialibus, & alijs nominatis, ac eorum quolibet, & successoribus vestris, ac ipsorũ pro tempore existentibus, in perpetuum super præmissis, & quolibet præmissorum misericorditer dispensamus. Continuationibus Apostolicis, ac Prouincialibus, & Synodalibus, ceterisq; in contrarium facientibus, nõ obstantibus quibuscuq;. Datis Romæ apud Sanctum Petrum, sub sigillo officij Pœnitentiariæ. xij. Kalendas Octobris, Pontificatus Domini Alexandri Papæ VI. Anno primo.

CXVI. INDVLTVM

Alexandri Papæ VI. concessum Monasterio S.  
Saluatoris de Oña. Anno Dominicæ  
Incarnationis 1504.

## SYMMARIVM INDVLTII.

*In Ecclesiis Monasterio subiectis erigi possunt Fontes Baptismales, & ibi per presbyteros, etiam seculares pro tempore ad nutum amovibiles infantes baptizari, absque hoc quod dicta Ecclesia alicui alteri persona subiecta sint.*

**I**VLIANVS Miseratione diuinâ Episcopus Hostien. religiosus viris Abbati, & Conuentui Monasterij Sancti Saluatoris de Oña, Ordinis Sancti Benedicti Burchen. Diocces. Salutem in Domino. Ex parte vestra fuit propositum coram nobis, quod in aliquibus Parochialibus, & aliis Ecclesiis, Grogis, nuncupatis, curam habentibus animarum, à dicto vestro Monasterio dependentibus, & illis subiectis, non sunt Fontes Baptismales, in quibus infantes baptizari possint, propter quod retroactis temporibus pluries accidit, quod aliqui ex illis absque Baptismo decesserunt, & in futurum decedere formidantur, nisi in præmissis per Sedem Apostolicam de remedio provideatur opportuno: cupiat isq; propterea, vt huiusmodi periculis obuietur, in dictis Ecclesiis, in quibus postquam Monasterium prædictum ad obseruantiam redactum fuit, Prioribus, siue religiosis dicti Monasteri, qui eisdem Ecclesiis in diuinis deseruiebant ad Monasterium prædictum reuocatis, per presbyteros seculares, ad nutum amovibiles ex indulto Apostolico, in diuinis facitis deseruire, Fontes Baptismales, in quibus dicti infantes per ipsos presbyteros, per vos in eisdem Ecclesiis pro tempore deputatos baptizari possint, erigi, quod licitè id facere posse dubitatis, Sedis Apostolicæ licetia super hoc nõ obtenta, super quibus supplicari fecistis humiliter per Sedem prædictam

## CXVII. PRIVILEGIUM.

misericorditer prouideri. Nos igitur cupientes huiusmodi periculis obuiare, auctoritate Domini PP. cuius Pœnitentiariæ curam gerimus, & de eius speciali mandato, super hoc viuz vocis oraculo nobis facto, vt in dictis Ecclesiis, in quibus vobis, & successoribus vestris visum fuerit, eidem Monasterio dumtaxat subiectis, Fontes Baptismales erigi, & construi, & postquã erecti, & constructi fuerint, in illis per presbyteros, ad id per vos, vt præfertur pro tempore deputatos infantes huiusmodi baptizari facere, absque hoc quòd dictæ Ecclesiæ loci Ordinario, Archidiacono, Archiepiscopis, presbyteris, seu quibuscumq; aliis personis propterea subiectæ censeantur, nec aliqua tributa soluere teneantur, sine tamẽ alicuius præiudicio, positis, & valeatis, Ordinarij loci prædicti, & cuiusuis alterius licentiã super hoc minimè requisitã, vobis, & successoribus vestris, dicti Monasterij Abbatibus, pro tempore existentibus, tenore præsentium, indulgemus, & super præmissis plenam, & liberam concedimus facultatem. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, statutis quoq; , & consuetudinibus Prouincialibus, & Synodalibus, ceterisque contrariis quibuscumq;. Datis Romæ apud Sanctum Petrum, sub sigillo officij Pœnitentiariæ. Tertio Idus Septembris, Pontificatus Domini Alexandri PP. VI. Anno decimo.

## CXVII. PRIVILEGIUM

Alexandri Papæ VI. concessum Abbati, & Monasterio Beatæ Mariæ de Monteserrato.

Anno Dominicæ Incarnationis 1499.

## SUMMARIVM PRIVILEGII.

1 Tossunt

1. *Possunt celebrari Missæ immediatè post duas horas post mediam noctem.*
2. *Monachi pro Monasterij negotiis extra illud agētes, possunt ubicumque Missas celebrare, vel facere celebrari, circa diurnam lucem, etiamsi in loco fuerit interdictum, & cessatio à diuinis in altari portatili, & coram seruitoribus, & familiaribus, &c.*

ALEXANDER Episcopus seruus seruorum Dei ad perpetuam rei memoriã. Sanè merita religionis, sub qua, & regulari obseruantia dilecti filij Abbas, & Conuentus Monasterij Beatæ Mariæ Moutferrati, Ordinis Sancti Benedicti, Viceñ. Diocesi. in humilitatis spiritu deuotum, & sedulum exhibent Altissimo famulatum promerentur, vt eas, ac dictum Monasterium spiritualibus donis, & gratiis prosequamur. Sanè pro parte Abbatis, & Conuentus prædictorum nobis nuper exhibita petitio cõtinebat: quod cum aliàs Innocētius VI. in sua obedientia, de qua partes illæ erant, nūcupatus tūc presbyteris dicti Monasterij, & eisdem Conuentui, vt liceret eis antequam lucefceret dies, circa tamen diurnã lucem per sacerdotem idoneum Missam peregrinis facere celebrari: ita tamen, quod id neque eis, neque sacerdoti taliter celebranti ad culpam valeret imputari, concesserit, & concessio huiusmodi per nos confirmata fuerit, & propter dictorum peregrinorum multitudinem, qui ad dictum Monasterium, propter crebra miracula, quæ intercessione eiusdem Beatæ Mariæ Virginis inibi operatur Altissimus conflunt, plures Monachi dicti Monasterij tam pro ipsorum peregrinorum confessionibus audiendis, quàm eis hospitandis, & subueniendis singulis diebus intenti existant, & in die Missam celebrare cõmodè non possint, quia plures presbyteri peregrini, die quo ab eodem Monasterio recedunt, Missam celebrare cupiunt, & propter sociorum suorum

## CXVII. PRIVILEGIUM

ante diem discessum, qui eos usque ad diem expectare nolunt, absque Missæ huiusmodi celebratione inde discedunt, ne societatem amittant: Monachi verò pro rebus eiusdem Monasterij ab illo pro tempore discedentes, ut viam, quæ minus aspera, & rigida est, tempestivè peragere possint, ante Missæ celebrationem sepius iter arripiunt, propter quæ divinus cultus in eodem Monasterio non parum dispendium patitur, ac voto, & desiderio ipsorum peregrinorum, & Monachorum satisfieri non potest: verum si in prædicta Ecclesia post duas horas post mediam noctem Missæ celebrari possent, profecto præmissis inconvenientibus obviaretur, & divinus cultus huiusmodi inibi susciperet incrementum, ac etiam voto, & desiderio peregrinorum, & Monachorum prædictorum in præmissis satisficeret: quare pro parte Abbatis, & Còventus prædictorum nobis fuit humiliter supplicatum, ut in præmissis opportunè providere de benignitate Apostolicâ dignaremur. Nos igitur Abbatem, & Conventum prædictos, ac Conventus huiusmodi singulares personas à quibuscumque excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis à iure, vel ab homine quavis occasione, vel causâ latis, si quibus quomodolibet inodati existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolvètes, & absolutos fore censentes, huiusmodi supplicationibus inclinati, quod perpetuis futuris temporibus in mediâ post duas horas post mediam noctem, tam Abbas dicti Monasterij pro tempore existens, per seipsum, quàm Monachos eiusdem Monasterij pro tempore existentes, ac quoscumque alios presbyteros idoneos seculares, vel regulares, etiam vñdecimque ad dictum Monasterium venientes, quotiescunque eis, & eorum cuilibet videbitur in Ecclesia dicti Monasterij: ac quod si Abbatem, & de licètia sui Superioris singulos Monachos eiusdem Monasterij, etiam pro tempore existentes prædictos, aut alios quotiescumque eos pro rebus, seu negotiis eiusdem Monasterij extra illud esse

conti-

contigerit, ipse Abbas, & Monachi in locis ad id congruentibus, & honestis, & si eas ad loca Ecclesiastico interdicto, ordinaria auctoritate supposita, seu quibus vigore constitutionum Prouincialium Prouinciæ Tarraconen. interdictum, & cessatio à diuinis officiis contra inuasores personarum, & rerum Ecclesiasticarum interdicta fuerint, declinare contigerit, dummodo propter eoshuiusmodi interdictum, & cessatio à diuinis indicta non fuerint, in illis, clausis ianuis, excommunicatis, & interdictis exclusis, super altari portatili, etiam ante diem, circatamen diurnam lucem, etiam in familiarium, & seritorum suorum præsentia Missas celebrare, & celebrari facere liberè, & licitè valeant, Apostolicis, ac in Prouincialibus, & Synodalibus Conciliis Tarraconen. huiusmodi editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, & ordinationibus, ceterisque contrariis nequaquam obstantibus, auctoritate Apostolica, tenore præsentium, perpetuè statuimus, & ordinamus: ac eisdem Abbati, Monachis, & presbyteris de specialis dono gratiæ indulgemus: nec non eisdem constitutionibus Prouincialibus, & Synodalibus, illis aliàs in suo robore permanens, hæc vice dumtaxat specialiter, & expressè derogamus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ absolutionis, statuti, ordinationis, concessionis, & derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursum. Datis Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo, Quadringentesimo, Nonagesimo nono. Quinto Kalendas Maij, Pontificatus nostri Anno septimo.

¶ His, quæ numero 2. de altari portatili conceduntur obstat re videtur Cõcil. Trident. quatenus Sess. 22. de obseruan. & vitand. in celebrat. Missæ, prohibet celebrare extra Ecclesiam, & Oratoria diuino cultui dedicata, &c.

CXVIII. PRIVILEGIUM.

Sixti Papæ III. concessum Monasterio Sanctæ  
Mariæ de Nagera. Anno Dominicæ In-  
carnationis 1483.

SUMMARIVM PRIVILEGII.

- 1 Subditi, & vassalli, qui spontè, vel violentè cuicumque alteri Domino se subiecerunt, redeant ad obedientiam Monasterij.
- 2 Nullus recipiat vassallos Monasterij in Cõsendam, absque assensu Superioris eiusdem.
- 3 Nullus molestia aliquâ afficiat vendentes, & emètes res Monasterij, neque super illis imponat gabel-  
las, &c.
- 4 Nullus scindat ligna in nemoribus, & montibus Mo-  
nasterij, neque illius iurisdictionem perturbet.
- 5 Pœna contra præmissa non servantes.
- 6 Iudices executores presentium litterarum.

SIXTVS Episcopus servus servorum Dei ad perpetuū  
rei memoriam. Inter multiplices curas, quibus ex debito  
Pastoralis officij iugiter perurgemur, illa nos potissimè vrget,  
vt Ecclesiæ, & Monasteria, ac aliapia, & regularia loca in suis  
iuribus conseruentur, spiritualisq; gladius aduersus eos insur-  
gat, qui tamquam honoris, & priuilegij Ecclesiarum, Monaste-  
riorum, & locorum eorum deminuidi, Ecclesiasticam, in ani-  
marum suarum periculum, & Christianæ fidei præiudiciū,  
moliuntur subuertere libertatem, ne si forte non resilitur eis-  
dem,



dem, eorum temeritas periculosius inualeſcat, & perversitas extollatur. Ad noſtrum ſiquidem, non ſine mentis perturbatione, dilectis filiis Gundifaluo Priore, & Conuentu Monafterij Beate Mariæ de Nagera, per Priorem ſoliti gubernari Cluniacenſi. Ordinis, Calagurritan. Dioceſ. referentibus, peruenit auditum, quod in Regnis Caſtellæ, & Legionis inoleuit quedam corruptela, quod vaſſalli, & alij ſubditi Eccleſiarum Monafteriorum, & locorum huiuſmodi in dictis Regnis conſiſtentiū propriis Dominis non contenti, adulterando, ſub Cómendæ, vel alicuius alterius ſubiectioſi titulo temporalibus ſecularibus Dominis ſe ſpontè ſubiiciunt, nonnunquam verò ab eiſdem ſubiiciuntur, ac etiam nonnulli tam Principes, quàm Regij officiales, & alij laici à Priore, & Conuentu prædictis, aliſq; Eccleſiaſticis, etiam ſecularibus dicti Monafterij, ſeu illius Eccleſiæ perſonis, & vaſſallis, ac ſubditis dicti Prioris tam coniunctim, quàm diuiſim, aliſq; eorum nominibus, dum vinum, granum, ac alia, fructus, res, & bona eorum, quæ vnde cūque habent reponunt, & vendunt, ac etiam ab illa ementibus Datia, gabellas, exactiones, impoſitiones, & pædagia, aliaq; noua iura, & collectas imponere, exigere, petere, leuare, & extorquerè, ac ob illorum non ſolutionem tam vendentes, quàm ementes quandoq; capere, detinere, & carceribus mancipare, ſeu mancipari facere, ac in Monafterij, & vaſſallorū prædictorum montibus, & nemoribus ligna ſcindere, & extrahere ipſaq; nemora diſſipare non formidant, in diuini, & humani iuris vilipendium, & animarum ſuarum periculum, ac Monafterij, Ordinis, & Conuentus prædictorum præiudicium, pernicioſum quoq; exemplum, & ſcandalum plurimorum. Quare pro parte Prioris, & Conuentus prædictorum nobis fuit humiliter ſupplicatum, vt ipſorum, ac dicti Monafterij ſtatui in præmiſſis opportunè providere de benignitate Apoſtolicâ digna remur. Nos igitur attendentes, quod error, cui non reſiſtatur approbatus videtur, ac latum pandit delinquentibus, ſinū qui

CXVIII. PRIVILEGIUM

eorum perniciosis ausibus non resistit, ac neque untes, prout neque velle debemus, tantæ temeritatis excessus conniuentibus oculis pertransire; huiusmodi supplicationibus inclinati, auctoritate Apostolicâ, tenore præsentium, hac perpetuò valitura irrefragabili constitutione, omnibus, & singulis tam dicti Monasterij vassallis, & subditis vtriusq; sexus, quàm Principibus, Baronibus, Ducibus, Marchionibus, Comitibus, Militibus, aliisq; personis cuiuscumque dignitatis, status, gradus, vel conditionis fuerint, partium illarum districtè præcipiendo mandamus, quatenus vassalli, & subditi prædicti spontè, vel violenter

1 alius Dominis secularibus dati, subiecti, vel submissi, seu commendati statim post habitam de præsentibus notitiam, ad immediatam ipsius Monasterij obedientiam, & subiectionem redeant: ac personæ, quibus dati, submissi, vel commendati existunt, illos liberè redire permittant, & de illis de cetero nullatenus se impediant: alij verò non commendati, subditi, & vassalli dicti Monasterij, nulli nisi de expresso mandato, seu consensu prædicti, & pro tempore existentis Monasterij huiusmodi Prioris se subiiciant, dent, submittant, aut commendent: ac Principes, Barones, Duces, Marchiones, Comites, & Milites, aliæq; personæ, vt præfertur qualificatæ vassallorum, & subditorum, ac locorum dicti Monasterij aliquam commendam, subiectionem, seu submissionem, aut seruitia, ac à Priore, & Conventu, nec non personis, etiam clericis secularibus in Ecclesiis dicti Monasterij beneficiatis, dictiq;, & pro tempore existentis Prioris eiusdem Monasterij subditis, de rebus, & bonis suis, quæ vndecumq; habent, reponunt, & vendunt, ac de cetero eos habere, reponere, & vendere contigerit, ac ab illa emittibus, datia, exactiones, impositiones, gabellas, & pædagia aliaque noua iura, & collectas, etiam veredas, & accendarias nuncupata imponere, exigere, petere, aut extorquere, ac vendentes, & ementes huiusmodi per se, vel aliam, seu alios super præ-

missis

missis in carcerare, seu alias eis iniuriari, ac ligna, à nemoribus, & montibus Monasterij, & vassallorú, ac subditorum prædictorum scindere, vel Monasterium, Priorem, Conuentum, vassallos subditosq; prædictos super iuribus, & iurisdictionibus suis, illorumq; vsu impedire, aut perturbare non audeant, neque in præmissis, aut eorum aliquo illa committentibus auxilium, consilium, vel fauorem per se, vel alium, seu alios directè, vel indirectè, quouis quæsito colore, quoquomodo præstare præsumant. Qui verò contra præmissa, vel eorum aliquod fecerint, si personæ fuerint singulares excommunicationis sententiam incurrant, absque aliqua hominis declaratione, si autem Communitas, seu Vniuersitas ciuitatis, opidi, villæ, castri, seu loci alterius cuiuscumque, ipsa Ciuitas, Castrum, Opidum, Villa, seu locus similiter eo ipso interdicto subiaceat Ecclesiastico. Mandantes etiam districtius harum serie in virtute Sanctæ obedientiæ Venerabilibus fratribus nostris Calagurritan. & Burgen. ac Pampilon. Episcopis, vniuersisq; aliis, & singulis Ecclesiarum Prælati eorumq; officialibus, & loca tenentibus, & quibusuis aliis Ecclesiasticis personis, etiam iurisdictionem habentibus, quatenus ipsi, & eorum singuli per se, vel alium, seu alios quotiens pro parte Prioris, & Conuentus prædictorum, seu alicuius eorum desuper fuerint requisiti, illos ex supradictis, quos eis excommunicationis sententiam, & interdicti poenam huiusmodi incurrisse constiterit, tã diu Dominicis, aliisq; festis diebus in Ecclesiis, dum maior inibi populi multitudo cõuenerit ad diuina, singulares personas excõunicatas, ac Ciuitates, Castra, Villas, Opida, & loca huiusmodi Ecclesiastico interdicto supposita, dicta auctoritate Apostolicâ pũtient, & ab aliis nuntuari, ac ab omnibus arctius euitari faciãt, donec sic excõunicati spiritum assumentes cõsilijs sanioris à nobis, vel Sede Apostolicâ absolutionis beneficii, & recõciliationis gratiã meruerint obtinere, & nihilominus

legiti-

## CXVIII. PRIVILEGIUM.

legitimis per eos desuper habendis seruatis processibus, ipsos quoties expedierit dicta auctoritate Apostolicâ aggrauare procurent, contradictores per censuram Ecclesiasticam, & alia iuris remedia, appellatione postposita, compescendo, inuocato ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachij secularis, sententiis nihilominus, censuris, & poenis aliis, à iure per litteras, seu processus Apostolicos in tales promulgatis, aliàs in suo robore permanens. Non obstantibus felicis recordationis Bonifacij Papæ VIII. prædecessoris nostri, quibus cauetur, ne quis extra suam ciuitatem, & Diocesim, nisi in certis exceptis casibus, & in illis ultra vnam dietam à fine suæ Diocesis, ad iudicium euocetur, seu ne Iudices à Sede prædictâ deputati extra ciuitatem, & Diocesim, in quibus deputati fuerint contra quoscumque, procedere, seu alij, vel aliis vices suas committere præsumant, ac de duabus dietis in Concilio generali editis, & aliis constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis contrariis quibuscumque: aut si Principibus, & aliis supradictis, vel quibusuis aliis communiter, vel diuisim ab eadem sit Sede indultum, quod interdicti, suspendi, vel excommunicari, aut extra, vel ultra certa loca ad iudicium euocari non possint per litteras Apostolicas, nõ facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Volumus autem, quod præsentis litteræ postquã illæ, seu earum copia dicti Monasterij valuis, vnde verisimilis cõiectura sit, quod ad præsentium transgressorũ notitiã deuenire poterunt, affixæ, & publicatæ fuerint, perinde dictos transgressores arctet, ac si eis legitimè insinuatæ fuissent. Et quia difficile foret præsentem ad quęcumque loca deferre, quod illarum transumpto, manu publica signato, & alicuius Prælati sigillo munito in iudicio, & extra, plena fides adhibeatur, & perinde stetur, ac si ipsæ originales litteræ forent exhibitæ, vel ostensæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrorum mandati, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attetare præsumperit, indignationem Om-

nipe-

omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se noverit incursum. Datis Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ, Millesimo, Quadringentesimo, Octuagesimo tertio. Decimo nono Kalendas Septembris, Pontificatus nostri, Anno duodecimo.

CXIX. INDVLTVM

Innocentij Papæ VIII. concessum Monasterio  
Sanctæ Mariæ de Nagera. Anno Incar-  
nationis Dominicæ 1490.

SUMMARIVM PRIVILEGII.

- 1 Eximitur Monasterium à iurisdictione Abbatis Cluniacens. &c.
- 2 Monasterij Superior Abbas sit, & dicatur, eligaturq; per Conuentum.
- 3 Potest recipere in Monachos, & ad professionem è seculo fugientes, &c.
- 4 Abbas, & Monasterium gaudent omnibus privilegiis Cluniacens. Monasterio in genere concessis, seu concedendis.
- 5 Abbas quemcumque Antistitem potest vocare, qui in Monasterio omnia Pontificalia exercent.
- 6 Abbas Ecclesias, & pia loca benedicere potest, & Parochianos ab omnibus peccatis per se, vel alium absolvere.
- 7 Utatur Abbas Mittra, Annulo, Sandaliis, Baculo Pastoralis.

CXIX. PRIVILEGIUM.

- 9 Dat Benedictionem solemnem populo Episcopo, vel Legato non presente.  
 9 Vestes, & paramenta Ecclesiastica benedicere potest.  
 10 Potest religiosos, & alios sibi subiectos clericali carere insignire, eosq; ad minores ordines promouere.

**I**NNOCENTIUS Episcopus seruus seruorum Dei  
 Ad perpetuam rei memoriam. Inter curas multiplices, quæ nobis ex Apostolatus officio incumbere dignoscuntur, illam libenter amplectimur, per quam Monasteriorum, & aliorum religiosorum omnium præsertim insignium vtilitati, honori, decori, & ornamento, ac personarum in illis sub suavi iugo Religionis degentium, necnon Membrorum, & aliorum subditorum eorumdem, quieti, & tranquillitati opportunè consuli possit. Sanè Venerabilis frater noster Rodericus Episcopus Portuen. Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Vicecancellarius nobis nuper exposuit, quod opidum Nageren. Calagurritanæ Diocesis inter alia illarum partium opida virorum nobilium, litteratorum, mercatorum, & popularium, artificum, ac aliorum copiosa multitudo, murorum, ambitu, territorij, & districtus amplitudine, ac agrorum in illo consistentium fertilitate, & amœnitate plurimum insigne, & famosum reputatur, & vt fama est, olim ibidem Cathedralis Ecclesia, & Episcopus habens clerum, & populum, esse consueuerat: & quia in præsentiarum in dicto opido solum Monasterium Beatæ Mariæ per Priorem solum gubernari, Cluniacem. Ordinis, & nulla Ecclesia secularis, vel regularis solemniter existit, imminetq; cura Priori dicti Monasterij, pro tempore existentis ferè totius populi dicti opidi, & in illius Ecclesia quam plurimorum Regum, & Reginarum, ac Infantum Castellæ, & Legionis Regnorum, Ducum, Comitum, Illustrium, & Magnorum, Nobilium partium illarum defunctorum retroactis temporibus corpora sepulta fuerunt, & in eiusdem Monasterij fundatione inter aliter cauetur  
 expresse,

expressè, quod inibi triginta Monachi dicti Ordinis de beant residere, & continuè viginti, aut vigintiquinque ad minus modernis temporibus permanere sunt soliti, diuina inibi officia assiduè, & deuotè cum populi consolatione, & animarum salute celebrantes: fungiturq; ipsius Monasterij Prior pro tempore existens in pluribus locis sibi subiectis iurisdictione, quasi Episcopali, & distat Monasterium ipsum à Monasterio Cluniacen. Matisconen. Diocesis, à quo dependet, & in quo ipsius Monasterij Nageren. Monachi professionem regularemittere tenentur per viginti dietas, & vltra, ob quam distantiam Regnorum, & Dominiorum, ac gentium, idiomatum diuersitatem, nec non bellorum, pro tempore occurrentium, impedimenta ipsius Nageren. Monasterij Monachi ad dictum Monasterium Cluniacen. vt inibi professiones eorum emittant, ac etiam ad Capitulum generale dicti Ordinis, dum pro tempore celebratur, & expedit se commodè, ac sine discrimine, & periculo conferre, & per Visitatores dicti Ordinis probos, & discretos visitari nequeunt, efficiunturq; per sæpè Monachi ipsius Monasterij Nageren. sumpta occasione ad dictum Monasterium Cluniacen. se conferendi vagabundi, & Apostatae, & nonnunquam ab Abbate dicti Monasterij Cluniacen. potestatem visitandi, ac iurisdictionem, & potestatem vice, & nomine ipsius Abbatis in eodem Monasterij Nageren. & eius Membris exercendi obtinent, cuius prætextu Priorum, & Religiosorum dicti Monasterij Nageren. pacem, & quietem, absque aliquo bono fructu multipliciter molestande non cessant, si statueretur, & ordinaretur, quod de cetero perpetuis futuris temporibus dictum Monasterium Nageræ, per Abbatem à dilectis filiis illius Conuentus, pro tempore eligendum, & per Sedem Apostolicam confirmandum regi deberet, & modernus illius Prior deinceps dicti Monasterij Nageren. Abbas foret, & illius Monachi, qui nunc sunt, & professionem ipsam in dicto Monasterio Clu-

CXIX. PRIVILEGIUM.

niscen. vel alibi ex cōmissione ipsius Abbatis emiserūt nō Cluniacen. sed Nagerensis Monasterij Monachi forent, & ipsius Monasterij Nagerensis Abbati prædicto, qui pro tempore foret, dumtaxat subiicerentur, perinde, ac si professiones eorum inibi emisissent, haberetq; ipse Abbas dicti Monasterij Nagerensis potestatem volentium vitam religiosam ducere, in Monachos recipiendi, ac habitum eis exhibendi, & professionem, quam facere vellent, in eius manibus admittēdi, possetq; quem vellet Catholicum Antistitem, etiam titulare, gratiā, & communionem dictæ Sedis habentem, ad celebrandos generales Ordines statutis ab iure temporibus, calices, & altaria consecrandum, renato s̄q; chrismate in frontibus confirmandum, ad dictum Monasterium Nageren. inuitare, & ab eodem, vel quem mallet quocumque alio Catholico Antistite similem gratiam, & communionem habente, munus benedictionis recipere, Ecclesias, cimiteria, & quæcumq; alia pia, & honesta loca, etiam cultui diuino deputanda, postquam munus benedictionis susceperit benedicere, parochianosq; suos Ecclesiarum, & Membrorum suorum, & sibi subditorum ab excessibus, & casibus, in quibus Ordinarij locorum de iure, vel cōsuetudine absolueri possunt in foro conscientie absolueri, eximerenturq; Monasterium Nageren. ac illius Abbas, Conuentus, Monachi, seruitores, Membra, subditi, res, & bona omnia, ab omni dominio, iurisdictione, superioritate, visitatione, correctione, visitationis, & subiectionis onere, & procuratione dicti Abbatis Monasterij Cluniacensis, ac generalis Capituli Ordinis eiusdem, aliorumq; Ordinariorum, & Superiorum suorum, eorumq; vicariorum, & officialium quorumcumq;, ac Sedi prædictæ immediatè subiicerentur, ex hoc profecto statui ipsius Monasterij Nagerensis, & illius pro tempore Abbati, ac Monachorum in illo degentium quieti, cum diuini cultus augmento, & animarum salute, ac populi dicti opidi mira consolatione, & ad ipsum Monasterium Nageren. deuotionis

augmen-



augmento plurimum consuleretur. Quare præfatus Rodericus Episcopus, cui dudum, ut cedete, vel decedete ipsius Monasterij moderno Priore, qui ut asserit familiaris, ac cõtinuus, cõmensalis suus existit, seu Prioratum ipsum aliàs quomodolibet dimittete, etiã apud Sedẽ prædictã liceret sibi, qui aliàs Prioratũ ipsum ex concessione, & dispensatione Apostolicã obtinuerat in commendam, & illius commendã cessat, ad ipsum Prioratum liberam habere regressum, & illum in eandem cõmentam, ut prius retinere per alias nostras litteras motu proprio concessimus, quique ad dictum Monasterium Nagerense specialem gerit deuotionis affectum, nobis humiliter supplicauit, ut status, decori, & venustati dicti Monasterij Nagerensis, ac quieti, & tranquillitati personarum, ac Membrorum, & subditorum suorum in præmissis opportunè prouidere de benignitate Apostolicã dignaremur. Nos igitur, qui Monasteriorum, & religiosorum locorum omnium statum in maxime dirigi, nostris potissimè temporibus, supremis desideramus affectibus, huiusmodi supplicationibus inclinati, Monasterium præfatum Nagerense illiusque Conuentum Monachos, seruitores, Membra, subditos, res, & bona, omnia ab omni domino, superioritate, iurisdictione, subiectione, visitatione, correctione visitationis, & subiectionis onere, & procuratore, ac potestate moderni, & pro tempore existentis Monasterij Cluniacens. & illius generalis Capituli huiusmodi, ac Prælatorum, seu Difinitorum, & Ordinariorum aliorum, Vicariorum, & officialium suorum quorumcumque, ac Visitorum eorundem, quamdiu præfati Rodericus Episcopus, & modernus Prior vitam duxerint in humanis, auctoritate Apostolicã, tenore præsentium prorsus eximimus, & totaliter liberamus, ac sub Beatorum Petri, & Pauli, & Sedis prædictæ, atque nostra protectione suscipimus: ita, quod Abbas Monasterij Cluniacens. Prælatus, seu Difinitores, ac

alij Ordinarij, & officiales, ac Vicarij, & Visitatores, præfati vllam in Monasterium Nagerenſ. prædictũ, & modernum Priorem, Conuentum, Monachos, ministros, Membra, subditos, res, & bona, excommunicationis, aut alterius, censuræ Ecclesiasticæ, sententia promulgare, ac vllam superioritatem, iurisdictionem, potestatem, visitationem, & correctionem exercere, & procuracionem aliquam, ratione subiectionis, visitationis, aut alia quauis causâ exigere interim non possint, sed teneantur ipsius Monasterij Nagerensis Abbas, & alij exempti prædicti interim etiam ratione contractus, vel delicti, aut rei, de quibus ageretur vbicumque committeretur delictum, inniretur contractus, & re ipsa confisteret coram dictæ Sedis Delegatis dumtaxat stare iuri, & conquerentibus de eis in iustitia respondere: decernentes ex nunc omnes, & singulos processus, sententias, censuras, & pœnas, quos, & quas, per Abbatem Monasterij Cluniacensis, Prælatos, Diffinitores, Ordinarios, vicarios, officiales, & visitatores præfatos haberi, vel præmulgari contigerit, ac quæcumque pro tempore inde secuta irrita, & inania, nulliusque fore roboris, vel momenti. Et insuper, quod quamdiu Rodericus Episcopus, & modernus Prior præfati vitam duxerint in humanis, vt præfertur, Monasterium ipsum Nagerense à prædicto Cluniacensi, vel quouis alio Monasterio minimè dependeat, ac Monachi, & alij subditi dicti Monasterij Nagerensis moderno illius Priori, non autè Abbati dicti Monasterij, Cluniacensi, ratione professionum, suarum prædictarum, vel alia quauis causâ subiciantur perinde, ac si professiones prædictas, quas in Cluniacensi, vel alibi ex ipsius Monasterij Cluniacensi Abbatis commissione, vel delegatione emisissent in dicto Monasterio Nagerensi emisissent. Et de cetero perpetuis futuris temporibus, tam modernus,

dernus, quàm ipsius Monasterij Nagerensis Prior pro tem-  
 pore existens illi in Abbatem, & non in Priorem præsit, &  
 non Prior, sed Abbas nuncupetur, ac dictum Monasterium  
 Nagerense, illius occurrente vacatione, per Abbatem, per  
 Conuentum ipsius Monasterij Nagerensis eligendum, &  
 per Sedem prædictam confirmandum regi, & gubernari de-  
 beat, sine tamen præiudicio regressus huiusmodi. Liceatque  
 3 ipsi Abbati Monasterij Nagerensis seculum fugientes, & ini-  
 bi sub regulari habitu Domino famulari volentes, in Monachos  
 recipere, regularem habitum illis exhibere, ac professionem  
 regularem, alias iuxta dicti Ordinis consuetudinem ab eis-  
 dem admittere, ac Abbas, & Conuentus, Monachi, seruito-  
 4 res, Membra, subditi res, & bona omnia, quod omnibus, &  
 singulis priuilegijs, gratijs, libertatibus, & immunitatibus,  
 indulgentijs, & indultis dicto Cluniacens. Ordini, aliisque  
 personis illius in genere concessis, & concedendis in poste-  
 rum uti, potiri, & gaudere, ac Abbas Monasterij Nageren-  
 sis huiusmodi, per quæ voluerit etiam titularem Episcopum  
 5 huiusmodi gratiam, & communionem habentem in dicto  
 Monasterio Nagerensi, generales ordines, erga dicti Mona-  
 sterij Nagerensis Monachos, & subditos celebrari, Calices,  
 & Altaria dicti Monasterij Nagerensis, & Ecclesiarum sibi  
 subiectarum consecrari, & renatos videlicet dicti Monaste-  
 rij Nagerensis subditos in fronte chrismate confirmari face-  
 re, & ab eodem, vel quem maluerit alio Catholico Antistite  
 manus benedictionis suscipere, & postquam illud susceperit  
 6 Ecclesias, cimeteria, & quæcumque alia pia, & honesta lo-  
 ca, sibi subiecta benedicere: Ac parochianos Ecclesiarum  
 membrorum suorum, & alios subditos suos ab omnibus, & sin-  
 gulis eorum peccatis, in quibus Ordinarij locorum, de iure, vel  
 consuetudine absolacere possunt, in foro conscientie dum ta-

7 xat per se, vel aliū absoluerē, ac pœnitentiam salutarem eis iniū  
 gere: & Mithra, Annulo aureo, Sādaliis, & Baculo Pastoralī vti:  
 & in dicto Monasterio Nagerensī, ac aliis sibi subiectis Ecclesiis,  
 8 & capellis infra Missarū, & Vesperarum solemnia Benedictio  
 nem solemnem supra populum, & dummodo in Benedictio  
 ne huiusmodi aliquis Antistes, aut dictæ Sedis Legatus præsens  
 non fuerit elargiri. Ac vestes, & paramenta Ecclesiastica tam  
 9 prædicti Monasterij Nagerensis, quàm quarumcumque alia  
 rum Ecclesiarum, sibi subiectarum benedicere. Ac clericali mi  
 litæ ascribi volentes tam dicti Monasterij Nagerensis religio  
 10 sos, quàm alios sibi subiectos clericali caractere insignire, ac ad  
 minores ordines promouere. Nec non capellum nigrum iux  
 ta consuetudinam Abbatum, super hoc privilegium obtinen  
 tium, vbi cumque deferre liberè, & licitè valeat, eadem aucto  
 ritate statuimus, & ordinamus, dictoq; Abbati nunc, & pro tē  
 pore existenti Monasterij Nagerensis huiusmodi, de specialis  
 dono gratiæ indulgemus. Non obstantibus felicis recordatio  
 nis Innocentij III. contra exemptos, quæ Volentes, ac quæ  
 Abbates incipiunt, Alexandri etiam III. Romanorum Pon  
 tificum prædecessorum nostrorum, & aliis Apostolicis consti  
 tutionibus, statutis quoque, & consuetudinibus Monasterio  
 rum, & Ordinis prædictorum iuramento, confirmatione  
 Apostolicâ, vel quavis firmitate alia roboratis, quodq; præfa  
 tus Prior, & nonnulli alij Monachi dicti Monasterij Nage  
 rensis in manibus Abbatis Monasterij Cluniacensis huius  
 modi professionem emiserint, & sibi parere, ac subiaci iura  
 verint, quæ quidem iuramenta eis, quoad hoc relaxamus ce  
 terisque contrariis quibuscumque. Nulli ergo omnino ho  
 minum liceat hanc paginam nostræ exemptionis, liberationis,  
 susceptionis, constitutionis, statuti, ordinationis, con  
 cessionis, & relaxationis infringere, vel ei ausu temerario con  
 traire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit indignatio

ALEXANDRI PAPÆ III. 237  
nem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Aposto-  
lorum eius se nouerit incursum. Datis Romæ apud San-  
ctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo,  
Quadringentesimo, Nonagesimo. Quinto Kalendas Nouem-  
bris, Pontificatus nostri Anno septimo.

## CXX. PRIVILEGIUM

Alexandri Papæ III. concessum Abbati, & Con-  
uentui Monasterij Sancti Æmiliani de  
Cuculla. Anno Dominicæ Incar-  
nationis 1258.

### SUMMARIVM PRIVILEGII.

- 1 Ordo Monasticus iuxta Beati Benedicti regulam ob-  
seruetur.
- 2 Bona, quæ iuste possident firma illis permaneant.
- 3 Decima non soluenda de iis, quæ propriis manibus, aut  
sumptibus colunt, neque de noualibus.
- 4 Possunt recipere ad conversionem clericos, seu lai-  
cos.
- 5 Nullus profusus, alique Abbatis licentia, à Mona-  
sterio discedat, nisi ad aetiorè Religionem. & alias  
discedentem nullus retineat.
- 6 Tempore interdicti licet celebrare, exclusis excom-  
municatis.

CXX. PRIVILEGIUM.

- 7 *Chrisma, Altarium & Basilicarum consecrationes, & ordinationes fiant ab Episcopo Diocesano, Catholico tamen, & sine prauitate ea prestante.*
- 8 *Infra fines Parœiæ, absque Diocesani, & Monasterij consensu nullus erigat Capellam.*
- 9 *Nique, & indebitæ exactiones, non fiant à Monasterio per quemcumque, &c.*
- 10 *Sepultura illius loci libera sit cuiuscumque, &c.*
- 11 *Possunt redimere decimas ad se spectantes à quibuscumque laicis detentas.*
- 12 *Abbas eligatur à maiori, & saniori fratrum parte iuxta regulam Beati Benedicti.*
- 13 *Infra clausuram locorum, seu Grangiarum Monasterij nullus rapinam faciat, &c.*
- 14 *Immunitate à Pontificibus, & Regibus indulta confirmantur.*
- 15 *Nullus perturbet Monasterium, aut eius bona auferat minuat detineat, &c.*

ALEXANDER Episcopus seruus seruorum Dei.  
 Dilectis filiis Abbati Monasterij Sancti AEmiliani de Cuculla, eiusque fratribus tam præsentibus, quàm futuris. Regularem vitam professis, in perpetuam rei memoriam. Religiosam vitam eligentibus Apostolicum conuenit adesse præsidium, ne forte cuiuslibet temeritatis incursum, aut eos à proposito reuocet, aut robur, quod absit sacre religionis infringat. Ea propter dilecti in Domino filij, vestris iustis postulationibus clementer annuimus, & Monasterium Sancti AEmiliani de Cuculla Calagurritan. Diocesis, in quo diuino estis obsequio mancipati sub Beati Petri, & nostra protectio-

- ne suscipimus, & præsentis scripti priuilegio communimus.
- 1 In primis siquidem statuentes, vt Ordo Monasticus, qui secundum Deum, & Beati Benedicti regulam in eodem Monasterio institutus esse dignoscitur perpetuis ibidem temporibus inuiolabiliter obseruetur. Præterea quascumque possessiones, quæcumque bona idem Monasterium in præsentiarum iuste, ac canonicè possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione Regum, vel Principum oblatione fidelium, seu aliis iustis modis præstante Domino poterit adipisci, firma vobis, vestrisque successoribus, & illibata permaneant: in quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis. Locum ipsum, in quo præfatum Monasterium situm est cum omnibus pertinentiis suis, decimas, quas in Sanctæ Mariæ de Foncelejo, Sancti Martini de Vallueranas, Sanctæ Crucis, Sancti Felicis, Sancti AEmiliani de Ycola, & Sancti Michaelis de Pedroso Ecclesiis obtinetis, Ecclesias, quas habetis in villa, quæ villa Gonsaluo vulgariter nominatur, villas sitas in valle, quæ Riuus Sancti AEmiliani vulgariter appellatur, & Ecclesias villarum ipsarum cū decimis, possessionibus, terris, & omnibus iuribus, & pertinentiis eorundem de Fonsueio, & de Artable, villas cum omnibus iuribus, & pertinentiis earundem, cum terris, vineis, pratis, & aquis, pascuis, nemoribus, vtuagiis in bosco, & plano, & molendinis in viis, & tenitis,
  - 3 & omnibus aliis libertatibus, & immunitatibus suis. Sane noualium vestrorum, quæ propriis manibus, aut sumptibus colitis, de quibus aliquis hætenus non percipit, siue de vestrorum animalium nutrimentis nullus à vobis decimas exigere, vel extorquere præumat. Liceat quoque vobis clericos,
  - 4 vel laicos liberos, & absolutos è seculo fugientes ad conuersionem recipere, & eos abiq; contradictione aliquaretinere.
  - 5 Prohibemus insuper, vt nulli fratrum vestrorum post factam in Monasterio vestro professionem fas sit sine Abbatis sui licentiâ de eodem loco, nisi arctioris religionis obtentu discedere,
- disce-

CXX. PRIVILEGIUM.

- discedentem verò absque communium litterarum vestrarum  
 6 cautione nullus audeat retinere. Cum autem generale interd-  
 ctum terræ fuerit, liceat vobis ianuis clausis, excommunicatis,  
 & interdictis exclusis, non pulsatis cāpanis, suppressa voce di-  
 7 uina officia celebrare, dum modo causam non dederitis inter-  
 dicto. Chrisma verò, oleum Sanctum, cōsecrationes altarium,  
 seu Basilicarum, ordinationes clericorum, qui ad Ordines fue-  
 rint promouēdi, à Diocesano suscipietis Episcopo, si quidem  
 Catholicus fuerit, & gratiam, & communionem Sacrosanctæ  
 8 Romanæ Sedis habuerit, & ea vobis voluerit sine prauitate ali-  
 qua exhibere. Prohibemus insuper, vt infra fines Parochiæ ve-  
 stræ nullus sine assensu Diocel. Episcopi, & vestro Capellam,  
 seu Oratoriū de nouo construere audeat: saluis priuilegijs Pon-  
 9 tificum Romanorū. Ad hæc nouas, & in debitas exactiones ab  
 Archiepiscopis, Episcopis, Archidiaconis, seu Decanis, aliisque  
 10 omnibus Ecclesiasticis, secularibusue personis à vobis omnino  
 fieri prohibemus. Sepulturam quoque ipsius loci liberam esse  
 decernimus, vt eorum deuotioni, & extremæ voluntati, qui se  
 illic sepellicū deliberauerint, nisi forte excommunicati, vel in-  
 terdicti sint, aut etiam publici vlturarij nullus obstat, salua ta-  
 11 men iustitiarum Ecclesiarum à quibus mortuorum corpo-  
 ra assuuntur. Decimas præterea, & possessiones ad ius Eccle-  
 siarum vestrarum spectantes, quæ à laicis detinentur re dimen-  
 di, & legitime liberandi de manibus eorum, & ad Ecclesias, ad  
 12 quas pertinent reuocandi libera sit vobis, de nostra auctorita-  
 te, facultas. Obeunte verò te nunc eiusdem loci Abbate, vel tuo-  
 rum quolibet successorum, nullus ibi qualibet subreptionis  
 astutis, seu violentiæ præponatur, nisi quem fratres communi  
 consensu, vel fratrum maior pars consilij tantoris, secundum  
 Deum, & Beati Benedicti regulam prouiderint eligendum. Pa-  
 13 ci quoque, & tranquillitati vestræ paternam in posterum solici-  
 tudinæ prouidere volētes, auctoritate Apostolica prohibemus



vt infra claufuras locorum, seu Grangiarum uestrarum nullus rapinam, seu furtū facere, ignē apponere, sanguinem fundere, hominē temerē capere, vel interficere, seu violentiam audeat exercere. Præterea omnes libertates, & immunitates à prædecessoribus nostris Romanis Pótificibus Monasterio uestro cōcessas, necnon libertates, & exemptiones secularium exactio-  
 14 num à Regibus, & Principibus, vel aliis fidelibus rationabiliter vobis indultas, auctoritate Apostolicâ confirmamus, & præsen-  
 tis scripti priuilegio communimus. Decernimus ergo, vt nulli omnino hominum liceat præfatum Monasterium temerē per-  
 15 turbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare, sed omnia integra conseruentur eorum, pro quorum gubernatione, ac sustentatione concessa sunt vsibus commodis pro futura, salua Sedis Apostolicæ auctoritate, & Diocesani Episcopi Canonica iustitiâ, & in prædictis decimis moderatione Concilij generalis. Si quæ in futurum Ecclesiastica, secularisue persona hanc nostræ constitutionis paginam scienter contra eam temerē uenire tentauerit, secundo, tertio uē commōnita, nisi reatum suum cōgrua satisfactioe correxerit, potestatis, honorisq; sui careat dignitate, reamq; se Diuino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & à Sacratissimo Corpore, ac sanguine Dei, & Domini Redemptoris nostri Iesu Christi fiat aliena, atque in extremo examine districtæ subiaceat ultioni, cunctis autē eidē loco sua iura seruantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatenus, & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud districtum Iudicē præmia æternæ pacis inueniant Amē. Amē. Ego Alexāder Catholicę Ecclesię Episcopus. S. Ego Odo. Tusculan. Episcopus. S. Ego Stephan<sup>9</sup> Prænestin<sup>9</sup> Episcop<sup>9</sup>. S. Ego Frater Ioannes tituli Sancti Laurentij in Lucina presbyter Cardinalis. S. Ego Frater Hugo tituli Sanctę Sabine presbyter Cardinalis. S. Ego Ricardus Sancti Angeli Diaconus Cardinalis. S. Ego Octavianus S. Mariæ in uia Lata Diaconus Cardinalis. S. Ego

CXXI. PRIVILEGIUM.

Ego Petrus Sancti Georgij ad Velū auream Diacon. Cardin. S.  
Ego Ioānes S. Nicolai in carcere Tulliano Diacon. Cardin. S.  
Ego Orroboñ. Sancti Adriañ. Diacon. Cardin. S. Datis Agnanię  
per manum Magistri Iordani Sanctę Romanę Ecclesię Nota-  
rij, & Vice Cancellarij. Secundo Kalendas Maij, indictione se-  
cunda, Incarnationis Dominicę, Anno 1259. Pontificatus ve-  
rō Domini Alexandri Papę III. Anno quinto.

CXXI. INDULTVM

Iulij Papę II. concessum Abbati Sancti Æmilianii  
viuę vocis oraculo. Anno Incarnationis  
Dominicę 1505.

SVMMARIVM INDVLTII.

- 1 Abbas Corporalia, Patenas, Calices, Cruces, Vestes, pa-  
ramenta, & quecumque ornamenta Ecclesiastica  
Monasterio, & aliis locis ab eo dependētibus neces-  
saria benedicere potest.
- 2 Monachos eiusdem Monasterij clericali cōsura insig-  
nire, ac eos ad quatuor minores ordines promouere  
potest.
- 3 Utatur Mitra, Baculo, & Pontificalibus insigniis,  
dummodo Episcopus, vel Legatus presentes non  
sint.

FRANCISCVS Miseratione Diuinā Sanctę Sabi-  
nę, Diaconus Cardinalis Elneñ. ac Constantinop. Patriar-  
cha. Vniuersis, & singulis presentes litteras inspecturis fidem  
facimus, & attestamur per presentes, quod Sanctissimus in  
Christo Pater, & Dñs Filius, diuinā prouidentia Papa II. volēs  
Abba,

Abbatem triennale nunc, & pro tempore existentem insignis Monasterij Sancti AEmiliani de la Cogolla, Ordinis Sancti Benedicti, Calagurritan. Diocesis de Congregatione Monasteriorum eiusdem Sancti Benedicti opidi Vallisoleti Palenti. Diocel. de obseruantia, & perpetua clausura nuncupatorum, illarum partium, fauore prosequi gratiofo, ac consideratione, & intuitu Illustrissimi Ferdinandi Regis Hispaniaru, & vtriusque Siciliae Catholici, qui ad Monasterium, & Congregatione huiusmodi, propter ipsius Congregationis Monachorum laudabilem, & exemplarem vitam bene viuendi modum in partibus illis, singularem gerit deuotionis affectu, moderno Abbati dicti Monasterij Sancti AEmiliani, qui triennalis existit, & illi qui perpetuis futuris temporibus erit, vt Abbas ipse Corporalia, Patenas, Calices, Cruces, vestes, paramenta, & quaecumque alia ornamenta Ecclesiastica, etiam presbyteralia, & que in predicto Sancti AEmiliani, & quibusuis aliis Monasterijs, Prioratibus, Grangijs, siue Beneficijs illi perpetuo vnitis, seu alijs quomodolibet ab eo dependentibus necessaria erunt solemniter, & iuxta formam Sanctae Romanae Ecclesiae fieri solitam benedicere. Necnon quoscumq; Monachos eiusdem Monasterij prima clericali tonsura insignere, ac eos ad quatuor minores ordines dumtaxat, promouere. Quodq; dum Abbatem ipsum Missas, & alia diuina officia celebrare contigerit, Mitra, Baculo Pastoralis, & alijs insignijs Pontificalibus vti libere, & licite possit, & valeat, dum modo Episcopus, seu Legatus ibidem praesentes non fuerint, viuz vocis oraculo suae Sanctitatis super hoc nobis facto gratiose concessit, & indulgit, ac voluit, & mandauit, quod huiusmodi indulto per oraculum suae viuz vocis huiusmodi dumtaxat, ea prorsus fides adhibeatur, & illi firmiter fletur, nec ad hoc probandum alterius probationis adminiculū requiratur in omnibus, & per omnia, perinde ac si suae litterae Apostolicae informae consuetae sub publico expeditae fuissent. In quoru fide, & testimoniu praesentes litteras

*de septem  
vobis  
gogor  
Fodor  
Abbat  
de la con  
greg = u  
mo con  
del pri  
lego gre  
sigue m  
segundo*

+

*manu*

CXXII. PRIVILEGIUM.

manu nostra subscriptas nostriq; consueti sigilli appensione  
munitas, & per Secretarium nostrum infrascriptum etiam sub  
scriptas, firmissimus. Datis Romæ in ædibus nostre solitæ resi  
dentia, sub Anno à Natiuitate Domini Millesimo, Quingen  
tesimo quinto. Die verò Vigesimo primo mensis Iulij, Pontifi  
catus præfati Sanctissimi Domini nostri PP. Anno secundo.  
F. Cardinalis Elneñ. manu propria.

CXXII. PRIVILEGIUM

Clementis Papæ VII. concessum Abbati, & Con  
uentui Beatæ Mariæ de Irache. Anno  
Dominicæ Incarnationis 1386.

SVMMARIVM PRIVILEGII.

*Licet Abbati vti Pontificalibus Insigniis, & Benedi  
ctionem populo clargi Antistite, seu Legato non  
presente.*

CLEMENS Episcopus seruus seruorum Dei. Dilectis  
filiis Ioanni Abbati, ac Conuentui Monasterij Beatæ Ma  
riæ de Irachio Ordinis Sancti Benedicti Pampilonen. Dioces.  
Salutem, & Apostolicam Benedictionem. Exposcit vestre deu  
otionis sinceritas, & religionis promeretur honestas, vt tam vos,  
quos speciali dilectione prosequimur, quam Monasterium ve  
strum, dignis honoribus attollamus. Hinc est, quod nos vestris  
in hac parte supplicationibus inclinati, vt tu fili Abbas, & suc  
cessores tui Abbatæ dicti Monasterij, qui pro tempore fuerint  
Michra, Annulo, & aliis Pontificalibus insigniis vt liberè, nec  
non, quod in dicto Monasterio Benedictionem solemnem su  
per populum, post Missarum, Vesperarum, & Matutinarum  
solemnia,

*Est fuso electo en  
Stancia en comp  
tencia de Urbano 6.  
Dati in meo honore  
quoniam pontifimo  
porque huius scilicet*

solemnis, dummodo in Benedictione huiusmodi aliquis Abbat  
 ites, vel Sedis Apostolicæ Legatus præfens non fuerit, elargiri  
 positus foelicis recordationis Alexandri Papæ III. prædecesso  
 ris nostri, quæ incipit (Abbatres) & alijs quibus uq; constitutio  
 nibus Apostolicis in contrarium editis nequaquã obstantibus,  
 vobis, & eisdẽ successorib⁹ auctoritate Apostolica de speciali  
 gratiã, tenore præsentiu indulgemus. Nulli ergo omnino ho  
 minum liceat hanc paginã nostræ concessionis infringere, vel  
 ei ausu temerario contraire. Si quis autẽ hoc attẽtare præsum  
 pserit indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorũ Petri, &  
 Pauli Apostolorum eius se nouerit incurfurũ. Datis Auinio ñ.  
 vij. Idus Maij, Pontificatus nostri Anno Octauo.

CXXIII. PRIVILEGIUM.

Clementis Papæ VIII. concessum Monasterio San  
 cti Benedicti Vallisoleteni, & ceteris omnibus  
 suæ Congregationis. Anno Dominicæ  
 Incarnationis. 1592.

SUMMARIVM PRIVILEGII.

- 1 Amplissima Priuilegiorum totius Congregationis con  
 firmatio.
  - 2 Priuilegia vni Monasterio concessa ad alia sine disse  
 rentia extenduntur.
  - 3 Priuilegia, concessiones indulta, & gratiã spirituales  
 Monasterij Beatae Mariæ de Monferrato spectant.
- H b      liter,

**VLTIMVM PRIVILEGIVM.**

liter, & vniuersa Congregationis Cisterciën.  
de obseruantia Hispaniarum, & eius Mona-  
steriorum, &c. comunicantur Congregationi, &  
eius Monasterijs, & ad eius loca, & personas am-  
plissime extenauitur.

† **C**LEMENS Papa VIII. Ad perpetuam rei memoriã,  
Romanus Pontifex Religiosorum Congregationibus,  
illarumq; personis, præsertim sub regulari obseruantia,  
et reformatione Altissimo famulantium à Sede Apostolicã, cõ-  
cessa priuilegia nedũ cõfirmare, & approbare, sed, & alia aliorũ  
Ordinum regularibus personis, & pijs locis concessa ad eas quã  
doq; extẽdere, & ampliare cõsuevit, prout eorundẽ religio-  
rũ vota exposcunt, & ipse conspiciẽ in Dño salubriter expedi-  
ret. Sanè dilectus filius Abbas Monasterij S. Benedicti Vallisole-  
ti, Palentiũ. Diocesi, & Generalitatis Cõgregationis S. Bene-  
dicti Hispaniarũ nobis nuper exponi fecit, quod cũ alias dicto  
Monasterio, quod est Caput totius dictæ Congregationis, & ijs  
Monasterijs ab eodem dependentibus, videlicet Beatæ Mariæ  
de Cõsolatione extra muros Zamoreñ. Sancti Vincẽtij de Mõ-  
forte Luceñ. Beatæ Mariæ de Fromesta, Palentiũ. & suorum  
Prioratuum, videlicet, Sancti Saluatoris de Chantada Luceña.  
Beatæ Mariæ del Zebrero Luceñ. Sancti Romani de Orniya  
Zamoreñ. & Sancti Iuliani de Merayme Compestellañ. nec  
non Monasterij Monialium Sancti Quirici Cisterciën. Ordini  
eidem Abbati Sancti Benedicti immediatè subiectorum,  
& omnibus alijs Monasterijs totius Cõgregationis virorum, &  
mulierũ de eius obseruantia per diuersos Romanos Pontifices  
prædecessores nostros, & seu Sedem Apostolicam diuersa pri-  
uilegia, gratia & indulta illorumq; cõmibus, personis, & locis  
generaliter, specialiter, & particulariter concessa, & per eodẽ  
dem

dem prædecessores nostros confirmata, & approbata fuerint, cupiantq; tam Abbas Generalis, quam alia vtriusq; sexus, et sona singulorum dictorum Monasteriorum, & Prioratum, pro illorum subsistentia firmiori, nostro etiam & Sedis Apostolicę patrocinio communiti: nec non pro ipsorum Abbatis Generalis, & personarum præfatarum consolatione, & religionis augmento quæcumque, tam eidem Ordini Sancti Benedicti, ac etiam Monasterio Beatę Marię de Monteferrato eiusdem Ordinis, & Congregationis, quàm Congregationi Sancti Bernardi Ordinis Cisterciën. Regnorum Hispaniarum, illiusq; Monasterijs domibus, Ecclesijs, & locis pijs illiusq; Superioribus, ac vtriusq; sexus personis concessa privilegia, facultates, & indulta quæcumq;, & qualiacumq; sint, etiam per modum extensionis, aut communicationis ad præfatum monasteriũ Sancti Benedicti Vallisoleti, aliaq; supradicta monasteria de eius observantia, ac illarum vtriusq; sexus personas extendi, illasq;, & illa eis communicari: quare pro eorum parte nobis fuit humiliter supplicatũ, quatenus eorum desiderio annuere, alijsq; in præmissis opportunè providere de benignitate Apostolicã dignaremur. Nos qui Regularium votis, præsertim religionis augmentum concernentibus, libenter annuimus, eaq; fauoribus prosequimur opportunis, prædictum Abbatem Generalem, ac omnes alias, & singulas personas huiusmodi Congregationis à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti alijsq; Ecclesiasticis sententijs, cęsuris, & pœnis a iure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati, ex illis ad effectũ præsentium dũtaxat consequendũ, harum senẽ absolventes, & absolutos fore cęsentes, ac singulorũ privilegiorũ gratiarum, & indulgorũ huiusmodi, ac desuper confectarum litterarum tenores præsentibus pro sufficiente expressis habentes, huiusmodi supplicationibus inclinati, omnia, & singula supradicta privilegia, facultates, gratias spi-

CXXIII. PRIVILEGIUM.

rituales, etiã per modum cõmunicationis, & extensionis dicto  
 Ordini S. Benedicti, ac supradictis Monasterijs, Domibus, Con  
 uentibus, Ecclesijs, Collegijs, & pijs locis per quoscũque Ro  
 manos Põtifices, ac nos & Sedẽ Apostolicam sub quibuscũq;  
 tenoribus & formis, etiam ad quorũuis instantiã quomodo li  
 bet cõcessa, seu cõmunicata, & extẽsa, nec nõ de super cõfectas  
 literas, & scripturas quascũq; quatenus sint in usu, & decretis  
 Cõcil. Triq. nõ aduersentur, & nõ sint reuocata, Apostolica au  
 thoritate, & ex nostra certa scientiã, tenore præsentiu perpetuõ  
 approbamus, & confirmamus, illiq; perpetuã, & inuiolabilis  
 firmitatis robur adijcimus, ac omnes, et singulos tam iuris,  
 quã facti, ac sollempnitatum quarumcumq; quomodo libet  
 omiffarum defectus, si qui forsan interuenerunt in eisdem sup  
 plemus, et pro potiori cautelã illa omnia et singula in eisdem  
 contenta, et comprehensa eisdem Monasterio Sancti Benedi  
 cti, ac singulis de eius obseruantia Monasterijs, Domibus, et lo  
 cis concedimus, et de vno eorum Monasterio ad aliud conce  
 dendo, sine vlla differentiã extendimus. Et insuper ob singula  
 rem reformationem, et obseruantiam in dicto Monasterio, et  
 in alijs prædictis, et de eius obseruantia institutam, et conserua  
 tam, eisdem ampliõribus fauõribus cõdecorare volentes om  
 nia, et singula priuilegia, concessiones, et indulta gratiasq; spi  
 rituales tam Monasterio Beate Mariæ de Monteferrato, quã  
 Congregationi Regularis obseruantia Sancti Bernardi Ordinis  
 Cisterciẽ. Regnorum Hispaniã, ac eorum Monasterijs,  
 Domibus, Conuentibus, Ecclesijs, Collegijs, et pijs locis concessa,  
 ac quibus vtuntur, potiuntur, et gaudent, ac vti, frui, potiri, et  
 gaudere quomodo libet possunt, quorum tenoribus præsentibus  
 haberi volumus pro expressis, ac de verbo ad verbum insertis, etiam si  
 talia sint, vel forent, quæ specialem, et indiuiduam requirent  
 mentionem, et, seu particularem insertionẽ prædictis Monasterio  
 Sancti Benedicti, et alijs, ac singulis de



eius obseruantia Monasterijs virorum, & mulierum, vt eis vti, frui, & gaudere libere, & licite possint, & valeant, auctoritate, & tenore prædictis concedimus, & indulgemus, dummodo non sint, reuocata, & non aduersentur decretis Concilij Tridentini, & quatenus etiam sint in vsu, illaq; omnia, & singula eis, & eorū cuilibet eisdem auctoritate, & tenore similiter perpetuò extendimus, eisq; communicamus. Decernētes præsentibus litteras nullo vnquam tempore, quouis quæsito colore, vel ingenio de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis nostræ, vel alio defectu notari, vel impugnari posse, neq; sub quibusuis similibus gratiarū reuocationibus, limitationibus, & suspensionibus, aut contrarijs dispositionibus pro tempore emanandis minimè comprehendit: sicque, & non aliter per quoscunque Iudices, quauis auctoritate fungentes, etiam lecorum Ordinarios, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, etiam de latere Legatos, vice legatos, Sedis Apostolicæ Nuntios, & causarū palatii Apostolici Auditores, sublatā eis, & eorū cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate iudicari, & diffiniri debere, irritū quoque, & inane, si secus super his à quoquam, quauis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus præmissis, ac cōstitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrarijs quibuscumq;. Volumus autem, quod earumde præsentium transumptis, etiam impressis manu alicuius ex scribis prædictorū Abbatū, aut Prelatorum, aut Notarij publici subscriptis, & sigillo alicuius Superioris dictorū Monasteriorum, & Prioratum, aut alterius personæ in dignitate Ecclesiasticā constitutæ munitis eadem prorsus fides habeatur in iudicio, & extra illud, ac vbiq; adhibeatur, quæ eisdem præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, & ostensæ, Dat. Tusculi, sub annulo Piscatoris, die xxx. Septembris M. D. XCII. Pontificatus nostri Anno Primo.

CXXIII PRIVILEGIUM.

Clementis Papæ VIII. concessum Congregationi  
Sancti Benedicti Vallisoletani. Anno Do-  
minicæ Incarnationis Millesimo,  
Quingentesimo, Nonage-  
simo Quarto.

SUMMARIVM PRIVILEGII.

*Amplissima etiam confirmatio privilegiorum, &c. 20-  
tius Congregationis.*

**C**lemēs Papa VIII. ad perpetuam rei memoriam. Cum  
inter alios Religiosorum Ordines, quibus fides Catholi-  
ca, quasi gēmis rutilantibus illustratur, singulari quo-  
dam splendore, Ordo, quem sanctus Benedictus, deserti loca  
petens, vitæ sanctimonîâ, et institutis eximijs, instituit, reful-  
geat, nostra nos decet auctoritate, illius monasteriorum, et alio-  
rum locorum Religiosorum, Priuilegia, vt maiorem obtineat  
firmitatem, roborare, prout constituimus in Domino salubri-  
ter expedire. Dudum siquidem, vt accepimus, Congregatio-  
ni monachorum ei sdem Ordinis sancti Benedicti de obser-  
uantiâ Hispaniarum, sub perpetua clausura degenam eius-  
que monasterijs, Ecclesijs, Domibus, et locis, ac Generali, et  
lijs Abbatibus, Diffinitoribus, Visitoribus, Prioribus, mo-  
achis, monialibus, Nouitijs, Conuersis, et alijs Religiosis, et  
personis ipsorum monasteriorum, Prioratum Ecclesiarum,  
Domorum, et locorum, diuersa Priuilegia, immunitates, exem-  
ptiones, indulgentiæ, gratiæ, et indulta à diuersis Romanis  
Pontificibus prædecessoribus nostris, et alijs concessa, et  
confirmata fuerunt. Nostenoreshuiusmodi priuilegiorum,  
et indultorum, perinde, ac si de verbo ad verbum infere-  
rentur

rentur præsentibus, pro expressis, et insertis, habentes, ac supplicationibus dilectorum filiorum Generalis, et aliorum Abbatum, Diffinitorum, Visitatorum, Priorum, aliorumque Superiorum, et Monacherum ipsius Congregationis, hac in parte inclinati omnia, et singula Privilegia, derogationes, immunitates, exemptiones, libertates, indulgentias, gratias, et indulta eidem Congregationi, eiusque Generali, et alijs Abbatibus, Diffinitoribus, Visitatoribus, Prioribus, Monachis, monialibus, alijsque personis, nec non singulis Ecclesijs, Monasterijs, Prioratibus, Donibus, Vniuersitatibus, Collegijs, et locis dictæ Congregationis, per quosuis Romanos Pontifices prædecessores nostros, & sedem Apostolicam alijs que modo libet concessa, communicata, extensa, confirmata, approbata, et innouata, Apostolicâ auctoritate, tenore præsentium (quatenus sint in usu, et Decretis Sacri Concilij Tridentini non aduersentur) perpetuò approbamus, et confirmamus, illisque perpetuæ inuiolabilis firmitatis robur adieciimus, ac suos plenarios effectus sortiri, et ab omnibus, ad quos spectat, et spectabit quomodolibet in futurum etiam perpetuò, et inuiolabiliter obseruari debere volumus, sicque et non aliter per quoscumque Iudices, et Commissarios, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, etiam de Latere Legatos, sublata eis, et eorum cuiuslibet, quauis aliter iudicandi, et interpretandi, facultate, et auctoritate, ubique iudicari, ac diffiniri debere. In tum quoque et inane decernimus, si secus super his à quoquam quauis auctoritate scienter vel ignoranter, contigerit attentari. Non obstantibus Apostolicis, ac in vniuersalib<sup>9</sup> Provincialib<sup>9</sup>, et Synodalibus Concilijs editis generalibus, vel specialibus, constitutionibus, et ordinationibus, nec non dicti Ordinis iuramento, confirmatione Apostolicâ, vel quauis firmitate alia reboratis, statutis, et consuetudinibus, Privilegijsque quæcunque indultis, et litte-

## † VLTIMVM PRIVILEGIVM.

ris Apostolicis litterarum sub quibuscumque tenoribus, & formis, etiam derogatoriarum derogatorijs, ac irritatibus, & alijs decretis etiam motu simili, ac ex certâ scientiâ, & de Apostolicâ potestate plenitudine, per quoscumque Romanos Pontifices prædecessores nostros, etiam consistorialiter, ac alias in contrarium concessis, approbatis & innovatis, Quibus omnibus, & singulis etiam si de illis, illorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, non autem per clausulas generales, idem importantes, mentio, seu quævis alia expressio habenda foret, illorum tenoribus præsentibus pro expressis habètes, illis aliâs in suo robore permanens, hac vice dumtaxat specialiter, et expressè derogamus, ac omnibus, et singulis, quæ dicti prædecessores in eorum litteris voluerunt nõ obstare, cæterisque contrarijs quibuscumque. Volumus autem, quòd præsentium transumptis etiam impressis manu alicuius Notarij publici subscriptis, et sigillo alicuius personæ in dignitate Ecclesiasticâ constitutæ munitis, eadem prorsus, tam in iudicio, quàm extra illud fides adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datis Romæ apud Sanctum Marcum, sub Annulo Piscatoris Die xxiiij, Maij Millesimo Quingentesimo Nonagesimo quarto. Pontificatus nostri Anno Tertio.

## VLTIMVM PRIVILEGIVM.

Clementis Papæ VIII. concessum Congregationi  
Sancti Benedicti Vallisoletani, Anno Incarnationis  
Dominicæ Millesimo,  
Quingentesimo, Nona-  
gesimo Sexto.

SVM-

## SUMMARIVM PRIVILEGII.

- 1 Abbates possunt ea facere, quæ possunt Abbates Benedicti.
- 2 Suis subditis tonsuram & Ordines minores conferunt.
- 3 Põrificialibus insignijs, in sui ordinis Ecclesijs utuntur.
- 4 Episcopi Ordines sacros conferant ordinatis ab Abbatibus in minoribus.
- 5 Monachi ordinandi, non egent litteris dimissorijs Episcoporum, sed cum testimonio suorum Superiorum admittantur.
- 6 Vicarij in Ecclesijs Monasterio unitis non per cõcursum constituendi, sed à Præfectis Monasteriorum nominandi, & ab Episcopo approbandi sunt.
- 7 Vicariorum portio assignanda iuxta Pij Quinzi motum proprium.
- 8 Monachus deseruiens in Ecclesia Parochiali, ab Episcopo approbetur, & cum alio Monacho habitet.
- 9 Beneficiorum iuris patronatus examen quo pacto peragendum, & quando electio ad Superiores Monasteriorum pertineat, quando ad Episcopum. Et in Beneficijs simplicibus Patronis præ-

# VLTIMVM PRIVILEGIVM.

*sentare conuenit.*

10 Beneficia iuris Patronatus Ecclesiastici Seminarijs non vniantur, & vniões factæ irritantur.

11 Abbatum regularium iurisdictio criminalis in clericos, ex Decreto Concilij Tridentini, &c.



LEMENS PAPA VIII. ad perpetuam rei memoriam. Vt ea, quæ pro Ecclesiasticarum personarum quarumlibet præsertim regularium quiete & tranquillitate statuta & declarata sunt, debitæ executioni demandentur, ex iniuncto

nobis Apostolicæ seruitutis officio, prout conspicimus in Domino expedire, providere debemus. Sane dilecti filij Generalis & Abbates Congregationis Vallisoletani Ordinis Sancti Benedicti Regnorum Hispaniarum nobis nuper exponerunt, quòd eum aliàs per Congregationem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium Decretorum Concilij Tridentini interpretum declaratū fuerit, licere Abbatibus Benedictis, vel quibus à Sede Apostolica concessum sit privilegium, ut possint omnia ea facere quæ possunt Abbates Benedicti, Tonsuram, minoresq; ordines suis subditis regularibus tantum conferre, Aliaque Pontificalia huiusmodi Abbatibus competentia sui ordinis Monasteriorum Ecclesijs, & limitibus exercere. Taliterq; ordinatos, si quid aliud nõ obstitit, legitime posse à quibusvis ordinarijs ad vltiores ordines promoueri. Nec nõ Monachos, à Diocesanorũ, superioritate, & iurisdictione exceptos, absq; illorũ litteris dimissorijs, à quibusvis locorũ Ordinarijs et testimonialibus litteris suorũ Superiorũ tantũ ad oēs, & sacros, & presbyteratus ordines admitti debere; Ac in Parochialib<sup>9</sup> Ecclesijs ali cui Monasterio vnitis, quibus per seculares Sacerdotes & Ministros

nistros deferuitur, cum examen per concursum minimè instituentum sit, in ipsis vnitis Ecclesijs constitui oportere vicarios idoneos, perpetuò, vel ad nutum amouibiles ab Episcopo approbandi. à Præfatis tamen Monasteriorum nominandos. Ac in portione Vicarijs in eisdem Ecclesijs constituendis assignanda, obseruandam esse constitutionem Pij Papæ Quinti prædecessoris nostri de Vicarijs perpetuis editam, nec ab ea recedendum: in illis vero parochialibus Ecclesijs, quibus per regulares Monachos deferuitur, Monachum eisdem Ecclesijs Vicarium pro tempore præficiendis non aliter constitui debere, quam ad nutum suorum Superiorum amouibilem, ab Ordinario tamen præuio examine approbatum, cum portione arbitrio suorum Superiorum assignanda: qui Monachus ibidem vna cū alio Monachodumtaxat habitare debeat. In illis autem Parochialibus Ecclesijs non vnitis, quæ sunt iuris patronatus Ecclesiastici, examen vt per concursum esse peragendum, liberumque esse vnicuique etiam à Patrono non nominato examini se subiicere, & si institutio ad Episcopum pertineat, electio magis idonei ex approbatis ad Patronum Ecclesiasticum spectat, si vero institutio pertineat ad aliū, electio tunc ad Episcopum pertinet. In simplicibus vero Beneficijs seu præstimonialibus portionibus omnino Patrono competit præsentare. Et insuper nequaquam Episcopis ordinarijs licere Beneficia iuris patronatus etiã Ecclesiastici Seminarijs vnire, quinimo factas vniones irritas esse, nec non Abbates regulares habentes iurisdictionem criminalè in clericos, minimè comprehendi decreto eiusdem Concilij capitulo vigesimo, Paragrapho, Ad hæc, Sessione vigesimaquarta, & alijs prout in singulis Decretis, & ordinationibus desuper factis plenius continetur. Quare Generalis, & Abbates præfati nobis humiliter supplicari fecerunt, quatenus supradicta

## VLTIMVM PRIVILEGIVM.

Ita, prout decreta sunt, approbare, eaque omnia ab omnibus inuolabiliter obseruari mandaremus. Nos igitur huiusmodi supplicationibus inclinati, Decreta & ordinationes huiusmodi Apostolica auctoritate, tenore presentium approbamus, eaque per quoscunque Archiepiscopos, Episcopos, & alios locorum Ordinarios inuolabiliter perpetuo obseruari debere statuimus, & ordinamus, Decernentes sic, & non aliter per eosdem & alios quoscunque iudices ordinarios & Delegatos etiam Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinales, & caularum Palatii Auditores, Sublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, iudicari, & diffiniri debere, irritum quoque, & inane quicquid secus super his a quoquam, quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus quibusuis Apostolicis, ac in Prouincialibus, & Synodalibus Concilijs editis constitutionibus, & ordinationibus, quibus omnibus, illorum omnium tenores presentibus pro sufficienter expressis habentes harum serie specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrarijs quibuscunque. Datum Romae Apud Sanctum Marcum, sub annulo Piscatoris. Die Secundo Augusti Millesimo, Quingentesimo, Nonagesimo Sexto. Pontificatus nostri Anno Quinto. M. Vestrius Barbianus.

¶ IN QVORVM omnium, & singulorum fidem & testimonium praemissorum, praesentes litteras siue hoc praesens publicum instrumentum subscribi & publicari mandauimus manumque nostra roborauimus sigillisque nostri iussimus & fecimus impressione communiri. Dat





**D**ominicus Ginnasius, Dei & Apostolicæ Sedis gratia, Archiepiscopus Sypontin. S. D. N. D. Clementis diuina prouidentia Papæ Octaui, eiusdè què Sedis in Hispaniarum Regnis cum potestate Legati de Latere Nuntius, iuriumq, Cameræ Apostolicæ Collector Generalis, Vniuersis & singulis ven. in Christo Patribus, Archiepiscopis & Episcopis Regnorum prædictorum, ac discretis viris eorum Prouisoribus aut officialibus generalibus, salutem, & sinceram in Domino charitatem. Noueritis, pro parte dilecti nobis in Christo fratris Francisci de Valdiuia Procuratoris generalis Ordinis sancti Benedicti nuper coram nobis fuisse expositum, quòd vigore priuilegiòrum Apostolicorum dicto Ordini, & illius Abbatibus, per diuersos Romanos Pontifices concessorũ & extensorum, ac per prælibatum S. D. N. approbatorum, necnon etiam iuxta declarationem illustrissimorum S. R. E. Cardinalium sacri Concil. Trident. decretorum interpretum ibidem per præfatum S. D. N. confirmatam,

matam, licet Abbatibus domorum, & monasteriorum dicti Ordinis, omni appellatione, & contradictione remota, vti mitra & baculo, ac etiam tunica Dalmatica, chiroteecis, annulo & sandalis, ac Pontificalia in sui Ordinis Monasteriorum Ecclesijs, & earum limitibus exercere, quodque Abbates Monasteriorum praedictorum, & eorum singuli pacifice, & quiete insignibus Pontificalibus praedictis visi fuerunt, & Pontificalia exercuerunt, & licet, sicut eadem expositio subiungebat, desuper a quoquam molestari, perturbari, aut inquietari non debuissent, nec debeant: nihilominus aliqui vestrum illos iniuste perturbare, & inquietare de facto praesumpserunt, & praesumunt in magnum eorum praedictorum, & graua men, dictorumque priuilegiorum contemptum. Quare pro exponen. parte fuit ad nos recursum, nobisque humiliter supplicatum, quatenus dicta priuilegia obseruari facere, & praedictos Abbates a molestijs praedictis liberare dignaremur. Nos igitur, quibus de dictis priuilegijs ex eorum partim originalium & partim transumptorum authenticorum inspectione constat, attendentes petitionem huiusmodi fore iustam, & rationi consonam, vobis vener. D. Archiepiscopis, & Episcopis, in  
virtute

virtute sanctæ obedientiæ, & sub ingressus ecclesie interdicti, vobis verò Prouisoribus, & officialibus, sub excommunicationis maioris, alijsquè ecclesiasticis sententijs, censuris & penis etiam pecuniarijs, nostro arbitrio infligendis, & applicandis, districtè præcipimus, & mandamus, ne dictis Abbatibus, seu eorū alicui, circa liberum vsus dictorum priuilegiarum, & possessionem vsus huiusmodi Pontificaliū, in qua existunt aliquod impedimentū, per vos, vel alium, seu alios præstare audeatis seu præsumatis, sed ab omnibus vexationibus & molestijs, quas eis intulistis, & infertis statim notificatis vobis presentibus destitisse, & præfatos Abbates dictis priuilegijs liberè uti permississe debeatis, & quilibet vestrum debeat, contrarijs non obstantibus quibuscūque. Datum Vallisoleti, anno Domini Millesimo sexcentesimo tertio, die vigesima tertia Decembris, Pontificatus S. D. N. Papæ, anno duodecimo. D. Archiep. Sipont. Nuntius, & Collector generalis, Dominicus Genui. Abbr.

NOS el Doctor Baptista de Agüero, Prouisor, oficial, y Vicario General en esta ciudad de Valladolid, y su Obispado, por su Señoria, Don Iuan Baptista de Azebedo, Obispo del

dicho Obispado, Inquisidor General en to<sup>do</sup>  
dos los Reynos y Señorios de su Magestad, y  
del su Cōsejo, &c. Hazemos saber a vos, todas  
y qualesquier personas, assi hombres, como  
mugeres, clerigos y legos, de qualquier esta-  
do, grado, orden, calidad y condicion que seá,  
de qualesquier ciudades, villas y lugares des-  
tos Reynos y señorios de su Magestad, q̄ ante  
nos parecio Hernando Cariton, Procurador  
del numero desta ciudad, en nombre del Mo-  
nasterio, Abad, monges y conuento de señor  
san Benito el Real desta ciudad, y en diezise-  
te dias del mes de Octubre, deste presente año  
de mil y seiscientos y tres, presentò ante nos  
vna peticion, por la qual en efeto dixo, Que  
el dicho Monasterio y Orden de Señor Sã Be-  
nito tienen y gozan muchos priuilegios, esē-  
ciones y Bulas, concedidas por los Sumos Ro-  
manos Pontifices, de felice recordacion, y de  
la santa Sede Apostolica: y porque cōstasse de  
llos, assi en los pleytos y causas que han teni-  
do, y se les han mouido, y para otros diuersos  
efetos, porque no se les perdiessen por fuego,  
agua, robo, o no se quedassen en los pleytos dō  
de se presentassen, parecieron ante el de buena  
memoria don Bartolome Plaça, Obispo que  
fue deste Obispado, y exhibieron ante el los  
di,

dichos priuilegios, bulas e indultos Apolto-  
 licos originalmente, y lepidieron y suplica-  
 ron, los mandasse autenticar, y exemplar, y sa-  
 car dellos vn traslado, dos, o mas, y signados  
 y en publica forma, en manera q̄ hiziesen fe,  
 se los mandasse dar, para en guarda de su dere-  
 cho del dicho Monesterio y Orden. Lo qual  
 visto por el dicho señor Obispo, y que los di-  
 chos priuilegios estauan sanos, no rotos, ra-  
 sos, ni cancelados, ni en parte alguna sospecho-  
 sos, los auia mandado autenticar y exemplar,  
 y sacar dellos vno, o muchos traslados, signa-  
 dos y en publica forma: a los quales dichos  
 traslados, y a cada vno dellos auia interpues-  
 to su autoridad, y decreto judicial, para que ua-  
 liesen e hiziesen fe, en juyzio y fuera del, co-  
 mo constaua del Bulario, o Maremagñũ de  
 las dichas bulas y priuilegios, que presentò  
 con el juramento necesario, escritos en pa-  
 pel, y en lengua Latina, firmados del dicho se-  
 ñor Obispo, y sellados con su sello, y refren-  
 dados de Miguel Sanchez de Requejo su Se-  
 cretario. Y era assi, que presentando los di-  
 chos Bularios en juyzio, algunas personas ma-  
 liciosamente auian dicho y alegado contra  
 los dichos Bularios, diziendo, no se auian sa-  
 cado, ni autenticado con citacion de parte, ni

en forma, como de derecho se requeria, y para que de aqui adelante para siempre jamas cessasse la dicha malicia, y no se pudiesse dezir, ni alegar cõtra los dichos priuilegios, Bulas, y transumptos, y su autenticacion, exhibia ante nos, como Ordinario en este Obispado, las dichas Bulas, indultos y priuilegios Apostolicos, y los trasuntos autenticados dellos, y otros trasumptos, que no estã autenticados, aunque sacados bien y fielmente del proprio original, como constaria del Corrigẽ dellos, atẽto lo qual, y q̃ como va dicho, los dichos priuilegio y bulas no estauan rotos, rasos, ni cancelados, ni en parte alguna sospechosos, nos pedia y suplicaua, q̃ citadas y llamadas las partes, a quien toca, o pueda tocar, en sus personas, pudiendo buenamente ser auidos, y en defecto, en los Estrados de la Audiencia Episcopal de su Señoria, que para ello se les señalassen, mandassemos reualidar, autenticar y exemplar, y aprouar de nuevo los dichos traslados sacados de los dichos priuilegios y bulas Apostolicas y autenticas, y exemplar los que no estuieren autenticados, ni aprouados, y dar al dicho Monasterio vn traslado, dos, o mas, para el dicho Monasterio, y las demas casas, Monasterios, y Prioratos de la dicha Orden, interponiẽ

poniendo a cada vno dellos nuestra autori-  
 dad y decreto, para que valiesſen, e hiziesſen  
 fee, en juizio y fuera del. Lo qual por nos visto  
 mandamos, que citados qualesquier interes-  
 se putantes, a quien tocasse, o pudiesse tocar lo  
 contenido en el dicho pedimiento, en sus per-  
 sonas, pudiendo buenamente ser auidos, y en  
 defeto, en los estrados de la Audiencia Episco-  
 pal de su Señoria se procediesse a la autentica-  
 cion de los dichos priuilegios, bulas y letras  
 Apostolicas, a los quales desde luego citamos  
 para ver exhibir, sacar, corregir y cõcertar los  
 dichos priuilegios con su propio original, y  
 para dezir y alegar contra ellos lo que dezir,  
 y alegar quisiesſen: lo qual se notifico en los  
 dichos Estrados por el notario infrascripto,  
 y por no auer parecido persona alguna, a de-  
 zir ni alegar contra la dicha exhibicion y autẽ-  
 tificacion de los dichos priuilegios por el dicho  
 Hernando Cariton, en el dicho nombre les  
 fue acusada primera, segunda, y tercera rebel-  
 dias, y se notificaron en los dichos Estrados, y  
 sobre ello la causa fue conclusa: y por nos vis-  
 to, mandamos, que para mas justificaciõ dies-  
 se informacion de como las dichas bulas y pri-  
 uilegios exhibidos eran las propias origina-  
 les, y que estan selladas y buladas, segun estilo  
 de

de Corte de Roma, y que no estauan rotas, rasas ni canceladas, ni en parte alguna sospechosas, la qual dio. Y por nos vista, mandamos, se corrigiesen y concertassen los dichos Bularios con sus propios originales, y se corrigieron y colacionaron en nuestra presencia, y visto todo ello por nos, dimos cerca del loyn auero del tenor siguiente.

E despues de lo susdicho, en la dicha ciudad de Valladolid, este dicho dia, mes y año dichos, el dicho señor Doctor Aguero Prouisor, auiendo visto el Corrije de los dichos Bularios, con su original, que son los mesmos q se autenticaron, trasladaron y sacaron por mandado del de buena memoria don Bartolome Plaça, Obispo que fue deste Obispado, y los demas que estan por autenticar, que son todos de vn mesmo tenor, y que estan ciertos y verdaderos, Dixo, que mandaua y mandò autenticar y exemplar los dichos priuilegios signados, y poner en publica forma, en manera que hagan fee, y reualidarlos, y siendo necesario de nuevo autenticar y aprouar, assi los que estan autenticados por mandado del dicho señor Obispo, como los demas que no lo estã, son de vn mesmo tenor, y de todo ello darlos



traslados necesarios a la parte del dicho Mo-  
 nesterio, Monges y Cōuento de señor san Be-  
 nito el Real desta ciudad, y a las demas casas y  
 Conuentos de la dicha Orden y Religion, pa-  
 ra en guarda de su derecho, y para los efetos  
 contenidos en su pedimiento: a los quales di-  
 chos traslados y a cada vno dellos; siendo fir-  
 mados de su nōbre, y signados de mi el dicho  
 escriuano y notario; interponia e interpuso su  
 autoridad y decreto judicial, para que valgan  
 y hagan fe, en juyzio y fuera del, donde pare-  
 ciere, y lo firmò de su nombre, siendo testigos  
 Pedro de Vega, y Alonso Diaz de Prado, no-  
 tarios. El Doctor Aguerre. Puso ante mi.  
 Alonso Estevan de Ron. En execucion del  
 qual dicho auto mandamos dar y dimos  
 la presente, por el tenor del qual manda-  
 mos en virtud de santa obediencia, y so-  
 pena de excomuniō, mayor a todas y qua-  
 lesquier personas, de qualquier estado y condi-  
 cion que sean, vean el dicho auto, y le guarden  
 y cumplan, como en el se contiene, dando fe y  
 credito, en juyzio y fuera de la a los dichos Bu-  
 larios y Maremagnum, adonde fuere puesto  
 este nro mandamiento, por pie, o cabeça del  
 tal Bulario, o Bularios. Y para ello mādamos  
 so la dicha pena, a qualquier impressor, lo im-  
 prima,

125  
prima, y ponga to los dichos Bularios, y no  
los de, ni venda sin ellos por pie, o cabeza, co  
mo dicho es, y siendo firmados de nuestro no  
bre, y sellados con nuestro sello, y refredados  
del notario infrascripto, para cuya impresio  
le damos licencia en forma. Dada en Valla do  
lid, a veintey nueue dias del mes de Abril, de  
mil y seiscientos y quatro años. Va testado  
dar por el qual en cetro passo ante mi, si o vala.  
El Doctor Aguero. Por mandado del Proui  
sor de Valladolid. Alonso Esteuan de Ron

*Alonso Esteuan de Ron*  
*Esteuan de Aguero* *Ron Esteuan*  
*notario publico app* *R. L. de la*  
*audia e pisopa* *esta causa de rreud*  
*supress* *alo* *tho* *lo* *bre* *de* *fuir*  
*o* *z* *cm* *di* *no* *que* *ce* *ata* *e*  
*del* *am* *de* *te* *ca* *de*  
*Alonso Esteuan*  
*Ron*

Acceptacion

En el Convento De nra S. Santam<sup>a</sup> de  
 Beneruere Canonigo, Regular Del orden de  
 nro P.<sup>o</sup> San Agustin, Coadel de la Villa de Carrion  
 A quatro dias Declmes De febrero De mill seiscien  
 tos y cinquenta y seis años por C<sup>o</sup>mmo Reyn<sup>o</sup> Fra  
 Escrito not. publico La parte De el Convento de  
 San Poil Costramuro, De la V. de la Villa de Carrion  
 Del orden de nro P.<sup>o</sup> San Benito. y Requirio  
 a Summo El Sr. Don Su<sup>o</sup> R<sup>o</sup>drigo Abbad De este  
 ep<sup>o</sup> come<sup>o</sup> de Beneruere Con los privilegios  
 Es<sup>o</sup> Sen<sup>o</sup>ones y bulas Congedidas por los Sumos.  
 Romanos pontifices. de felice Recordacion De  
 La Santa sede apostolica En este libro En  
 sextos y Escritos. De que pidio acceptacion  
 C<sup>o</sup>mmo de Justicia para y usar de todos  
 Ellos. = Por Summo Vistos. y dos y En  
 Tendido Los Obedios y aceto con el  
 Respeto devido y usar de ellos Segun como  
 En ellos se contiene. =

Juan Villa  
 Abbad de Beneruere

a C<sup>o</sup>mmo  
 Roberto de  
 Sandoval y que  
 not. =

15  
2221

# Acceptacion

En el Comvento de Santa<sup>a</sup> Santam<sup>a</sup> de Benet  
vnuere Canonigos Regulares del orden de S<sup>to</sup> p<sup>o</sup> San B<sup>to</sup>  
Seruade laui de Carr. A Sci<sup>o</sup> diai del mes de mill. 65<sup>o</sup>  
Y feta<sup>a</sup> y Dos años Por Anuemi el D<sup>no</sup> fra scripto  
Notario Pascio la parte de el Com<sup>to</sup> de S<sup>to</sup> Incoy. Co.  
tramuros de Nabau de Camion. del orden de S<sup>to</sup> p<sup>o</sup> San B<sup>to</sup>  
nro y Regurio y fuma<sup>s</sup> e<sup>s</sup> Auonor. Donago do no  
Quixasa Abad de S<sup>to</sup> de S<sup>to</sup> Com<sup>to</sup> de Bene vnuere con  
Los privilegios Ex<sup>o</sup> Senuones y Du<sup>o</sup> las Con<sup>o</sup> de S<sup>o</sup> de  
Por los Sumos Romanos Pontifices de fe lica de uero a  
con de la uanta sede apostolica En S<sup>to</sup> de S<sup>to</sup> In  
feta<sup>a</sup> de scripto. de que pidio acceptacion y Cum  
plamiento de Justicia para vnuere de tocos e  
nos y Corunnes vntos. y Dos y En  
de nados. Los de S<sup>o</sup> de S<sup>o</sup> de S<sup>o</sup> con  
El Respetto de vido para vnuere de  
ellos. Segun y Comis En ellos de con<sup>o</sup> de  
ne y lo firmo

Juan de S<sup>o</sup> Quixada  
Abad de Benevnuere

Arlemin  
Roberto de  
Sanonalyguarara  
Pro













VALLISOLET I.

Apud Andream de Merchan  
Typograpum, Anno Do-  
mini Millefimo Quin-  
centesimo, Nona-  
gesimonono.





VALLISOLET I,

Apud Andræam de Merchan  
 Typographum, Anno Do-  
 mini Millesimo, Quin-  
 gentesimo, Nona-  
 gesimonono.



VALLISOLETTI

Apud Andream de Merhan  
Typographum Anno Do-  
mini Millesimo, Quin-  
centesimo, Nona-  
gesimo nono.

Содержание

Введение

1. ОБЩИЕ СВЕДЕНИЯ

1.1. Назначение



2. ОСНОВНЫЕ ПОЛОЖЕНИЯ

2.1. Область применения

2.2. Термины и определения

2.3. Требования к исполнению

2.4. Ответственность

